BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
D
43
NAPOLI

XLVI
D.
43.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATUS CHRONOLOGICUS

A VARIIS

AUCTORIBUS COMPILATUS

STUDIO

FR. AVRELII A GENVA CAPUCINI

ET AB EODEM IN DUOS LIBROS DISTRIBUTUS.

In quorum Primo

Lectionibus quinquagintaquinque habentur ea omnia, quæ ad variam temporis diviſionem pertinent.

In Secundo verò

Habentur facta inſigniora, quæ a Mundi creatione ad hæc uſque tempora acciderunt. Addito etiam Indice rerum mirabilium; necnon brevi Chronologia Urbis

GENUÆ.

Anno Æræ communis MDCCXII.

Ex Typographia Ioannis Baptiſtæ Franchelli. Jn Vico Fili.
Superiorum Licentia.

Digitized by Google

IESU CHRISTO

PATRIS VERBO, SAPIENTIÆ GENITÆ,
A QUO OMNIS SCIENTIA DIMANAT,
IN QUO
SUNT OMNES THESAURI SAPIENTIÆ,
ATQUE SCIENTIÆ DEI.
PATRI FUTURI SÆCULI., QUI EST ANTE SÆCULA.
TEMPORUM MODERATORI, QUI TEMPUS JGNORAT;
NEMPE IN ÆTERNITATE GENITO.
IN CUJUS LUMINE VIDETUR LUMEN.
ANTIQUO DIERUM
ANTE CUJUS OCULOS
MILLE ANNI TANQUAM DIES, QUÆ PRÆTERIIT.
QUI
AB ÆTERNITATE IMMENSUS
IN VIRGINIS UTERO
UBI ADVENIT PLENITUDO TEMPORUM
SE COARCTAVIT
eXILes has LVCVbratIones sVas
F. aVreLIVs rICherIVs CapVCInVs
obseqVens
Donat, et DICat.

ANNO PERIODI JULIANÆ
6425.

Digitized by Google

LECTOR BENEVOLE.

MIHI quoque, ſicut & cęteris, ſciendi cupiditatem ineſſe fateor expertus humanæ menti nihil eſſe dulcius, nihil iucundius veritate, ideò cum Chronologicam illam quæſtionem de Anno Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti propoſitã audijſſem, cuius omninò eram ieiunus, ſuſpicatus aliquid à Chriſtiana Fide alienum ob Hæreticorum verſutiam poſſe ſub ea latere, illam a fundamentis eruendi ſtudio permotus, nullo Magiſtro præuio, ſed varia Auctorum volumina, quæ ſucceſſiuè habere potui, ſedulò perluſtrans, lucubrationes iſtas in vnum collegi, ad hoc tantùm, vt ingenij mei hebetudinem, & memoriæ tarditatem ſcribendi diligentia compenſarem; eligens laborem hunc potiùs, quàm inanis vitæ otio, prætermiſſo ſtudio, torpere. Nec verò quiſquam id à Religioſo meo inſtituto alienum iudicet, nullibi enim gentium penès alios vnquam, quàm ſacris initiatos, tempora dirigendi, & ad vſus vulgares accommodandi poteſtas, legitur demandata. Vt enim taceam Perſarum Magos, Aſſyriorum Chaldæos, Indorum Gymnozophiſtas, Ægyptiorum Hierophantas, Britannorum, & Gallorum Druidas, Romanorũ Pontifices, Judæorum Sacerdotes, quibus ſolis feſtos populares, & annales publicos conſcribendi cura, & dignitas conceſſa perhibetur, in ipſa Eccleſia Chriſtiana temporum procuratio res inter ſanctiores perpetuò recenſita eſt, atque ideò Deo tantùm dicatis meritò concredita.

Cum autem tenues hos meos labores amicis communicaſſem, me ad eos typis mandandos coegerunt potiùs, quàm ſuaſerint, vt fluenta totius Doctrinæ Chronologicæ, quæ variorum Auctorum ingentibus voluminibus diſperſa conſpiciuntur, breui hoc opuſculo coadunata, ad plurimos vberiùs emanarent. Quid enim tam malignum, cum Tertulliano (a) aiebant, quam nolle prodeſſe cum poſſis? Et ideò non temeritate auſus, vtilitatem iuuandi prætuli timori non placendi, cupiens ingenuæ iuuentuti præcipuè prodeſſe, optanſque vt ij, qui ab ineunte ætate liberalibus diſciplinis, & ſacris literis operam nauant, & quibus inter vitæ exordia ludus eſt lectionis aſſiduitas, nec non deliciæ ſudor alienus, vt de Boetio ſcripſit Ennodius, haberent quaſi recentia, quorum incitamentis addiſcerent ſolicitiùs in campo hiſto-

(a) *Lib. I. contra Marcionem.*

hiſtoriæ tùm Sacræ, tùm prophanæ percurrere; atque in his operoſiùs deſudare, cum, Iuſto Lipſio [a] teſte: Hiſtoria ſit fons Prudentiæ ciuilis.

Neque verò quis hos conatus meos ideò deſpiciat, quia aliena ſunt, quę profero, & variorum Auctorum ex penu concinnata, nam, vt benè aiebat idem Lipſius, [b] nec aranearum textus ideò melior, quia ex ſe fila gignunt, nec noſter viliòr, quia ex alienis libamus, vt Apes; id enim mihi curæ fuit, vt quæ diuiſa eruditos in Chronologia efficiunt legentes, in vnum collecta teneres; præterquam quod multa, eademque ſcitu digniſſima hic reperies, quæ alibi fruſtrà quæres.

Cumque didicerim ex Plinio benignum, & plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris. Fateor ego me hæc, quæ profero, in primo Libro excerpſiſſe à Ryccioliо in ſua Chronologia reformata; Ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Blanchino in ſuo Opere de Kalenderio, & Cyclo Cęſaris, necnon in ſolutione Problematis Paſchalis; A Gulielmo Beueregio Anglò in ſuis Inſtitutionibus Chronologicis; A' Io: Marshamo in ſuo Canone Chronologico; A' Io: Ludouico Ambianenſi Capucino in ſuo Opere, cui titulus eſt Atlas temporum, cum videre non potuerim Scaligerum, Petauium, Henricum, Harmillæum noſtrum Capucinum in ſua Iſagoge Chronologica, alioſque multos, qui de Chronologia eruditè ſcripſerunt. Quæ verò Libro II. profero ab Auctoribus ibidem citatis collegi, quorum ferè omnium opera ſunt typis mandata, præter paucos, à quorum manuſcriptis enarrata ſelegi.

In primo igitur Libro proferam quidquid ad Theoricam pertinet, quaſcumque temporis menſuras, & quidquid temporibus diſtinguendis neceſſariò requiritur exponens, regulas præterea tradens ad id facili methodo, & plerumque per Arithmetices præcepta inueſtigandum; noui enim in hac facultate id euenire, quod Seneca [c] deteſtabatur in moribus: ſequitur, inquit, quiſque priores malè iter agreſſos, quid ni habeant excuſationem cum publica via errauerint?

Erit igitur quælibet ex allatis regulis veluti lapis lidius, ad cuius amuſſim variæ, & inter ſe oppoſitæ Auctorum opiniones erunt ad trutinam deducendæ ſi autem nonnulla fortè difficilia intellectû videbuntur, cum Iuſto Lipſio [d] hortor, vt ſæpiùs legas, nam, quod Gladiatoribus imperari ſolet, vtilitèr ego tibi: Repete. Præcipuè autem inter has tenebras facem præferent prima rudimenta tum Arithmetices, tum Aſtronomiæ, vel ſaltem tractatus de ſphera, cum ab ipſis Cælorum motibus ortum pariter, & progreſſum tempus accipiat, cum iiſdem pariter periturum. Addam etiam Elenchum terminorum difficilium, quem maioris claritatis gratia operi præpoſui. Tandem ſi quid fortè non intelliges, memineris Socratem, cum obſcurum Heracliti Librum legeret, dicere ſolitum fuiſſe: quæ intellexi proba ſunt, credo & quę

non

[a] *In Præf. Politicorum fol. 9.*
[b] *In notis ad lib. 7. Polit. cap. 1.*
[c] *Lib. 2. de ira.*
[d] *In Polit. fol. 1.*

Digitized by Google

non intellexi. Verùm macte animo; difficultates ſuperabit veritatis amor, cui pertinacem laborem litaſſe pulchrum, ſtudiorumque amenitatibus prætuliſſe honeſtum eſt.

In ſecundo Libro habebis praxim Chronologiæ à Mundi exordio ad hæc vſque tempora, iuxta probabiliores Auctorum opiniones in primo Libro ad trutinam deductas, vnà cum indice rerum prodigioſarum; nec non Chronologiam Vrbis Genuæ, quam veluti typum Tyronibus exhibeo ad ſibi ſimilem ex annalibus concinnandam de qualibet Urbe, de ordine Religioſo, de nobili aliqua familia, & huiuſmodi. Verùm licèt res geſtas breuiſſimo, & in arctum collecto ſtylo exponam, non mihi ea arrogare præſumo; quæ an alicui vnquam viro quamcumque ille artem profeſſus ſit, conceſſum fuerit, haud ſatis ſcio, vt ea breuiſſimo libello complectar, quæ immenſa ſunt, & immenſis voluminibus à præſtantiſſimis Scriptoribus exarata. Tantùm igitur facta inſigniora tum ex ſacris, tum ex prophanis codicibus eruta libare curaui; alijs relinquens facultatem multò plura, quæ ſibi magis placuerint ſedulò ſeligendi. Fateor prætereà plura me hic tranſcripſiſſe, quàm credo, nec affirmare ſuſtineo de quibus dubito, verùm nec ſubducere volui, quæ accepi. Sed nihil hauſtum ex vano ſcias velim, quò nimis inclinant fermè vetuſta, & à nobis vel tempore, vel loco diſſita, ſcribentium animi; nam conquirere fabuloſa, & fictis oblectare legentium animos, cum Tacito, (a) procul à grauitate cępti operis crediderim. Precor deniquè ne quiſquam inelimatum hoc ſcribendi genus faſtidiat, ornari enim res ipſa negat, contenta doceri, quare cum D. Auguſtino [b] dicam, ſi quid inconditè, & incultè dictum legeris, vel ſi totum ita eſſe proſpexeris Doctrinæ des operam, calamo veniam, nam Chronologum non barbarè loqui, eſt eloquentem eſſe. Si verò ingenuæ Iuuent uti, præcipuè Deo dicatæ, vtilitatis aliquid attulero, non me pœnitebit laboris, & vigiliarum mearum, tantò mihi gratius, & honeſtius, quod inter regularis obſeruantiæ munera, ſola ſucceſſiua, & ſecundaria tempora ad colligendas huiuſmodi lucubrationes, contulerim. Vos interim Adoleſcentes ingenui laborem meum æqui, bonique conſulite, quodque amico damus ſtudio, gratis, amicíſque animis accipite, fouete, defendite. Si quis autem, quod abſit, fortè obtrectauerit, ſi quis carpſerit, aut maligno dente hos conatus meos adroſerit, me profectò nunquam pigebit laboris, quem vtilitati veſtræ, amicorum precibus coactus, dicaui, quarè, aut laudatus erit, aut excuſatus.

IN

[a] *Ann.* 18.

[b] *Ep.* 146. *ex Vadingo t.* 1. *f.* 713.

JN NOMINE DOMINI AMEN.

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Michaelis Angeli à Raguſio Ordinis FF. Minorum S. P. Franciſci Capucinorum Miniſtri Generalis, Nos infraſcripti attentè perlegimus, & diligentèr perpendimus Tractatum Chronologicum ex varijs Auctoribus compilatum ſtudio Admodum Reuerendi Patris Aurelij à Genua. &c. & ab eodem in duos Libros diſtributum cum additione Indicis nonnullarum rerum mirabilium, nec non breuis Chronologiæ Urbis Januenſis ad calcem operis; & in eo nihil offendimus Orthodoxæ fidei aduerſum nihil à Chriſtiana pietate abſonum, nihil Eccleſiaſticis Decretis contrarium, nihil ſanæ Doctrinæ repugnans; ſed quidquid in eo breui, & erudito ſtylo exaratur, deprehendimus pietati conſonum, & ad excitanda virorum eruditorum ingenia non parum vtile. Quare tale opus dignum adiudicamus, vt in lucem prodire, & typis mandari poſſit, ac debeat. Datum Romæ in Conuentû FF Min. Capucinorum die 18. Auguſti 1712.

Ita eſt: Fr. Ioachinus à Soranea Definitor Generalis FF. Min. Capucinorum.

Ita eſt: Fr. Leonardus à Viterbio ex Prouincialis FF. Min. Capucinorum.

NOS Fr. Michael Angelus à Raguſijs totius Ord. Min. Capucinorum Mñr Generalis (l. ſ.) Cum opus, cui Titulus eſt. Tractatus Chronologicus ex varijs Auctoribus compilatus ſtudio R.P. Aurelij à Genua Noſtri Ordinis Theologi, & Concionatoris, & ab eodem in duos Libros diſtributus cùm additione Indicis nonnullarum rerum mirabilium nec non breuis Chronologiæ Urbis Januenſis ad calcem operis duò eiuſdem Ordinis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita ijs ad quos pertinet videbitur.

Datum in Noſtro Conuentu Immaculatæ Conceptionis de Vrbe die 19. Auguſti 1712.

Fr. Michael Angelus qui ſupra.

Imprimatur.

Fr. Dominicus Maria Baſſus Mag. Ord. Prędicat. ac Inquiſitor Generalis Genuę.

Imprimatur.

Ex auctoritare Excell. & Jlluſtriſs. Magiſtrats Inquiſitorum Status.

Lucas Caſanoua Cancell.

FAS

Digitized by Google

EGO infraſcriptus de mandato Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Dominici Mariç Baſſi, Inquiſitoris Generalis Genuæ attentè, atque diligenter perlegi Tractatum Chronologicum à varijs Complicatum Authoribus ab Adm. Reuer. Patre Aurelio à Genua Ordinis Capucinorum S. Franciſci, diuiſum in duos Libros, & Tomos cum additionibus, Indicis nonullarum rerum mirabilium, necnon breuis Chronologiæ Urbis Genuæ cum alijs in eo contentis ad Chronologiam ſpectantibus, & in eis nihil alienum à Fide Catholica adiuueni, nec contrà bonos mores, Adeòque dignum impreſſione cenſeo; vtpotè valdè vtilem pro Chriſtiana Republica &c.

Dat. Genuæ in Conuentù S. M. Carminis die 8, Decembris 1712.

Ità eſt Fr. Ioſeph Maria Miconus Ordinis Carmelitarum, Magiſter Sac. Thaol. Prouinciæ Lombardiæ Cuſtos; ac Doctor Collegiatus: necnon pro Sanctiſſima Inquiſitione Genuæ Cenſor Librorum, & Conſultor.

Stante Supradicta atteſtatione. Imprimatur.

Fr. Dominicus Maria Baſſus S. Thæol. Magiſter Ordinis Prædicatorum, & Inquiſitor Generalis Genuæ.

FAX TYRONIBVS

SIVE EXPLICATIO TERMINORUM DIFFICILIUM, QUI IN HOC TRACTATU CONTINENTUR.

ARithmetica eſt ars, ſiuè ſcientia docens numerare, ſiuè verſans circa numeros, quarè illius obiectum eſt quantitas diſcreta, ſiuè numerus.

Unitas non eſt numerus, ſed principium numeri.

Numeri eiuſdem ſpeciei ſunt illi, qui numerant res eiuſdem ſpeciei. Pro quo aduertendum eſt, numerum eſſe ſub duplici ſpecie, alia enim dicitur intrinſeca, quàm habet ab vnitatibus; ſic quilibet numerus differt ſpecie ab alio numero; alia extrinſeca, quàm habet à re numerata. Do exemplum 5. & 6. ſunt diuerſæ ſpeciei intrinſecæ, ſed eiuſdem extrinſecæ, ſi numerant eandem rem, v. g. vtraque annos, dies &c. è contrà *6. 6. 6.* ſunt eiuſdem ſpeciei intrinſecæ, ſed diuerſæ extrinſecæ, ſi primus numerus numerat dies, ſecundus horas, tertius minuta.

Aduertendum ſecundò, quòd in ſummatione, & multiplicatione, numerus ſpeciei inferioris conuertitur in ſpeciem ſuperiorem; è contrà in ſubtractione, & diuiſione numerus ſpeciei ſuperioris diuiditur in numerum ſpeciei inferiotis.

Numerus quadratus eſt ille, qui reſultat ex alio numero multiplicato in ſe ipſum, & numerus, qui multiplicatur dicitur radix quadrata reſpectù eiuſdem numeri. Datur etiam numerus cubicus, qui reſultat ex numero quadrato multiplicato per ſuam radicem.

Do exemplum; ſi multiplico 4. per 4. dant *16.* & hic eſt numerus quadratus; ille radix quadrata; ſi verò multiplico *16.* per 4. dat 64. hic eſt numerus cubicus ex radice cubica 4. vides ergo eundem numerum poſſe eſſe radicem quadratam, & cubicam reſpectu diuerſorum numerorum, qui ex multiplicatione reſultant; è contrà non omnes numeros poſſe eſſe vel cubicos, vel quadratos, vt conſideranti patebit.

Numerus integer eſt ille, qui diuiſus ab alio numero minori, ab eo adæquatur, vt v. g. 20. eſt numerus integer, quia ſi dimidatur per 4. per 5. per 10. ab illis adæquatur, & nihil remanet.

Numerus fractus ſunt illæ vnitates, quæ non adæquant diuiſorem v. g. ſi diuidatur 19 per 4. remanent 3., ſi per 5. remanent 4. & iſtæ vnitates, ſiuè numeri dicuntur fracta.

Numerus ſimplex eſt ab vnitate ad 10. excluſiuè, & 10. dicitur ſimplicium nouiſſimus, & compoſitorum primus.

Nume-

Numerus compoſitus eſt, qui ex pluribus figuris componitur: Pro quo aduerto tùm Hebræos, tùm Græcos ad ſignificandos numeros vti ſolitos literis Alphabeti, ita vt Aleph, ſiuè Alpha ſignificaret vnitatem, eo quòd in vtroque Alphabeto ſit prima, vt A. in noſtro, & ſic ſucceſſiuè de alijs.

Romani aliquas tantùm literas prælegerunt videlicet I. V. X L. C D. M Iↄ. CIↄ. igitur I. ſignificat vnitatem, V. quinque, X decem, L. quinquaginta, C. centum, D. quingenta; M. mille Quingenta autem ſignantur etiam hoc pacto Iↄ., quòd ſi addas aliud C. dicet quinque millia, ſi tertium hoc pacto Iↄↄↄ ſignificabit quinquaginta millia. Eodem modo mille ſignatur etiam hoc pacto CIↄ. & ſi addas duo C. vnum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram ſignificabit decem millia, ſi tria C. centum millia. Omnes alij numeri ex his componuntur, aduertendo, quòd, ſi numerus minor præponatur maiori, tot vnitates à maiori ſint detrahendæ, quot continentur in minori, v. g. IX. importat 9., & IIX. octo; XL. quadraginta, & ſic de ſingulis.

Moderni ad ſignificandos numeros vtuntur quibuſdam Ciſris, quæ dicuntur numeri vulgares, ſiue Characteres Saracenici, Arabes, Phœnices, vel Indici, volunt enim Arabes eos didiciſſe à Phœnicibus, ſiuè ab Indis; ſunt autem hæ figuræ numero decem, videl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8 9. 0. quarum vltima per ſe nihil ſignificat, ſed ſi apponatur alteri figuræ facit eam ſignificare decuplò magis, quàm priùs.

Aduertendum eſt etiàm, quòd cùm ad nos peruenerint iſti characteres ab Arabis, qui ſcribunt, non à ſiniſtra ad dexteram, vt nos, ſed à dextera ad ſiniſtram cùm Hebræis, eodem pacto ſcribendi ſunt iſti characteres, itàut primo loco ex parte dextera ſcribantur vnitates, ſecundo loco decades, tertio loco centenaria, quarto loco millenaria, & ſic ſucceſſiuè; quòd ſi numeros adhuc maiores ſignificare velis, ſingulis tribus figuris, maioris claritatis gratia, addenda eſt parua coma hoc pacto 257,234,869. qui numerus ſignificat ducentos quinquaginta ſeptem milliones, ducenta triginta quattuor millia, octingenta ſexaginta nouem. Si autem ad dexteram, ſiuè primo loco apponas Zeram, ſeù Ciſram, omnes figuræ præcedentes creſcent decuplò, & 9. ſignificabit nonaginta, 6. ſexcenta, 8. octomillia, & ſic de alijs. Si autem eadem Ciſra 0. apponeretur ad ſiniſtram poſt alias omnes figuras nihil ſignificaret hoc pacto 025,796.

Diuiſor eſt numerus minor per quem diuiditur aliquis numerus maior, v. g. volo diuidere 50 per 9. hic dicitur diuiſor, ille diuidendus.

Quotiens eſt numerus vicium, quibus diuiſor continetur in numero diuidendo, vt v. g. 9. continetur in 50. quinquies, igitur 5. eſt quotiens reſpectu 9. & 50.

Fracta ſunt illę vnitates, quæ non adæquant diuiſorem, vt in allato

 exemplo,

Digitized by Google

exemplo, diuiſo 50. per 9. remanent 5. vnitates, hæ dicuntur fracta.

Denominator eſt illa vnitas, quæ dat formam numero, & per conſequens denominationem, v. g. in 5. ſunt quinque vnitates, ſed hoc vnitarum complexum non accipit denominationem à prima, neque à ſecunda, neque à tertia, neque à quarta, ſed à quinta vnitate, & hæc dicitur denominator.

Partes Arithmeticæ ſunt vel primę, vel ſecundę, quæ videlicèt ex primis producuntur, & de his parùm curat Chronologus, qui tamèn vtitur primis, quæ ſunt quatuor, videlicèt, Additio, ſubtractio, multiplicatio, & diuiſio.

Additio ſiuè ſummatio eſt cum plures numeri in vnum colliguntur, & pro hac aduertendum eſt vnitates ponendas eſſe ſub vnitatibus, decades ſub decadis, centenaria ſub centenarijs, & ſic de alijs, rursùs numerus vnius ſpeciei ſub numeris eiuſdem ſpeciei hoc pacto. Summa annorum eſt 6425. Dies, horæ, minuta, & ſecunda in vnum collecta dant

An.	D.	h.	m.	ſ.
6401.	7.	21.	36.	50.
24.	24.	22.	39.	33.
		22.	31.	53.
	33.	18.	48.	16.

Jn his autem partitis ſunt numeri quinque ſpecierum videlicèt annorum, dierum, horarum, minutorum, & ſecundòrum; ideò ſecunda cum perueniunt ad numerum 60 conuertenda ſunt in minuta, & hęc in horas, horę cum perueniunt ad 24. conuertuntur in dies, fracta verò ſcribuntur ſub ſecundis, minutis, & horis reſpectiuè.

Subtractio eſt cum numerus minor ſubtrahitur à numero maiori vt differentia, ſiuè reſiduum habeatur. Minor ita maiori ſubſcribitur, vt ſimiles vtriuſque numeri notæ ſimilibus reſpondeant, & prima inferioris numeri nota à prima ſuperioris ſubtrahatur; reſiduum verò ſcribatur ſub linea appoſita hoc pacto.

Et aduertendum, quod, ſi numerus inferior ſit maior ſuperiore, aſſumenda eſt vna decas alterius ſpeciei, v. g. 6. vnitates ſecũdorũ ſunt maiores, quã 5. & cũ nulla ſit decas ſecundorũ, aſſumo minutum vnum,

D.	h.	m.	ſ.
45.	7.	6.	5.
33.	18.	48.	16.
11.	12.	17.	49.

quod diuido in 60. ſecunda, & aſſumpta horum decade, dico ſi 6 ſubtraho à 15. remanent 9 hunc ergo numerum ſcribo ſub linea appoſita, deindè decadem ſubtraho à 5. & remanent 4. quem etiàm ſubſcribo, nam ſi à 65. auferas 16. remanent 49. deinde 8. ſubtraho à 15. & ſubſcribo 7. quatuor à 5 & ſubſcribo 1. ſi enim à 65. auferas 48. remanent 17. & cum remanſerint horæ 6 aſſumo integrum diem, horas videlicèr 24., quæ cum 6 dant 30. à quibus ablatis 18. remanent 12. Rurſus dies 3. ſubtraho à 4. & ſcribo 1. decades 3. à 4. & ſcribo 1. vides ergo remanere dies 11. 12. 17. 49.

Ad

Ad examen ſubtractionis reſiduum adde numero minori ſubtracto, &c. ſi æquiualet maiori, benè proceſſit ſubtractio.

Multiplicatio eſt ductus vnius numeri in alterum, vt inueniatur tertius, in quo vnus eorum totiès continetur, quotiès vnitas in altero; v. g. multiplico 8. per 9. & dant 72. totiès ergo 9. continetur, in 72. quot ſunt vnitates in 8. Ad facilius multiplicandum vti poteris vel tabula Pytagorica, quam hic appono, vel libello italico idiomate typis dato, cui titulus *Pratica di conteggiare*, qui etiam deſeruiet ad diuidendum.

Uſus huius tabulæ eſt huiuſmodi. Datis duobus numeris, quorum alter multiplicandus ſit in alterum, vnum eorum quære in latere. A. B. alterum in latere A. C., & in communi vtriuſq; concurſu reperitur numerus productus ex multiplicatione vnius in alterum. Do exemplum. Volo multiplicare 7. in 9., quæro 7. in latere A. B. & 9. in latere A. C. video vtrũq; concurrere in 63. & dico 7. multiplic. per 9 dare 63.

A. B.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
2	4.	6.	8	10	12.	14.	16.	18.
3	6.	9	12.	15.	18.	21.	24.	27.
4.	8	12.	16.	20	24.	28	32.	36.
5.	10	15	20	25	30.	35.	40.	45.
6.	12	18.	24.	30	36	42.	48.	54
7.	14.	21.	28.	35.	42	49.	56	63.
8.	16.	24.	32.	40.	48	56.	64.	72.
9.	18.	27.	36	45.	54.	63.	72	81

C.

Diuiſio ſiuè partitio eſt inuentio numeri, in quo totiès continetur vnitas, quotiès diuiſor in diuidendo, ſiuè cum numerus maior diuiditur in partes v. g. 90. ſi diuidendus ſit in 7. primus dicitur diuidendus, ſecundus verò diuiſor, quod verò reſultat dicitur quotiens. Scribuntur autem hoc pacto: numerus diuidendus ponitur in medio, diuiſor ad ſiniſtram ſcribentis, ſiuè ad dexteram diuidendi, interpoſita clauſula, ſiuè coma, & quotiens ad dexteram ſcribentis, quòd ſi remaneant aliquæ vnitates, quæ non adæquent diuiſorem, hæ dicuntur fracta, & ſcribuntur ſub numero diuidendo hoc pacto;

Unica vice 7. continetur in 9. & appono ad dexteram 1. 7)90(12.
6

Sed quia remanent duæ decades, quæ dant 20. vnitates, in his bis continetur 7. & ſcribo 2. remanent autem ſex vnitates, quæ, cum non adęquent 7. diuiſorem, ſcribuntur infrà numerum diuidendum. Quod ſi numeri ſint diuerſæ ſpeciei, fracta primæ ſpeciei conuertuntur in numeros inferioris ſpeciei; & ſic ſucceſſiuè fit diuiſio.

Ad probandam hanc regulam, an benè proceſſerit, multiplica quotientem per

Digitized by Google

per diuiſorem, & reſultato adde fracta, deindè vide an hic numerus ſit æqualis numero diuidendo, v. g. multiplico 12. per 7. & dant 84. quibus addo 6. fracta, & dant 90. benè ergo proceſſit diuiſio.

a Æ. C. ſignificat Annum ante Æram Chriſti, ſiuè communem.

Æ. C. ſignificat annos Æræ Chriſti, ſiuè communis.

P. I. ſignificat annos Periodi Julianæ.

V. C. ſignificat annos ab Urbe Romana condita.

Annus Pompilianus eſt annus coordinatus à Numa Pompilio, de quo Lectione 8.

Annus Julianus eſt annus dierum 365. & horarum 6. coordinatus à Iulio Cęſare, de quo vide ibidem Lect. 8.

Annus Gregorianus, ſiuè Lilianus eſt annus coordinatus à Gregorio xiij. ſiuè ab Aloyſio Lilio dierum 365. 5. 49. 12., de quo vide ibidem.

Annus Nabonaſari, ſiuè Ægyptius eſt annus dierum 365. de quo vide Lectione 24.

Annus Lunaris eſt annus coordinatus ad curſum Lunæ, quorum alter eſt communis, alter Emboliſmalis, ideſt excreſcens, de quo vide Lect. 7.

Annus Lunaris communis conſtat lunationibus 12. diebus 354. h. 8. 48. 38. 10.

Annus Emboliſmalis eſt lunationum 13. diebus verò 383. h. 21. 32. 41. 20. 50. de quo ibidem.

Annus Sydereus eſt ille, quo menſuratur annuus curſus ſyderum, & conſtat diebus 465 6. 9. 21. 42., & de hoc parum curant Chronologi.

Annus Solaris eſt ille, qui menſuratur à curſu ſolis.

Annus Tropicus idem ſignificat ac annus Solaris, & diuiditur in Nabonaſaræum ſiuè Ægyptium, & Romanum. Romanus in Pompilianum Julianum, & Gregorianum.

Annus Metonicus conſtat annis 19. ſiuè Solaribus, ſiuè lunaribus.

Anno Labente ſignificat annum illum terminare infrà annum Julianum, ſicut è contrà.

Anno ineunte ſignificat annum incipere infrà annum Iulianum, v. g. annus Æræ Chriſti 1712. erit P. J. 6425. vterque enim incipiet, & deſinet eadem die, verùm Annus Nabonaſari 2460. terminabit die 1. Iulij ſtylo nouo, & die 2. Iulij incipiet annus 2461. ideò dicitur anno Nabonaſ. 2460. labente, & anno 2461. ineunte. Idem dic de omnibus alijs Æris, quæ incipiunt, & deſinunt infrà annum.

Apogæum ſignificat maximam diſtantiam Planetarum à terra.

Perigæum maximam propinquitatem eorum ad terram.

Phaſis ſignificat primam apparitionem lunæ ad Solis occaſum poſt illius renouationem.

Syzygia ſignificat lunæ renouationem, ſiuè etiàm plenilunium, pro vtroque enim ſumitur, ſed magis communitèr pro renouatione, & vtrumque dictum fuit à Cicerone lunæ iugum, eo quòd ſol, & luna ſint in-

ea-

Digitized by Google

eadem linea imaginaria ducta à firmamento, & tranſeunte vel per centrum terræ, vel per centtum Eclipticæ. Si autem ambo ſint in linea, quæ tranſit per centrum terræ, dicitur Syzygia vera, ſi in ſecunda, quæ tranſit per centrum Eclipticæ dicitur Syzygia media. Si plura deſideras conſule Aſtronomos, nam quæ diximus ad Chronologum ſufficiunt pro ſola terminorum intelligentia.

Laterculum ſignificat tabellam, in qua res aliquæ deſcribuntur.

Pinacidium idem ſignificat.

Synchroniſmus eſt recta rerum coordinatio per ſua tempora.

Anachroniſmus, & Antichroniſmus eſt error in ordinando, cum videlicèt poſtponitur id, quod eſt præponendum, vel è contra; vel ponuntur eodem tempore, quæ diuerſo acciderunt, vt cum Virgilius ſcripſit Æneam fuiſſe coæuum Didoni, hęc enim illo fuit poſterior annis ferè 300. ideò hic dicitur Anachroniſmus.

Metachroniſmus eſt error in minuendo tempus, vt ſi quis ab Adam ad Diluuium ſignaret tantum annos 1000.

Prochroniſmus eſt error in ampliando, quo peccant Sinenſes, qui Mundum conditum volunt annis 40,000. ante Chriſti Æram.

Tempus prolepticum eſt tempus illud, quod fictione mathematica ſupponimus effluxiſſe ante Mundi creationem; eodem pacto dicuntur horæ, dies, hebdomadæ, menſes, & anni proleptici; Ab alijs dicuntur anteadamitæ, eò quòd ſupponatur eos fluxiſſe ante Adami creationem,

CHRO-

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONOLOGIÆ
LIBER I.

In quo habentur omnia, quæ ad variam temporis diuiſionem pertinent.

QVID SIT CHRONOLOGIA.

LECTIO I.

CHronologiæ nomen à Græcis mutuati ſunt Latini, componitur autèm à Chronos, quòd tempus, & Logos, quòd ſermonem ſignificat. Verùm illius obiectum non eſt tempus, ſiuè temporis natura, hoc enim ad Phyſicum pertinet, ſed diuerſarum partium temporis ad inuicem collatio, ità vt vnam ab alia diſtinguat, & menſuret. Ideò Chronologiam alij artem, vt Beueregius, alij ſcientiam, vt Athlas temporum nuncuparunt; nos verò illam dicimus ſcientiam practicam ſubordinatam Mathematicæ, cuius obiectum cùm ſit quantitas, ſi hæc ſit diſcreta, Arithmeticæ, ſi continua, & permanens Geometriæ; ſi continua, & ſucceſſiua Chronologiæ erit obiectum.

Definiri ergo poteſt Chronologia, quòd ſit ſcientia practica res geſtas diſtinguens per ſua tempora. Quarè non immeritò Chronologiam, & geographiam duo Hiſtoriæ lumina vocabat Voſsius; alij verò eas dixere Hiſtoriæ partes integrales, per alterā enim edocemur quo tempore, per alteram quo in loco acciderit, quod enarratur. Nec prætermittendum cenſeo tùm Arithmeticam, tùm Aſtronomiam ad perfectam Chronologiæ ſcientiam eſſe neceſſarias, ità vt ſine aliquali earum notitia hæc ſcientia haberi non poſſit.

Quæ cum ità ſint ſingulas temporis menſuras, & quidquid ad illas pertinet breuitèr exponam, allaturus deindè breuem Chrono-

Digitized by Google

logiæ praxim, vt faciliùs in Hiſtoriæ, tùm Sacræ, tùm prophanæ notitiam deueniri poſsit.

DE DIEBVS.

LECTIO IJ.

PRimam temporis diuiſionem docuit nos Deus in Mundi Creatione, nam *Gen.* 1. habetur: appellauitque lucem diem, & tenebras noctem, factumque eſt veſpere, & mane dies vnus. Vbi Expoſitores docent per veſperas ſignificari noctem, & per mane diem ſumendo, per ſynecdochem, partem pro toto.

Sed aduertendum eſt eodem diei nomine apellari tùm ſpatium tẽporis, quo ſol noſtrum Hemiſpherium illuminat conficiens ſemicirculum, per illa verba: appellauitque lucem diem; tùm etiàm ſpatium illud, quo ſol totũm circulum conficit, illis verbis: veſpere, & mane dies vnus; quarè ad tollendam æquiuocationem aduertendum eſt alium dici diem naturalem, alium artificialem, ſiuè ciuilem; verùm neque hoc pacto æquiuocationem euitamus, alij enim, vt Mullerus, Ricciolius, Beneregius, & alij curſum illum Solis, quo noſtrum tantum Hemiſpherium illuſtrat ſemicirculum conficiens, diem naturalem dixerunt, curſum verò Solis, quo totum circulum diurnum conficit; artificialem. Alij verò, cùm quibus nos etiàm ſentimus, ſequentes ſtylum Curiæ Romanæ diem naturalem dicunt Solis curſum per totum circulum diurnum; artificialem verò, ſiuè ciuilẽ vocant curſum Solis intrà noſtrum Hemiſphærium, eò quòd eo tempore Artifices laborent, & Ciues operentur; Quarè hoc, ad tollendas omnes æquiuocationes, maximè eſt aduertendum.

Diei naturalis quatuor ſunt puncta cardinalia, à quibus illius exordium vnaquæque natio auſpicatur, videlicèt cùm Sol eſt in Oriente, in Occidente, in Meridie, vel in puncto illi oppoſito mediç noctis.

Hebræi quos poſteà ſecuti ſunt Athenienſes, Arabes, ſiuè Turcæ Boæmi, Sileſij, & Jtali à Solis occaſù diem inchoant, & indè horas incipiunt dinumerare; verùm in Horologijs Campanæ Jtali media hora poſt Solis occaſum diem inchoant. Ve-

Veteres Romani, Egyptij, cum Gallis, Hiſpanis, alijſque Europæis diem inchoant à media nocte, quam regulam ſeruat etiam Romana Curia in inchoandis diebus feſtiuis, & ieiunij.

Babylonij, ex Cenſorino, ab exorth Solis diem inchoant, quorum morem ſecuti ſunt recentiores Græci, & Norimbergenſes, teſte Gaſſendo.

Aſtronomi à meridie ad meridiem diem computant, cum hac tamen diſparitate, quòd Alphonſus Rex, eiuſque ſectatores à meridie diei præcedentis, è contrà Ptolæmæus, Tychon Brahæ cum alijs à meridie eiuſdem diei incipiunt, ideòque dies prima Ianuarij per Alphonſum Regem incipit à meridie diei 31. Decembris, ſed per Ptolæmæum à meridie diei 1. Ianuarij.

Ex dictis ſequitur, quòd ſi, e. g. in Æquinoctio veris appareret Eclipſis ad ortum Solis, Itali dicerent contigiſſe hora 12. diei v. g. 21. Martij; Galli, & Hiſpani hora 6.; Babylonij hora 1.; Aſtronomi hora 18. diei 21. cum Alphonſo Rege, ſed diei 20. cum Ptolæmæo; dies enim 21. per eum non incipit niſi poſt horas ſex, ideſt in meridie eiuſdem diei 21.

Dies diuerſimodè nuncupantur, Diuina enim Scriptura ante captiuitatem Babylonicam ſeptimæ tantùm diei Sabbathi nomen dedit, cæteros dies ſignabat per numeros ordinales ſingulis Menſibus. Ægyptij, & poſt ipſos Romani Deorum ſuorum, ſiuè Planetarum nomine appellabant dies cuiuſque hebdomadæ, teſte Marshamo f. 197. primum videlicèt Solis, ſecundum Lunæ, tertium Martis, quartum Mercurij, quintum Iouis, ſextum Veneris, ſeptimum Saturni; Denique Syluester PP., annuente Conſtantino Magno, quoſlibet dies hebdomadæ Ferias vocauit numero ordinali, addendo Feriæ primæ nomen Dominicæ, ideſt diei Domini, eò quòd credatur Chriſtum eâdèm die Dominica natum, circumciſum, à mortuis reſurrexiſſe, & Spiritum Sanctum immiſiſſe ſuper Diſcipulos.

Digitized by Google

DE HORIS.

LECTIO IIJ.

UT dies meliùs ad communem vſum accommodarentur illos diuiſerunt maiores noſtri in horas, horas autem in ſcrupulos, ſiuè minuta, de quibus ſingillatim eſt infrà agendum.

Horæ nomen à Sole, qui horus dicitur, deductum eſſe aſſerit Blanchinus in ſuo Kalendario f. 29. ex Macrobio, horæ autem aliæ ſunt ęquales, alię inæquales; æquales ſunt, quæ etiàm æquinoctiales dicuntur, eò quòd totùm æquatoris circulum in partes 24. diuidant, & horis ſingulis gradus 15. competant, nàm ſi 15. in 24. ducas habebis 360. quot ſunt ęquatoris gradus. Eſt igitur hora pars 24. diei naturalis, & hæc hora ſimplex dicitur, ad differentiam horæ compoſitæ, quæ eſt duodecima pars diei naturalis, ità vt vna hora compoſita conſtet duabus horis ſimplicibus. His horis vtuntur præcipuè Aſtronomi Chataiæ, vt aſſerit Beueregius, & earum quamlibet diuidunt in octo particulas, quas Geb vocant.

Hora inæqualis eſt duodecima pars diei artificialis, vel noctis; cùm enim dies à ſolſtitio hyemali ad ſolſtitium ęſtiuum ſemper creſcat, è contrà ab æſtiuo ad hyemale decreſcat, non verò creſcat; hinc ſequitur, quòd, ſi vtrumque diuidatur in partes 12. horæ iſtæ aliquando ſunt breuiores, aliquando longiores horis ęqualibus, vt v. g. in noſtro climate circà ſolſtitium æſtiuum hora diei eſt minutorum 75. noctis verò min. 45. è contrà in ſolſtitio hyemali horæ noctis ſunt min. 75. diei autèm min. 45., ſed in æquinoctio ſingulæ horæ ſunt min. 60.

Alio pacto diem artificialem, & noctem diuidebant tùm Iudæi, tùm Romani; diem videlicèt in quatuor partes ęquales, quarum alteram dicebant primam, & inchoabat à Solis ortu vſque ad punctum intermedium inter ortum, & meridiem, à quo puncto incipiebat tertia, quæ protrahebatur vſque ad meridiem; & ex tunc incipiebat ſexta, quę terminabat ad punctum intermedium intèr meridiem, & occaſum; indè ſequebatur

nona,

nona, quæ terminabat ad Solis occaſum. Hinc ortum habuerunt horę Canonicę, quæ recitantur in Eccleſia Dei.

Pariformitèr diuidebant noctem in quatuor vigilias; quarum prima inchoabat à Solis occaſu, & hanc ſequebatur ſecunda vigilia, quæ terminabat in puncto medię noctis.

Ex tunc incipiebat tertia vigilia, & poſt ipſam quarta vigilia, quę terminabat ad Solis ortum. Ex quo deducitur quamlibet harum horarum diei, ac noctis, conſtare horis tribus, quę in ęquinoctio ſunt min. 60. ſed alijs anni temporibus ſunt inæquales.

Datur etiàm alia horarum diuiſio, quædam enim dicuntur Italicæ, quibus videlicèt vtuntur Itali, incipientes eas enumerare à Solis occaſù. Alię Europææ, quibus vtuntur reliquę Europę nationes à media nocte. Alię Babylonicæ à Solis ortu. Alię Aſtronomicę à meridie inchoantes diem.

Aduertendum etiàm diuerſimodè enumerari horas, ac annos; horę enim terminant ſtatim ac enuntiantur, è contrà in annis à puncto enuntiationis incipiunt; v. g. cum enuntiatur hora 24. iam tota pręterijt, & incipit hora prima diei ſubſequentis; è contrà cum enuntiatur annus centeſimus, qui eſt vltimus ſęculi ex tunc incipit annus ille pręterire, & non terminabit, niſi cum enuntiabitur annus primus ſęculi ſubſequentis.

DE SCRVPVLIS, SIVE MINVTIS.

LECTIO IV.

Sicut diuiduntur circuli in gradus 360., & quilibet gradus in min. 60. ità etiàm diuiditur, vt iam diximus, dies in horas, & quęlibet hora in ſcrupulos, ſeù minuta, quodlibet minutum in 60. ſecunda, quodlibet ſecundum in 60. tertia, & ſic ſucceſſiuè hoc pacto v. g. lunatio fit diebus 29. h. 12. m. 44. 3. 10. 50. ideſt horis 12. min. 44. ſecundis 3. tertijs 10. quartis 50.

Chaldęi alio pacto horas diuidunt non in 60., ſed in partes 1080. quas Kelac in ſingulari, Kelachim in plurali nominant, rurſus

quod-

quodlibet Kelac in 60. ſecunda, hęc in 60. tertia, &c. ſic ſucceſſiuè, vt diximus de ſcrupulis. Pro quo eſt aduertendum 18. Kelachim correſpondere vni minuto, ſi enim numerum 1080. diuidas per 18. quotiens erit 60.

Si minuta velis conuertere in Kelachim illa multiplica per 18. ſi autèm Kelachim in minuta, illa diuide per 18. hoc enim pacto habebis, quod requiris, & ſi poſt diuiſionem minutorum remanent aliqua fracta, hæc multiplica per 60. reſultatum diuide per 18., nam quotiens dabit ſecunda, & ſic ſucceſſiuè; Do exemplum: Volo ſcire quot minuta conſtituant Kelachim 96. hic numerus diuiſus per 18. dat 5. & quia ſuperſunt 6. fracta, quæ diuidi non poſſunt per 18., illa multiplico per 60., & dant 360., quæ diuiſa per 18. dant 20. exactè; dico ergò 96. Kelachim conſtituere m. 5. 20.

DE CONVERSIONE HORARVM VNIVS GENERIS IN ALIAS.

LECTIO V.

DIximus ſupra alias eſſe horas Italicas, alias Hiſpanicas, ſiuè Europęas, alias Babylonicas, alias Aſtronomicas; ſi ergo data hora Italica ſcire velis quota ſit tunc temporis hora Hiſpanica, vel Babylonica, vel Aſtronomica, hac vtere regula.

Vide priùs eo die, quot horarum ſit dies ciuilis, & nox, quòd habebis ex tabula infrà ponenda, pro cuius intelligentia aduertendum eſt illam diuidi in ſex partes, in quarum prima continentur menſes Iulij, & Ianuarij, in ſecunda Auguſti, & Februarij, in tertia Septembris, & Martij, in quarta Octobris, & Aprilis, in quinta Nouembris, & Maij, in ſexta Decembris, & Iunij. In qualibet autem parte ſunt tres columnę, in quarum prima notantur dies menſium expanſi, in ſecunda, & tertia columna ſignantur horæ, & minuta diei ciuilis incipiendo à die 21. Martij vſque ad 21. Septembris, noctis verò

rò à die 21. Septembris vſque ad 21. Martij. Quòd ſi cognita hora diei ciuilis velis ſcire horas noctis, vel è contrà, cognitis horis noctis, velis ſcire horas diei ciuilis, hac vtere regula. Horas, & minuta diei ſignata ſubtrahe ab horis 24. quæ conſtituunt diem naturalem, nam reliquum, quòd ſupereſt dabit tibi horas noctis, & eodem pacto horas diei, ſi horæ ſignatæ ſint noctis. Do exemplum, die 9. Aprilis, vel Octobris notantur in Tabula horæ 12. 58. quam ſummam ſi ſubtraho ab horis 24. remanent horæ 11. 2. noctis in Aprili, & horæ 11. 2. diei in Octobris. Hoc poſito. Volo ſcire die 9. Octobris hora 12. Italica quota erit hora aliarum ſpecierum. Subtraho ergo ab horis 12. horas ſeminoctis, & cum nox ſit horarum 12. 58., medietas erit 6. 29. quæ ſubtractæ à 12. dant 5. 31.; dico ergo hora 12. Italica eſt hora 5. 31. Hiſpanica. Vel ſubtraho horas totas noctis, quod quià fieri non poteſt, addo horis 12. horas 24. diei præcedentis, & dant 36., à quibus ſubtraho 12. 58., & remanent 23. 2. & dico, hora 12. Italica eſt hora 23. 2. Babylonica diei 8. Octobris. Rurſus horis 12. addo horas ſemidiei, quæ ſunt 5. 31. & dant 17. 31. dico ergo hora 12. Italica, eſt hora 17. 31. Aſtronomica diei 8. Octobris ſecundum Ptholæmæum, & 9. Octobris ſecundum Alphonſum Regem.

Si autèm velis conuertere Hiſpanicas in Italicas, horis Hiſpanicis adde horas ſeminoctis; ſi in Babylonicas ſubtrahe ab Hiſpanicis horas ſeminoctis; ſi in Aſtronomicas ſubtrahe horas 12. Si tandem Aſtronomicas conuertere velis in Italicas ſubtrahe ab Aſtronomicis horas ſemidiei. Solùm aduerte quòd in ſubtrahendo, ſi horæ à quibus fieri debet ſubtractio non ſufficiant, addantur illis horæ vnius diei, videlicèt 24. diei præcedentis, ſi verò in addendo horæ excedant 24. tunc tollantur horæ 24. diei præcedentis, & id, quod ſupereſt ſignabit horas diei, quæ requiruntur.

Si conuertere volueris horas Babylonicas in Europæas adde Babylonicis horas ſeminoctis. Si in Italicas adde horas totas noctis; ſi in Aſtronomicas, ſubtrahe à Babylonicis horas ſemidiei. Do exemplum. Die prima Ianuarij nox eſt horarum

15. 16. per conſequens dies eſt horarum 8. 44., volo autem, ſcire hora 4. Babylonica quęnam erit Europæa: adddo illi horas ſeminoctis 7. 38., & dant 11. 38. hæc ergo erit hora Europæa. Addo horas totius noctis videlicèt 15. 16. & dant 19. 16. erit ergo hora Italica 19. 16. vel hora campanæ 19. 46. ſubtraho horas ſemidiei, quæ ſunt 4. 22. quod quia fieri non poteſt addo horis 4. Babylonicis horas 24. diei præcedentis, & dant horas 28. à quibus ſubtraho 4. 22. remanent horæ 23. 38. & dico: die prima Ianuarij hora 4. Babylonica erit hora Aſtronomica 23. 38. diei 31. Decembris iuxtà Ptolæmæum, & 1. Ianuarij iuxtà Alphonſum regem.

Hæc Tabula deſeruire poterit pro eleuatione Poli Urbis Genuæ, qui eſt Gr. 44. 25., & aliorum locorum, qui parùm vel excedunt, vel deficiunt à Gr. 44. 22.

Pro regionibus verò, quę ſunt ſub diuerſo climate vtere alijs Tabulis, quas afferunt Aſtronomi.

Later-

Digitized by Google

Laterculum excreſcentiæ dierum, ac noctium ſuper Æquinoctialem ad eleuationem Poli Gr. 44 22.

Iulij Dies Janu. Nox			Aug. Dies Febr. Nox			Septembr. Martij			Octo. Nox Apr. Dies			Nou. Nox Maij Dies			Dec. Nox Iunij Dies		
	h.	m.		h.	m.		h.	m		h.	m.		h.	m.		h.	m.
1	15	16	1	14	26	1	12	56	1	12	32	1	14	0	1	15	12
2	15	16	2	14	24	2	12	52	2	12	34	2	14	4	2	15	12
3	15	14	3	14	22	3	12	50	3	12	38	3	14	6	3	15	14
4	15	14	4	14	20	4	12	46	4	12	40	4	14	8	4	15	16
5	15	12	5	14	16	5	12	40	5	12	44	5	14	12	5	15	16
6	15	12	6	14	14	6	12	40	6	12	46	6	14	14	6	15	16
7	15	10	7	14	12	7	12	38	7	12	50	7	14	16	7	15	18
8	15	8	8	14	8	8	12	34	8	12	54	8	14	20	8	15	18
9	15	8	9	14	6	9	12	32	9	12	58	9	14	22	9	15	20
10	15	6	10	14	4	10	12	28	10	13	2	10	14	24	10	15	20
11	15	4	11	14	0	11	12	22	11	13	4	11	14	26	11	15	22
12	15	2	12	13	58	12	12	22	12	13	8	12	14	30	12	15	22
13	15	0	13	13	56	13	12	22	13	13	12	13	14	32	13	15	22
14	15	0	14	13	52	14	12	20	14	13	14	14	14	34	14	15	22
15	14	58	15	13	50	15	12	18	15	13	18	15	14	36	15	15	22
16	14	56	16	13	46	16	12	16	16	13	20	16	14	38	16	15	22
17	14	54	17	13	44	17	12	10	17	13	24	17	14	42	17	15	22
18	14	52	18	13	42	18	12	6	18	13	26	18	14	44	18	15	22
19	14	50	19	13	38	19	12	4	19	13	30	19	14	46	19	15	22
20	14	50	20	13	36	20	12	2	20	13	32	20	14	48	20	15	22
21	14	50	21	13	32	21	12	0	21	13	34	21	14	50	21	15	22
22	14	58	22	13	30	22	12	4	22	13	36	22	14	52	22	15	22
23	14	46	23	13	26	23	12	6	23	13	38	23	14	54	23	15	22
24	14	41	24	13	24	24	12	10	24	13	42	24	14	56	24	25	22
25	14	42	25	13	20	25	12	12	25	13	44	25	14	58	25	15	22
26	14	38	26	13	18	26	12	16	26	13	46	26	15	0	26	15	20
27	14	36	27	13	14	27	12	18	27	13	50	27	15	2	27	15	20
28	14	34	28	13	10	28	12	22	28	13	52	28	15	4	28	15	20
29	14	32	29	13	6	29	12	24	29	13	54	29	15	6	29	15	20
30	14	30	30	13	0	30	12	28	30	13	56	30	15	8	30	15	18
31	14	28	31	13	0	31	12	30	31	13	58	31	15	8	31	15	18

Digitized by Google

Digitized by Google

DE HEBDOMADIS, ET MENSIBVS,

LECTIO VI.

HEbdomada eſt dierum ſeptem ſyſtema, ab ipſo rerum Conditore inſtitutum, cùm prima die creauit Cælum, & Terram, & ſic ſucceſſiuè vſque ad diem ſeptimam; in qua requieuit. Verùm Romani non hebdomada, ſed Ogdoada, dierum videlicèt octo diuiſione vtebantur, ideò in Kalendario Auguſti, de quo loquitur Beueregius, & exactiùs Blanchinus, dies ſignantur literis octo, cùm è contrà in noſtro ſignentur literis ſeptem, quæ ſunt A. B. C. D. E. F. G.; appoſita ergo diei 1. Ianuarij litera A., & alijs diebus ſucceſſiuè, B. C. &c. poſt appoſitam diei 7. G., diei 8. apponitur denuò A., & ſic ſucceſſiuè proceditur vſque ad 31. Decembris, cui eſt affixa litera A., eò quòd annus conſtet diebus 365., qui dant hebdomadas 52., & præterea diem vnum, quòd ſi conſtaret tantùm diebus 364. vltimus dies anni ſignaretur litera G., & ſemper A. indicaret diē Dominicum, B. diem Lunæ, ſic ſucceſſiuè, & G. ſemper indicaret Sabbathum. Verùm cum, vt diximus, annus conſtet diebus 365., & aliquando 366., vt in Biſſextilibus, hinc ſequitur, quod ſingulis annis immutetur litera, quæ ſignat diem Dominicum; demus enim diem primam Ianuarij incidere in diem Dominicum, incident eo anno in eundem diem Dominicum omnes dies, qui ſignantur litera A., vt ſunt eiuſdem menſis 8. 15. 22. 29. Februarij 5. 12. 19. 26., & ſic de alijs vſque ad diem 31. Decembris, & per conſequens annus ſubſequens incipiet die Lunę, ſeù feria ſecunda, & dies Dominicus erit die 7. Januarij, quæ ſignatur litera G.; hæc ergo litera per totum annum erit Dominicalis, & per conſequens etiam dies 30. Decembris, ideò annus ſubſequens incipiet feria 3., & dies 6. Ianuarij, quæ ſignatur litera F. incidet in Dominicam, huiuſmodi autem litera erit eo anno Dominicalis.

Aduertendum tamen, quòd in annis Biſſextilibus, cùm poſt diem 23. Februarij addatur vnus dies intercalaris, ideò retroceditur

Digitized by Google

tur eo anno per duas literas, & ſi anno præcedenti litera Dominicalis fuit A. à die prima Januarij eſt G. vſque ad 29. Februarij, ex tunc enim litera Dominicalis eſt F., ſed de hoc clariùs infrà.

Hebdomada alia eſt Iudaica, ſiuè Moſaica, quæ ſcilicèt habet feſtiuum diem Sabbathi, alia Apoſtolica, quæ habet feſtiuum diem Dominicum, ex quo patet totam diſparitatem inter Judæos, & Chriſtianos in ſeruando præcepto de ſanctificatione Sabbathi conſiſtere in hoc, quod illi ſanctificant diem vltimum hebdomadæ, nos verò primum. Sunt & aliæ hebdomadarum diuiſiones, quæ non faciunt ad rem, qui tamen illas ſcire deſiderat adeat librum, cui titulus Athlas temporum Patris Ludouici Ambianenſis Capucini.

Diuiditur etiam tempus in menſes, qui, Cenſorino teſte, ſunt vel naturales, ſiuè Cæleſtes, vel Ciuiles. Rurſus naturales, vel ſunt à Luna, vel à Sole.

Menſes naturales à Luna ſunt in triplici differentia, alij enim dicuntur Periodici dierum 27., & horarum 7., hoc enim temporis ſpatio Luna redit ad idem punctum Æquatoris vndè in Nouilunio receſſerat, & quia ibi Solem ampliùs non reperit, eò quòd retroceſſerit ferè per gradus 27. circitèr, ideò ei tantùm coniungitur poſt duos dies, & horas 5., hoc autem ſpatium dierum 29. h. 12. m. 44. 3. 16. 50. dicitur menſis Synodicus. Tertia menſium lunarium ſpecies dicitur ab illuminatione, ſiuè à Phaſi, & incipit ab eo tempore, quo luna poſt renouationem nobis apparet, quod non poteſt contingere niſi horis 27. 30. poſt renouationem, & aliquandò etiàm ſeriùs. Ab huius autèm menſis principio inchoant nationes omnes menſes ſuos dinumerare, vt ſunt Hebræi, Græci, Turcæ, & alij, qui vtuntur menſibus lunaribus.

Menſis Solaris naturalis eſt temporis ſpatium illud, quo ſol in vnoquoque ex ſignis Zodiaci moratur, & licèt maioris temporis ſpatio in vno ſigno moretur, quàm in alio, vt docent Aſtronomi, ſi tamèn conſideretur medium inter exceſſum, & defectum, quilibet menſis erit dierum 30. h. 10. m. 19. 6., quæ multiplicata per 12. dant dies 365. h. 5. m. 49. 12.

Menſis

Menſis Ciuilis eſt numerus dierum, quem vnaquæque Ciuitas, vel natio pro inſtituto obſeruat reiectis horis, & minutis, ideò quæ quia, vt diximus, luna curſum ſuum perficit diebus 29. h. 12. m. 44. 3. 10. 50. ideò menſis primus anni Lunaris computatur ab aliquibus dierum 29., ſecundus dierum 30., & ſic ſucceſſiuè intercalando; ab alijs verò primus menſis fit dierum 30., ſecundus dierum 29., nec prætermittenda eſt opinio Caietani relata à Patre Ludouico Ambian., qui contrà Genebrardum probat menſes omnes apud Hebrços fuiſſe dierum 29. tantùm, quæ opinio validis nititur rationibus.

Menſes Solares Ciuiles apud Ægyptios erant omnes dierum 30.; additis in fine anni diebus 5., qui dicebantur Epagomenæ, ſiuè appendices. Apud Romanos, poſt Iulij Cæſaris, & Auguſti correctionem, alij ſunt dierum 31., alij 30., & vnus dierum 28., ſed aliquando 29., vt videbimus in Kalendario.

DE ANNIS.

LECTIO VIJ.

SIcut ex horis componuntur dies, ſic ex diebus componuntur hebdomadæ, menſes, & anni, licèt autem Ægyptij, alijque quandoque vſi ſint anno Menſtruo, aliquando bimeſtri, non rarò trimeſtri, & quadrimeſtri, immò etiàm ſemeſtri, vt docet Blanchinus in Kalendario *f.* 29., *&* 31., communi tamèn ferè omnium conſenſu nationum non minùs diebus 354., nec maius diebus 366. eſſe voluerunt, excepto tamen anno Emboliſmali, quem dierum 383. ſtatuerunt. Sed, vt clariùs procedamus, dabimus primo loco varias anni diuiſiones in genere, acturi poſtea de ſingulis in ſpecie.

Annus Ciuilis, qui etiàm dicitur ſæcularis, & Politicus eſt ille, quo communiter vtitur Populus, qui per Romanos eſt dierum 365., ſi ſit annus communis, & dierum 366. ſi ſit Biſſextilis, incipit autem à die 1. Ianuarij, vſquè ad 31. Decembris incluſiuè, vel à die qualibet ſignata vſque ad diem præcedentem anni ſubſequentis, v. g. à die 10. Maij anni 1712., ad 9. Maij anni 1713. incluſiuè. Annus

Annus Eccleſiaſticus incipit ab aliqua determinata feſtiuitate mobili ad eandem anni ſubſequentis, v. g. à Paſchate ad Paſcha, ab Aſcenſione ad Aſcenſionem, & ſic de ſingulis, & annus hic aliquando excedit dies 365., aliquando verò non aſſequitur, vt conſideranti patebit, deſeruit autèm pro promouendis ad Sacros ordines.

Annus Aſtronomicus eſt ille, qui commenſuratur ab Aſtronomis in curſu Planetarum iuxtà illud *Gen. cap.* 1. Fiant luminaria in firmamento Cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos. Licèt autèm nullus ſit ex ſeptem Planetis à cuius reuolutione per Zodiacum annus commenſurari non valeat, vſus tamèn obtinuit, vt ex eorùm tantùm Planetarum motibus commenſuretur, qui nobis magis perſpicui ſunt, videlicèt Solis, & Lunæ. Ex quo ſequitur annum commenſurari vel à Sole, vel à Luna, vel ab vtroque ſimul, de quo agemus infrà.

Annus Lunaris vel eſt communis, vel Emboliſmalis. Communis conſtat menſibus, ſiuè lunationibus 12.
diebus autèm ———————— 354. h. 8. m. 48. 38. 10.
Emboliſmalis, menſibus, ſiuè lunation. 13.
diebus verò ———————— 383. h. 21. m. 32. 41. 20. 50.

Annus Solaris vel eſt Tropicus, vel Sidereus. Annus Tropicus eſt ſpatium illud temporis, quod inſumit ſol in perficiendo curſum ſuum periodicum ab vno puncto, ſeu gradu Æclypticæ ab idem punctum, & quià Zodiacus, & Æclyptica duos inter Tropicos continentur, ideò dicitur annus Tropicus, cuius exacta dimenſio adhùc non habetur, ideòque diuerſorum Auctorum placita hic referam.

Soſi-

Soſigenes Iulij Cęſaris Aſtronomus, qui Iulianam correctionem perfecit aſſerebat annum conſtare	D. 365.	h. 6.	m. 0.	0.	0.	0.	
Ptolemæus, qui florebat anno Æræ Ch. 130.	D. 365.	h. 5.	m. 55.	12.	0.	0.	
Albategnius, qui florebat anno Æræ Ch. 880.	D. 365.	h. 5.	m. 46.	24.	0.	0.	
Alphonſus Rex anno 1250.	D. 365.	h. 5.	m. 49.	16.	23.	0.	
Longomontanus	D. 365.	h. 5.	m. 48.	55.	0.	0.	
Copernicus	D. 365.	h. 5.	m. 49.	16.	23.	30.	
Aloyſius Lilius, cui demandata fuit correctio Gregoriana, cum quo ſentit Caſſinus noſtri Æui Aſtronomus celeberrimus.	D. 365.	h. 5.	m. 49.	12.	0.	0.	
Ricciolius	D. 365.	h. 5.	m. 48.	48.	0.	0.	
Beueregius	D. 365.	h. 5.	m. 48.	55.	0.	0.	
Reuerendiſsimus Blanchinus	D. 365.	h. 5.	m. 49.	1.	31.	0.	
Vallemontius t. 2. f. 189.	D. 365.	h. 5.	m. 6.	9.	0.	0.	

Ab harum ergò opinionum diuerſitate, immò a certitudine; quòd ſol non inſumat in ſuo curſu annuo dies 365., & horas ſex, vt ſupponebat Soſigenes, ſed minus aliqua minuta, quæ plurium annorum ſpatio tandem dies conſtituunt, orta eſt neceſſitas Gregorianæ correctionis, de qua agemus infrà. Solùm addo inter varias has opiniones me ſentire cum Lilio, & Caſſino donec contrarium demonſtretur.

Moueor

Moueor ad hoc, quia quantitas anni Gregoriani magis conformatur proceſsû temporis cum anno Lunari, quàm quantitas anni Iuliani, quod patet; nam anni 4000., quot ſupponimus præteriſſe à Mundi creatione ad annum primum Æræ communis, ſi ſint in forma

Iuliana dant in totum dies — —	1461000.
Si ſint Gregoriani dāt dies — —	1460970.
Si verò ſint lunares, qui conſtituuntur per 210. Metonicos, ſeptē cōmunes, & tres Emboliſmales, dant dies —	1460967. h. 23. m. 53. 31. 37. 30.
Vides ergo ſpatio annorū 4000. annos Gregorianos non excedere Lunares, niſi diebus —	2. h. 0. m. 6. 28.
è contrà Iulianum excedere Lunarem diebus — —	32. h. 0. m. 6. 28.
Confirmatur, quia Nouilunium Aprilis anno P. J. 714., quod fuit primū poſt Solis, & Lunæ creationē, contigit Aprilis die -	17. h. 5. m. 31. 37.
Anno verò P. I. 4714. Nouilunium Aprilis fuit die — —	13. h. 20. m. 16. 10.
Eſt ergo differentia dierum —	3. h. 9. m. 15. 27.
à quibus ſi ſubtrahas dies, quibus anni Solares Gregor. excedunt Lunares, videlicèt ---	2. h. 0. m. 6. 28. &c.
remanet diſcrepantia diei —	1. h. 9. m. 8. 59.
E contrà Iulianus excederet Lunarem diebus — — —	31. h. 9. m. 8. 59.

Annus Sidereus eſt temporis ſpatium, quo ſol ab vno ſidere v. g. à libra ad libram redit, & hoc facit ſpatio dierum 365. h. 6. 9. 23. 22., vel, vt vult Ricciolius 365. h. 5. 21. 24., ratio eſt, quia,

quia, cum tardiſſimo motù Stellæ firmamenti procedant ab occaſu in ortum, vel, vt cum Modernis loquar, totum circulum non perficiant, sèd deſint m. o. 49. 54., ſol, ab aliqua ſtella digreſſus, cum annum ſuum tropicum abſoluit, eandem ſtellam non aſſequitur vſque dum m. o. 49. 54. vlterius progrediatur, quod ſpatium non metitur niſi tempore h. o. m. 20. 11. 22.

ſi ergo anno dierum ———	365. h. 5. m. 49. 12.
addas ——— ———	000. h. o. m. 20. 11. 22.
dabunt annum ſidereum dierum	365. h. 6. m. 9. 23. 22.

De aliorum annorum ſpeciebus loquemur infrà ſuo loco.

Sicut diximus ſupra diem habere quatuor puncta Cardinalia, ſic totidem ſignantur in anno, & ſunt duo Solſtitia, Æſtiuum videlicet, & hyemale, cum duobus Æquinoctiis Veris, & Autumni.

Hæbrei annum, quem ſacrum dicunt, auſpicantur ab Æquinoctio Veris, & annum ciuilem ab Autumnali. Athenienſes à Solſtitio Æſtiuo; Romani verò à Solſtitio Hyemali annos ſuos inchoant.

DE ANNO ROMANO.

LECTIO VIIJ.

Triplex eſt Annus Romanus videlicèt, Pompilianus à Numa Pompilio Rege, Julianus à Iulio Cęſare, & Gregorianus, ſiue Lilianus à Gregorio XIII. Pp. ſiue ab Aloyſio Lilio ordinatus, & de ſingulis breuitèr agemus.

Romani ſub Romulo annos habuere menſium 10. verùm Numa Pompilius, qui regnauit circa annum P. J. 4000. addidit menſes duos, videlicet Ianuarium, quem anni principium eſſe voluit, & Februarium, cùm autem anni eſſent lunares, teſte Blanchino, & Em. Card. Noris, ideò addidit alium menſem intercalarem dierum alternatim 22. & 23., qui alternis annis addebantur poſt diem 23. Februarij, eo pacto, quo nùnc quoque ſingulis quaternis annis addimus diem vnum. Menſis verò hic intercalaris vocabatur Mer-Kedonius, ſiue Mercedinus.

Digitized by Google

Decreuit præterea vt menſes Martius, Maius, Sextilis, & October haberent; vt priùs dies 31.; & hi dicuntur menſes pleni, ad differentiam aliorum, qui dicuntur caui, & ante Numam erant dierum 30., ſub eo dierum 29., Februarius autem dierum 28. Uoluit etiam, vt anni initium, quod antè erat in menſe Martio, impoſterum eſſet in Ianuario, & inciperet annus, non vt antè, ab Æquinoctio Veris, ſed à Solſtitio Hyemali.

Verùm, cum hic anni ordo perfectè non correſponderet anno Cæleſti, ſiue Tropico, eo quòd ſæpe eſſent aliqui dies minuendi, vt docet Ricciolius, & ſiue ob imperitiam, ſiue ob malitiam Pontificum malè intercalaretur, ideò Iulius Cęſar aduertens anni initium, quod ex Numæ decreto debebat eſſe circa Solſtitium Hyemale, paulatim retroceſſiſſe, & appropinquaſſe Æquinoctio Autumnali, ideo anno P. I. 4667. errorem corrigere ſtatuit adiutus conſilio, & opera Soſigenis Mathematici, decreuitque, vt annus ſubſequens P. I. 4668., qui terminabat Sole exiſtente in G. 23. libræ, continuaretur vſquè dum perueniret ad gradum 11. Capricorni, eſſetque annus ille, qui ideo dictus eſt annus confuſionis, dierum 445. & ex tùnc inciperet menſis Ianuarius anni 4669. qui dictus fuit annus primus Reformationis. Qui autem videre deſiderat ordinem annorum Pompilianorum, & anni confuſionis adeat Ricciolium in ſua Chronologia.

Sed quæres quare Iulius Cæſar ſtatuerit anni initium ad Gr. 11. Capricorni, & non potiùs ad G. 1. cum tunc habeatur præcisè Solſtitium? Reſpondeo alios velle id ſtatuiſſe, eo quòd ex tunc incipiant notabilitèr creſcere dies, verùm probabilior eſt opinio Blanchini, & Noriſij aſſerentium ad eum diem anni initium protraxiſſe, quia cum anni Pompiliani eſſent Lunares cum ordine ad Solem, & eo anno P. I. 4669. Nouilunium fieret Sole exiſtente in Gr. 11. Capricorni, ideò voluit ab ea die anni initium auſpicari, ne omninò Lunares antiquaret.

Statuit prætereà, vt annus conſtaret diebus 365. & ſingulis quaternis annis diei 23. Februarij adderetur dies vnus, & annus, ille

ille diceretur intercalaris, ſiuè Biſſextilis, eo quòd tum die 24., tum 25. dicatur ſexto Kalendas Martij.

Verùm paulò poſt, occiſo Iulio Cæſare, Pontifices illius mentem non benè percipientes errauere in intercalando, sèd quæſtio eſt inter Chronologos quinam anni ad mentem Iulij Cæſaris eſsent intercalandi, & quinam de facto fuerint intercalati, de quo vide Ricciolium *l.* 1. *cap.* 22. Ego breuiter dico cum eodem non fuiſſe intercalandum annum 4669. videlicèt primum correctionis, & ſucceſſiuè 5. 9. 13. &c., vt vult Mullerus, nec etiam Pontifices intercalaſſe per errorem 4. 7. 10. &c. ſed iuxtà mentem Iulij Cæſaris debuiſſe intercalari 4. 8. 12. &c. Pontifices autem intercalaſſe per errorem 3. 6. 9. &c. ità vt anno 36. à correctione P. I. 4704. fuerit intercalatum 12. cum non debuiſſet intercalari niſi nouies. Ad hunc ergo errorem corrigendum Auguſtus, cum eſſet Pontifex, anno P. I. 4706. intercalares ſuſpendit vſque ad annum P. I. 4720. incluſiuè, qui erat 52. à correctione, & 7. Æræ Com. ſtatuens, vt annus ſubſequens eſſet Biſſextilis, qui erat 8. Æræ Comm., & ſic ſucceſſiuè ſeruaretur impoſterum, ita vt tres eſſent anni communes, & quartus Biſſextilis. Quarè, retrocedendo annos intercalares ad mentem Auguſti, debuiſſent eſſe Biſſextiles anni à correctione 1. 5. 9. 13., & ſic ſucceſſiuè, vt videri poteſt in appoſito Laterculo, in quo ſignantur in prima columna anni P. I. in 2. anni à correctione Iulij Cæſaris, in 3. Litera Dominicalis, quæ futura erat ad mentem Iulij Cæſaris, in 4. Lit. Domin., quæ verè fuit ex errore Pontificum vſque ad annum P. I. 4706., & impoſterum, in quinta Lit. Dom., quæ eſſe debuiſſet per correctionem Auguſti, & verè fuit ab anno 5. Æræ Comm. vſque ad annum 1582. cum Gregorius 13. Kalendarium correxit.

Aduertendum eſt etiam illos eſſe annos intercalares ſiuè Biſſextiles, qui duabus ſignantur literis, qui verò vna tantum, ſunt anni communes, quarè patet ab anno P. I. 4705. vſque ad 4720. incluſiuè nullum fuiſse Biſſextilem, ſed omnes communes.

Digitized by Google

Aduertendum denique Literam Dominicalem in Biſſextilibus , quæ eſt extrà ordinem ſiue à ſiniſtra , deſeruire à Kalendis Ianuarij vſque ad diem 23. Februarij , ab ea autem die per totum annum deſeruire Literam , quę eſt à dextera , ſiuè in ordine.

Digitized by Google

Literæ Dominicales

Anni P.I.	à Cor.	Iul. Cęſ.	Pont.	Aug.
4669.	1.	B.	B.	B. C.
4670.	2.	A.	A.	A.
4671.	3.	G.	F. G.	G.
4672.	4.	E. F.	E.	F.
4673.	5.	D.	D.	D. E.
4674.	6.	C.	B. C.	C.
4675.	7.	B.	A.	B.
4676.	8.	G. A.	G.	A.
4677.	9.	F.	E. F.	F. G.
4678.	10.	E.	D.	E.
4679.	11.	D.	C.	D.
4680.	12.	B. C.	A. B.	C.
4681.	13.	A. G.	G.	A. B.
4682.	14.	G.	F.	G.
4683.	15.	F.	D. E.	F.
4684.	16.	D. E.	C.	E.
4685.	17.	C.	B.	C. D.
4686.	18.	B.	G. A.	B.
4687.	19.	A.	F.	A.
4688.	20.	F. G.	E.	G.
4689.	21.	E.	C. D.	E. F.
4690.	22.	D.	B.	D.
4691.	23.	C.	A.	C.
4692.	24.	A. B.	F. G.	B.
4693.	25.	G.	E.	G. A.
4694.	26.	F.	D.	F.
4695.	27.	E.	B. C.	E.
4696.	28.	C. D.	A.	D.

Literæ Dominicales

Anni P.I.	à Cor.	Jul. Cęſ.	Pont.	Aug.
4697.	29.	B.	G.	B. C.
4698.	30.	A.	E. F.	A.
4699.	31.	G.	D.	G.
4700.	32.	E. F.	C.	F.
4701.	33.	D.	A. B.	D. E.
4702.	34.	C.	G.	C.
4703.	35.	D.	F.	B.
4704.	36.	G. A.	D. E.	A.
4705.	37.	F.	C.	F. G.
4706.	38.	E.	B.	E.
4707.	39.	D.	A.	D.
4708.	40.	B. C.	G.	C.
4709.	41.	A.	F.	A. B.
4710.	42.	G.	E.	G.
4711.	43.	F.	D.	F.
4712.	44.	D. E.	C.	E.
4713.	45.	C.	B.	C. D.
4714.	46.	B.	A.	B.
Annus 1. Æræ communis				
4715.	47.	A.	G.	A.
4716.	48.	F. G.	F.	G.
4717.	49.	E.	E.	E. F.
4718.	50.	D.	D.	D.
4719.	51.	C.	C.	C.
4720.	52.	A. B.	B.	B.
4721.	53.	G.	A.	G. A.
Annus 8. Æræ communis				
4722.	54.	F.	F.	F.

Decre-

Digitized by Google

Digitized by Google

DE CORRECTIONE GREGORIANA.

LECTIO IX.

DEcretum Iulij Cæſaris cum Auguſti correctione continuauit vſque ad annum Æræ communis 1582., & adhuc perſeueraret, ſi, vt ſupponebat Soſigenes Cæſaris Aſtronomus, ſol annuum ſuum curſum perficeret ſpatio dierum 365., & horarum 6. verum cum per Aſtronomos, vt vidimus ſupra Lect. VIJ., compertum ſit minori temporis ſpatio id fieri, adeoque Æquinoctium Uernum, quod anno Æræ comm. 325. à concilio Nicæno ſtatutum fuerat ad diem 21. Martij, ſpatio annorum 1255. idèſt anno 1580. retroceſſiſſe ad diem 11. Martij, & poſt aliquot ſæcula futurum eſſet menſe Februario, immò tandem in Ianuario, ita vt Chriſti Natiuitas celebranda eſſet ſimul cum Paſchate circa Solſtitium Hyemale, ideò ad hunc errorem tollendum, Gregorius XIIJ. Pontifex Maximus, adhibito Mathematicorum conſilio, & præcipuè Aloyſij Lilij, ſtatuit, vt anno 1582. poſt diem 4. Octobris ſubſequens non diceretur 5., sèd 15. ablatis à Kalendario diebus 10. & hoc pacto Æquinoctia, & Solſtitia, quæ retroceſſerant, redirent ad eandem ſedem; voluit prætereà, vt impoſterum poſt annum 1600. tres centeſimi ſubſequentes, qui per regulam Iulij Cæſaris erant futuri Biſſextiles, eſſent communes, videlicèt 1700. 1800. 1900., & quartus, videlicèt 2000., eſſet Biſſextilis, & ſic ſemper procederetur. Ratio autèm quarè ſingulis 400. annis demi voluerit dies tres, eſt iſta; quia cùm compertum ſit Solem annuum ſuum curſum perficere non diebus 365., & horis 6., ſed 365. h. 5. m. 49. 12. ita vt ad horas 6. complendas deſint m. 10. 48., hæc minuta, & ſecunda ſi multiplicentur per 400. dant exactè dies 3. vt conſideranti patebit. Anni ergo 400. qui per Julium Cæſarem dabant dies 146100. per Gregorium dant dies 146097. Hoc pacto Æquinoctia ſemper manebunt in eadem ſede.

Quòd ſi quis adhæreat potius opinioni Copernici, vel Ricciolij in

in anni menſura hoc parum officit, quia cum Copernicus ſuperaddat ſecunda 4. hæc non coaleſcent in diem vnum, niſi ſpatio annorum 21010., & tunc annus Biſſextilis erit faciendus communis. Si verò verificetur ſententia Ricciolij, quæ dat minùs ſecunda 24., hæc diem conſtituent ſpatio annorum 3310. quibus abſolutis, erit addendus vnus Biſſextilis, ex tribus ablatis, pro vna vice tantum. Vides ergo quam benè proceſſerit Gregoriana correctio, & mirandum eſt non fuiſſe receptam ab Anglis, & Batauis, ſicùt illam recepere aliæ nationes, quæ vtuntur Æra communi, licèt in Gallia non fuerit executioni mandata niſi die 10. Decembris eiuſdem anni, quam dixerunt 20. eiuſdem menſis.

Ex hac correctione Gregoriana ſequitur primò, quod eo anno 1582. poſt diem 4. Octobris Litera Dom. quæ erat G., vtpotè affixa diei 7. Octobris, immutata fuerit in C., quæ eſt affixa diei 17. eiuſdem menſis, & Epacta, quæ erat VI. fuerit immutata in XXVI., vt patet in præſenti Laterculo.

	Litera Dominicalis		Epacta	
	Iuliana	Gregoriana	Iuliana	Gregoriana
1581.	A		XXV.	
1582.	G.	C.	VI.	XXVI.
1583.	F.	B.	XVII.	VII.

Sequitur ſecundò, quòd, ſicut iuxta methodum Iulij Cæſaris cum correctione Auguſti Cyclo Solis 1. correſpondebat ſemper Litera Dominicalis G. F., Cyclo 2. Lit. Dom. E., & ſic ſucceſſiuè, vt patet in Cyclo expanſo, quem apponemus infrà, per correctionem tamen Gregorianam fuerit hic ordo immutatus, ita vt ab anno 1582. vſquè ad 1700. incluſiuè Cyclo Solis 1. correſponderet C. B. & ſic ſucceſſiuè. Ab anno autem 1700., ob diem Biſſextilem eo anno ſublatum, correſpondebit impoſterum Cyclo Solis 1. Lit. Dom. D. C., quòd vt clariùs intelligatur ponam hic Lit. Dom., quæ correſpondebunt Cyclo Solis per ſeptem ſæcula futura, vt indè cognoſcatur differentia, quæ eſt inter nos, & illos qui vtuntur ſtylo Iuliano. Poterit etiam iuxtà hanc methodum efformari Tabula Cycli Solaris, & Literar. Domin. pro quolibet ſeculo futuro.

Cyclus

Digitized by Google

Cyclus Solis	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	
L. Domin. Iuliana	F.G.	E.	D.	C.	B.A.	G.	F.	& ſic de
L. D. Greg. an. 1583.	C.B.	A.	G.	F.	E.D.	C.	B.	alijs.
L. D. Greg. an. 1701.	D.C.	B.	A.	G.	F.E.	D.	C.	
L. D. Greg. an. 1800.	E.D.	C.	B.	A.	G.F.	E.	D.	
L. D. Greg. an. 1900. & 2000.	F.E.	D.	C.	B.	A.G.	F.	E.	
L. D. Greg. an. 2100.	G.F.	E.	D.	C.	B.A.	G.	F.	
L. D. Greg. an. 2200.	A.G.	F.	E.	D.	C.B.	A.	G.	& ſic de
L. D. Greg. an. 2300.	B.A.	G.	F.	E.	D.C.	B.	A.	alijs

Aduertendum tamen huiuſmodi Literas Dominicales non correſpondère præcisè anno notato v. g. 1700. ſed Cyclo 1. Solari eo ſæculo decurrenti, quare licèt eo anno 1700. ſit Cyclus Solaris 1., quia tamen annus ille non eſt Biſſextilis, ideò Lit. Dominicalis D. C. valebit pro anno 1728. 1756. 1784., & idem die de alijs ſæculis. Ex hoc deduces Cyclum Soſigenis eſſe immutandum quoties annus ſæcularis de Biſſexto ſit communis iuxta regulam datam.

Aduertendum etiam, quod licèt ſit diuerſa Litera Dominicalis Iuliana, & Gregoriana, ideòque diuerſa die celebrentur Feſta immobilia à nobis, qui vtimur Gregoriana, & ab illis, qui vtuntur Iuliana. Feſta tamen mobilia ab vtriſque celebrantur eâdem diê cum hac diſparitate, quòd diem, quam ipſi dicunt v. g. 16. Martij, nos hoc ſæculo dicimus 27. Do exemplum. Anno 1712. erit Cyclus Solaris 13. qui ſtylo Iuliano dat Lit. Dominicalem F. E. nobis tamen dat C. B. & Paſcha Reſurrectionis erit nobis die 27. Martij., quæ ſignatur Lit. Dom. B., Anglis verò die 16. Martij, quæ ſignatur Lit. Dom. E., & hi dies coincident, vt conſideranti patebit; At Feſtum Anunciationis celebrabitur à nobis die Veneris Sancti, & ab illis Feria 3. poſt octauam Paſchatis, ſiuè poſt Dominicam in Albis.

Pro conuerſione dierum Iulianorum in Gregorianos, & e contrà tene hanc regulam. Vide quot dies fuerint ablati per cor-

rectionem Gregorianam, videlicet ſæculo præſenti 1700. 11. ſæculo futuro 12., ſæculo præterito 1600. 10., & ſic de alijs, deindè dies ablatos adde diebus Iulianis, & habebis dies Gregorianos, vel à Gregorianis tolle dies ablatos, & habebis Iulianos; ſi autem numerus auferendus excedat, adde illi numero dies menſis præcedentis, deindè ſubtrahe. Si autem facta additione excedant 30. vel 31. ſubtrahe dies menſis præcedentis. Do exemplum: Volo ſcire anno 1712. die 24. Aprilis ſtylo veteri quinam ſit dies menſis ſtylo Gregoriano: addo diebus 24. dies 11., & dant 35., à quibus ſubtraho dies 30. menſis Aprilis, & remanent 5. Maij, dico ergo die 24. Aprilis ſtylo veteri, & 5. Maij ſtylo Gregoriano celebrabimus Aſcenſionem Domini anno 1712. E contrà volo ſcire in quam diem Iulianam incidat dies 8. Maij Gregoriana, & quia dies 11. ſubtrahi ab 8. non poſſunt, addo dies 30., & dant 38. à quibus aufero 11., & remanent 27. Aprilis, dico ergo die 27. Aprilis ſtylo Iuliano habebimus Dominicam infra octauam Aſcenſionis; Quę regula deſeruit in ſignandis literis, quæ ſcribuntur Anglis, & Batauis, dicitur enim v. g. Datum Genuæ die 10. Auguſti ſtylo veteri, & 21. Auguſti ſtylo nouo.

DE ANNO LUNI SOLARI.

LECTIO X.

Hebręi annorum menſuram non à Sole tantùm, vt Ægyptij, & Romani poſt Iulium Cæſarem, ſed à Lunæ motu cum ordine ad Solem auſpicabantur, annum enim inchoabant ab illa Luna, cuius Plenilunium eſſet ipſo die Æquinoctij, vel immediatè poſt ipſum, cum hac differentia, quod ab Æquinoctio Verno annum ſacrum, ab Autumnali annum ciuilem auſpicabantur. Græci quoque Attici eodem pacto, ſed à Solſtitio Æſtiuo, & Macedones ab Æquinoctio Autumnali inchoabant. Rursùs alius erat annus Aſtronomicus, qui videlicèt commenſurabatur per dies, horas, & Kelachim, alius ciui-

ciuilis, in quo dierum tantùm habebatur ratio neglectis horis &c. vt diximus ſupra de anno Solari ciuili.

Annus Iudæorum, vel erat communis, ideſt menſium 12. vel Emboliſmalis, ſcilicet excreſcens, menſium 13. Dies verò menſium erant 29. 30. 29. &c., & ſic ſucceſſiuè intercalaritèr, vel vt vult Beueregius dierum 30. 29. 30., & ſic ſucceſſiuè. Nec contemnenda eſt opinio Caietani aſſerentis menſes omnes apud Hebræos fuiſſe dierum 29.

Menſium nomina propria non habuerunt Hebræi ante captiuitatem Babylonicam, ſed illos diſtinguebant per numeros ordinales: primus, ſecundus, tertius &c. Verum poſt captiuitatem menſibus ſingulis nomina propria indiderunt, quæ ſunt potius Chaldaica, quam Iudaica, immo poſt Monarchiam Syro Macedonum vſi ſunt etiam aliquibus nominibus Græcis, vt Xanticus, Dioſcorus, ſiue Dyſtrus, Artemiſius &c. Nomina propria menſium dabimus infrà in Kalendario Hebræo.

Græci quoque annos ciuiles diſtinguebant in communes, & Emboliſmales; ſed menſem 13. dicebant Poſſideon ſecundum ſicut Hebræi Veadar ſiuè Adar ſecundum. Anno Luni Solari vtitur quoque Eccleſia Romana pro Paſchatis celebratione, de quo agemus infrà.

Et quia qui vtuntur anno Luni Solari illum auſpicantur ab Æquinoctijs, ideò ſciendum eſt ante annum P. I. 4250. ignorari, in quam diem menſis inciderit Æquinoctium. Verum anno P. I. 4280. circitèr, Meton Athenienſis cum Eudoxio ſtatuit Solſtitium Æſtiuum, à quo Græci annos auſpicabantur ad diem 8. Iulij, & per conſequens Æquinoctium Vernum ad diem 8. Aprilis. Verum anno P. I. 4400. Timocharides cum Hiparco ad 27. Iunij, & Æquinoctium Vernum ad diem 27. Aprilis. Ptolemæus anno Æræ Ch. 140. cum D. Hipolito M. Æquinoctium ſtatuit ad diem 22. Martij. Poſt ipſos Concilium Nicænum anno Æræ Ch. 325. ad 21. Martij Æquinoctium, & 21. Iunij Soſtitium ſtatuit, quare ſi anni initium ſcrutari velis, ſi annus propoſitus ſit inter annum P. J. 4250., & 4400. ſume Lunam illam, cuius Plenilunium eſt poſt diem 8. Aprilis in annis Iudaicis, vel illam, quæ poſt 8. Iulij renouatur in Græcis.

 Si

Digitized by Google

Si annus ſit poſt annum P. I. 4400., ſed ante 325. Æræ com., ſiuè P. J. 5038., ſume Lunam cuius Plenilunium eſt poſt diem 27. Martij, & pro Græcis, quæ renouatur poſt diem 27. Iunij. Si ſit poſt annum Æræ comm. 325. ſume Lunam, cuius Plenilunium ſit poſt 21. Martij.

Aduertendum eſt cum Beueregio ab eo anno 325. ad annum 1582. incluſiuè, quò facta eſt correctio Gregoriana Æquinoctia, & Solſtitia retroceſſiſſe quot annis per minuta 10., & ſecunda 48. quantum ſcilicet annus Iulianus excedit annum Aſtronomicum iuxta noſtram ſententiam, qui illi damus dies 365. h. 5. m. 49. 12., quare ſi h. 0. m. 10. 48. diuidas in ſecunda dabunt m. 0. 648. & cum dies habeat ſecunda 86400., hæc ſi diuidas per 648. quotiens erit 133. $\frac{216.}{648.}$ igitur ſpatio anorum 133. Æquinoctium retrocedet per integrum diem. Verum poſt factam correctionem Gregorianam, & ablationem dierum 3. ſingulis 400. annis Æquinoctia, & Solſtitia amplius non immutabuntur.

Tota ergo hæc Doctrina verificatur in annis, qui præterirerunt à Mundi creatione vſque ad Concilium Nicænum, ſi menſurentur per annos Julianos, ſi tamen totum illud ſpatium temporis menſuretur per annos Gregorianos, Æquinoctia, & Solſtitia in ſua ſemper ſede permanebunt, vt conſideranti patebit.

Aduertendum ſecundo quod, qui vtuntur annis Luni Solaribus, ad cognoſcendum quinam annus ſit communis, & qui Emboliſmalis vtuntur Cyclo Metonis annorum 19., quorum 12. ſunt communes, & 7. Emboliſmales.

Apud Hebræos in Cyclo 19. ſunt Emboliſmales anni	3. 6. 8. 11. 14. 17. 19.
Apud Græcos anni	3. 5. 8. 11. 14. 16. 19.
Apud nos ſunt Emboliſmales anni	3. 6. 9. 11. 14. 17. 19.

Aduertendum denique omnes, qui vtuntur annis Lunaribus, menſes, & annos non inchoare à Sygyzia vera vel media, ſed à prima Phaſi, ideſt ab eo tempore, quo Luna poſt renouationem nobis apparet, quod contingit horis 27. 30. poſt

Syzy-

Syzygiam veram, & ideo ſi Luna renouetur horis quatuor ante Solis occaſum, vel prius, tunc die ſequenti ad occaſum Solis incipit menſis, ſi verò poſt horas quatuor ante Solis occaſum, menſis non inchoatur niſi poſt duos dies, quæ regula valet, tum pro Hebræis, tum pro Græcis, tum pro Turcis.

DE DIE QVO PASCHA RESVRRECTIONIS CELEBRATVR.

LECTIO XJ.

SCiendum eſt Deum Hebræis præcepiſſe *Exodi* 12. vt Luna 14. menſis primi, qui poſt captiuitatem Babylonicam dictus eſt Niſſam, celebrarent Phaſe ad Solis occaſum Agnum immolando, die verò 15. celebrarent Azima per dies 7. ideſt vſque ad 21. incluſiuè. Hanc igitur legem ſeruauit Dominus Jeſus Chriſtus cum Diſcipulis ſuis feria 5. ante ſuam Paſſionem, ſed alij volunt ab ipſo fuiſſe Agnum immolatum die 13., eo quod 14. erat moriturus, alij Chriſtum ritè Phaſe celebraſſe, cæteros autem Hebræos hanc ſolemnitatem diſtuliſſe ad diem 15. ex Rabinorum traditione, qui volunt nunquam eſſe Paſcha Azimorum celebrandum feria 2. 4. 6., ſed transferendum in diem ſubſequentem, & per conſequens etiam Phaſe ad occaſum Solis diei 15. & alij denique volunt tum Chriſtum Dominum, tum Hebræos omnes eâdem die 14. feria 5. Phaſe celebraſſe, & Paſcha die 15. de quo vide *Toſtatum in tractatu trium quæſtionum*, *Ricciol. & alios*. Ex tribus his opinionibus prima eſt omninò improbabilis, ſecunda probabilis, ſed tertia omnium probabilior. Quo poſito, cum certum ſit Chriſtum fuiſſe crucifixum Luna 15. feria 6., & feria prima reſurrexiſſe, dubitatum eſt à Chriſtianis an Paſcha eſſet celebrandum die 14. Lunæ Niſam, vel die 15. cum Judæis, & ideò Pius 1. anno 159. decreuit, vt celebraretur ſemper feria 1. poſt diem 14., & idem ſtatuit victor 1. anno 196. ac tandem Concilium Nicænum ſtatuit anno 325. vt abſo-

abſolutè ab omnibus fidelibus celebraretur die Dominico ſubſequente immediatè poſt 14. menſis Niſan, videlicèt, quæ incideret in ipſum diem Æquinoctij Verni, vel proximè poſt ipſum; Æquinoctium autem, vt diximus ſuprà, ſtatuit in diem 21. Martij ciuilitèr, licèt Aſtronomicè aliquandò præcedat, aliquandò ſubſequatur. Uerum, cum ab illo anno Æquinoctium ſucceſſiuè retrocederet, & anno 1580. inuentum ſit perueniſſe ad diem 11. Martij, ideò, Gregorius 13. Kalendarium reformauit, & per ablationem dierum 10. ad priſtinam ſedem diei 21. reſtituit. Hoc poſito.

Aduertendum eſt triplicitèr poſſe dinumerari dies Lunationis, primo Aſtronomicè, ita vt quocumque temporis momento fiat Lunę renouatio indè incipiat dies primus, & circulus ille horarius, in quo tunc ſol reperitur ſit limes, & initium horarum 24., quæ conſtituent ſingulos dies iuxtà motus medios, eodemque temporis momento incipiet eadem feria dies 8. 15. 22. 29. & feria præcedenti dies 7. 14. 21. 28., & ſic de ſingulis.

Dies Lunationis ciuilis licèt apud Ægyptios, & Romanos, immò etiam iuxta Patres Alexandrinos, teſte Blanchino *in ſolutione Paſchali ſ. 6.*, inciperet à media nocte præcedente Lunæ renouationem mediam, tamen iuxtà morem Eccleſiæ Romanæ computatur à media nocte, quæ ſubſequitur eandem Lunæ renouationem, ita vt intra horas 24. illius diei Europei terminet dies prima Lunationis mediæ. Explico exemplo; ſupponamus renouationem Lunæ incidere in horam 3. poſt meridiem diei 7. Martij feria 7. ab hac hora incipiet Aſtronomicè dies primus Lunæ, ciuilitèr autèm incipiet in puncto mediæ noctis ſubſequentis, diei videlicet 8. Martij, ex quo patet dies ciuiles Lunæ ſemper eſſe poſteriores diebus Aſtronomicis per totum illud temporis ſpatium, quod intercedit inter Lunæ renouationem, & mediam noctem ſubſequentèm.

Tertio modo poſſunt dinumerari dies Lunæ, per Cyclum, ita vt primus dies ſit ille, qui ſignatur à Cyclo, ſiuè in illum incidat Lunæ renouatio, ſiue non, multotiès enim errat.

Hinc deducitur Lunam Paſchalem eſſe illam, quæ tertiò renouatur

uatur poſt abſolutam diem 6. Januarij in annis communibus, & diem 7. in Emboliſmalibus, vel eſſe illam, quę renouatur poſt completam diem ſextam Martij ad mediam noctem, ita vt Dominica ſubſequens ſit Dominica Paſſionis, ſecunda ſit Palmarum, 3. Reſurrectionis, & probatur; nam per Concilium Nicænum, & per Gregorium 13. cautum eſt ne Paſcha celebretur Luna 14., ſed poſt ipſam; nunc demus Lunam renouari Aſtronomicè hora tertia poſt mediam noctem diei 7. Martij feria 7.; die 8. Martij erit Dominica Paſſionis, Feria ſeptima quę incidet in diem 14. Martij poſt mediam noctem incipiet dies 8. Lunæ, & die ſequenti erit Dominica Palmarum. Die verò 21. Martij poſt mediam noctem incipiet Aſtronomicè dies 15. Lunę, ciuilitèr autem incipiet in puncto mediæ noctis, quæ intercedit inter diem 21., & 22., benè ergo poterit eadem die 22. celebrari Paſcha Reſurrectionis.

Deducitur ſecundò ſolemnitatem Paſchalem includi intrà terminos diei 22. Martij, & 25. Aprilis incluſiuè, ita vt illos excedere non valeat.

Deducitur tertio ex Blanchino *in ſuo opere de ſolutione problematis Paſchalis f.* 9. anno 1707. fuiſſe celebratum Paſcha die 24. Aprilis, cùm debuiſſet celebrari die 17. eiuſdem menſis, videlicèt Dominica pręcedenti, quod probatur, quia Plenilunium incidit in diem 16. Aprilis h. 14. m. 11. 12. poſt meridiem horis videlicet 2. m. 11. 12. poſt mediam noctem, quę intercedit inter diem 16., & 17., cùm autem, ex eodem, ritè Paſcha celebretur, ſi Plenilunium incidat intrà tres quadrantes diei Dominicę, & hoc inciderit in primum quadrans, ſequitur benè potuiſſe celebrari Paſcha die 17. Aprilis, licèt ex Cyclo celebratum ſit die 24. De hac quæſtione vide eundem Blanchinum *in ſolutione Problematis per totum*, vbi docet etiam hoc ſæculo decimo octauo communes tabulas pluries diferre à Paſchate ritè celebrando ſpatio vnius hebdomadæ, quod tamen non eſt valde conſiderandum, cum in Paſchatis celebratione minus erretur, ſi differatur in menſem ſecundum, quam ſi anticipetur, illud celebrando menſe vltimo anni

præ-

præcedentis, qui eſt Adar, vel Veadar, & ratio eſt, quia in menſe ſecundo Paſcha celebrari lex Moyſis,

Lex Moyſis aliquando permittebat, vt patet Num. cap. 9. v. 10. Ioſue cap. 5., ſecundo Paralip. cap. 30. v. 13. & ſecundo Regum cap. 23. v. 21. At menſe præcedenti, qui eſt Adar, vel in Emboliſmali Veadar nunquam fuit conceſſum. Immo D. Leo Pp. ap. 65. enarrat miraculum, quod accidit anno 417. in quadam Eccleſia Siciliæ de fonte repleri ſolito quot annis in Paſchate pro dando Baptiſmo, quod eo anno aridum remanſit, eo quod Paſcha celebratum ibi fuerit non rite die 25. Martij, ritè celebrandum die 22. Aprilis Ricciolius quoque ſimilia miracula refert anno 573. & 580. eo quod Paſcha celebratum fuerit non rite die 21. Martij, rite celebrandum 18. Aprilis.

Verum id accidere non potuit annis ab eo ſignatis, oportuiſſet enim vt illis annis eſſet Lit. Dom. C., quæ eſt affixa diebus 21. Martij, & 18. Aprilis, cum è contra anno 573. fuerit L. Dom. A, & anno 580. Lit. Dom. F. Dicendum eſt ergo id accidiſſe aliis annis. Idem Ricciolius eandem quæſtionem ſignat anno 664. in Scotia, illum vide, & etiam Berninum *tom.* 1. *fol.* 105.

Deniquè concludo cum Blanchino, tùnc ritè celebrari feſtum Paſchatis, ſi ante mediam noctem, à qua inchoat Dominica, terminauerint dies 14. Lunè Aſtronomicè, & in ipſa media nocte terminauerint dies Lunæ ciuiles 14. Rurſus ſi Plenilunium fiat ante vltimum quadrans ipſius Dominicæ, cuius primum quadrans incipit in media nocte, ſecundum ad ortum Solis, tertium in Meridie, & quartum ad Solis occaſum, ſi loquamur de diebus Æquinoctialibus, nec debere protrahi vltram diem vigeſimum primum ipſius Lunæ, communitèr loquendo.

Dies

Digitized by Google

Dies Menſis	Lit. Dom.	Dies Lunæ
7.	C.	
8.	D.	
9.	E.	1.
10.	F.	2.
11.	G.	3.
12.	A.	4.
13.	B.	5.
14.	C.	6.
15.	D.	7.
16.	E.	8.
17.	F.	9.
18.	G.	10.
19.	A.	11.
20.	B.	12.
21.	C.	13.
22.	D.	14.
23.	E.	15.
24.	F.	16.
25.	G.	17.
26.	A.	18.
27.	B.	19.
28.	C.	20.
29.	D.	21.
30.	E.	22.
31.	F.	23.
1.	G.	24.
2.	A.	25.
3.	B.	26.

Maioris claritatis gratia affero hoc Pinacidium, in cuius prima columna ſunt dies menſis Martij, & Aprilis; in ſecunda Literæ Dominicales; & in tertia dies Lunę anni 1720., eo enim anno ex tabulis Mulleri renouatur Luna die 9. Martij h. 6. m. 37. poſt mediam noctem, & eâdem hora diebus ſubſequentibus incipit dies ſecunda, tertia, &c. Ciuilitèr autem dies prima Lunæ incipit ad mediam noctem, quæ eſt inter 9. & 10. menſis, & cum Lit. Dom. ſit F. ſequitur in media nocte Dominicę incipere diem primam Lunæ. Rurſus die 23. hora 6. m. 37. terminare Aſtronomicè diem 14. Lunæ, & incipere 15., ſed ciuilitèr terminare 14. ad mediam noctem, quę intercedit inter diem 23. & 24. ideſt inter Sabbathum, & Dominicam. Plenilunium verò fieri minutis 59. poſt mediam noctem, ideſt ferè hora prima diei Dominicæ à media nocte, quę eſt hora 7. ferè Jtalica; quare eâdem die Dominica poterit bene celebrari Paſcha, ſed in tabulis Eccleſię Romanæ ponitur die 31. Martij, cùm die 30. habeamus diem 22. Lunę horis 6. poſt mediam noctem, & in media nocte ſubſequente incipiat dies 23. ciuilitèr, ſed horis 6. poſt mediam noctem diei Dominicę incipit Aſtronomicè dies 23. Lunæ, ex quo patet tabulas communes celebrare Paſcha vna integra hebdomada poſteriùs, vt docet Blanchinus.

Eſſet hic agendum de anno Ægyptiaco, & Turcico, ſed de eo agemus infrà, cùm de illorum Æris.

DE EPACTIS.

LECTIO XIJ.

EPacta idem ſonat ac additio, & ſignificat in noſtro ſenſu dies, horas, & minuta, quæ adduntur alicui numero.

Epactæ aliç ſunt Solares, aliæ Lunares. Rurſus aliæ menſtruæ, aliæ annuæ. Solares menſtruæ ſunt dies illi, qui ſuperſunt poſt completas quatuor hebdomadas exactas, v.g. in Februario ſi ſit Biſſextilis 1., alijs vero menſibus 2., vel 3., qui dies adduntur hebdomadæ menſis ſubſequentis. Ex quo deducitur menſes 12. conſtare hebdomadis 48., & diebus 29. in anno communi, ſed diebus 30. in Biſſextili, qui dant hebdomadas 4. & diem 1., vel duos in Biſſextili, & hi dies 1., vel 2. dicuntur Epactæ Solares annuæ. Uerùm hoc Epactarum genus iam obſoleuit, eò quòd feriç totius anni faciliùs, & expeditiùs inueniantur per Literas Dominicales.

Epactæ Lunares aliç ſunt Aſtronomicç, de quibus agemus infrà lectione 32., aliç ciuiles, & vtrçque ſunt vel annuç, vel menſtruç. Epactç ciuiles ſunt dies, horæ, & minuta reſidua menſium, vel annorum ciuilium poſt exactas integras Lunationes. Do exemplum. Demus Kalendis Martij in media nocte renouari Lunam, iſta Lunatio terminabit exactè die 29. horis 12. m. 44. poſt mediam noctem, quarè ex eodem menſe Martij ſupererunt dies 1. h. 11. m. 16., & hæc dicitur Epacta Martij pertinens ad Lunationem Aprilis, ità vt in fine anni ſuperſint dies 11. Epactarum, ideò ſingulis annis adijciuntur ad annuam Epactam dies 11., cum autem excedit numerum 30., tunc demitur integra Lunatio dierum 30., & reſiduum remanet pro Epacta anni ſubſequentis. Completo autem Cyclo Metonis, cùm videlicèt habemus aureum numerum 19., anno ſequenti additur Epacta 12., & hic dicitur ſaltus Lunæ. Omnes iſtç Epactæ annorum 19. complent numerum dierum 210., qui dies diuiſi per 30. dant Lunationes 7., Emboliſmales ſupra Lunationes 228. communes annorum 19., videlicèt 12. per ſingu-

ſingulos annos, & in totum Lunationes 235. pro quolibet Cyclo Lunari.

Datur etiam alia diuiſio Epactarum in Epactas Iulianas, quibus vtuntur illi, qui ſeruant ſtylum Julianum, & Epactas Gregorianas, quibus vtuntur qui ſeruant ſtylum Gregorianum. Epacta autem Gregoriana eſt ſemper minor Iuliana tot vnitatibus, quot dies fuerunt ablati per correctionem Gregorianam. Do exemplum. Anno 1698. Epacta Gregoriana erat 18. & Epacta Iuliana 28., quia ablati fuerant dies 10., hoc autem ſæculo, v. g. anno 1712., Epacta Gregoriana eſt 22., & Iuliana 3. nam ſi a 33. auferas 11., quot ſunt dies ablati per correctionem, remanent 22. Si autem Epactam Gregorianam conuertere velis in Iulianam, adde illi tot vnitates, quot dies fuere ablati à Kalendario, v. g. anno 1718. Epacta eſt 28. addo 11. & dat 39. à quo numero ſubtraho 30. remanent 9., & hęc eſt Epacta Juliana. De Cyclo Epactarum loquemur infrà.

DE CYCLO METONIS.

LECTIO XIIJ.

CYclus idem ſonat ac Circulus, & à Chronologis ſumitur pro circuitu alicuius determinati numeri annorum, quibus completis, denuò dinumerare incipimus ab vnitate. Horum præcipuus eſt Cyclus Metonis ab illo adinuentus anno P. J. 4282., qui etiam dicitur Cyclus Lunaris, & numerus Aureus, eò quòd in foro notaretur aureis characteribus, ideò autem annis 19. vſus eſt, quia, hoc temporis ſpatio completo, Luna renouatur eâdem die, & fere eâdem hora, vt priùs, & anni 19. Lunares æquiualent annis 19. Solaribus

Ad quod probandum afferam hic quantitatem anni Solaris tùm Iuliani, tùm Gregoriani, nec non anni Lunaris, vt faciliùs poſſit dignoſci in quo vnus alium excedat.

Digitized by Google

Annus Solaris Iulianus eſt dierum ———	365. h. 6.
Annus Gregorianus eſt dierum	365. h. 5. m. 49. 12.
Menſis Lunaris eſt dierum —	29. h. 12. m. 44. 3. 10. 50.
Annus Lunaris communis eſt dierum ———	354. h. 8. m. 48. 38. 10.
Annus Lunaris Emboliſmalis eſt dierum ———	383. h. 21. m. 32. 41. 20. 50.
Annus Metonicus Solaris Iulianus eſt dierum ———	6939. h. 18.
Annus Metonicus Solaris Gregorianus eſt dierum ——	6939. h. 14. m. 34. 48.
Annus Metonicus Lunaris eſt dierum ———	6939. h. 16. m. 32. 27. 25. 50.
Hinc patet Annum Metonicum Iulianum excedere Lunarem	0. h. 1. m. 27. 32. 34. 10.
Annum Metonicum Lunarem excedere Gregorianum ——	0. h. 1. m. 57. 39. 25. 50.
Denique Annum Metonicum Julianum excedere Gregorianum ———	0. h. 3. m. 25. 12.
Patet etiã annos Lunares 228. ideſt Metonicos 12. excedere totidem Metonicos Solares Gregorianos ———	0. h. 23. m. 31. 53. 10.

ideſt ferè die vna, & ideò expletis annis 228. Epactis non adduntur 11. vnitates, ſed decem tantùm, & dicitur eo anno Lunam facere ſtatum, ſicut, vt diximus ſupra, completo Cyclo adduntur 12., & dicitur Lunam facere ſaltum. Hic Lunæ ſtatus contigit anno Æræ Ch. 1700., cùm enim anno prçcedenti fuiſſet Epacta XXIX. debebat eo anno eſſe Epacta X., & tamen fuit Epacta IX., quia Luna fecerat ſtatum.

Hic ſtatus Lunæ eſt cauſa, ob quã immutantur Epactę correſpondẽtes Aur. num., nam ab anno 1400. ad 1582. Aureo numero 1. correſpondebat Epacta XI., & Aureo numero 19. Epacta XXIX., poſt correctionem verò vſque ad annum 1700. Aureo numero 1. cor-

correſpondebat Epacta I., & Aureo num. 19. Epacta XIX. Stylo Gregoriano; verùm poſtquam Luna fecit ſtatum, Aureo numero I. correſpondet Epacta XXX., ſiue Aſteriſmus ſignatus hoc pacto *, & numero 19. Epacta XVIII. Gregoriana.

Sciendum eſt præterea ante correctionem Gregorianam Eccleſiam vſu recepiſſe, vt Epactas ſignaret per ſolũ num. Aureũ, verùm ob has mutationes inuentus fuit hic Cyclus inſufficiens; & ideò Aloyſius Lilius aliũ adinuenit 30. vnitatum, qui dictus eſt Cyclus Epactarum, quę vnitates non omnes ſunt ſemper in vſu, ſed aliquando alię, & alię, ideò pono hîc Pinacidium Epactarũ Stylo Gregoriano pro ſęculo præterito, & aliud pro ſæculo pręſenti.

TABVLA EPACTARVM

Ab anno 1583. ad 1699. vnà cum Aureis numeris.

Aureus numerus	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
Epacta	I.	XII.	XXIII.	IV.	XV.	XXVI.	VII.	XVIII.
Aureus numerus	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.
Epacta	XXIX.	X.	XXI.	II.	XIII.	XXIV.	V.	XVI.
Aureus numerus	17.	18.	19.	1.				
Epacta	XXVII.	VIII.	XIX.	I.				

TABVLA EPACTARVM

Ab anno 1700. ad 1900. cum Aureis numeris.

Aureus numerus	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
Epacta	*	XI.	XXII.	III.	XIV.	XXV.	VI.	XVII.
Aureus numerus	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.
Epacta	XXVIII.	IX.	XX.	I.	XII.	XXIII.	IV.	XV.
Aureus numerus	17.	18.	19.	1.				
Epacta	XXVI.	VII.	XVIII.	*				

Ante Kalendarij Reformationem ab anno Æræ comm. 1. vſque ad annum 319. Aureo numero 1. correſpõdebat Epacta VII.
Ab anno 320. vſq; ad 799. Aur. num. 1. ccorreſpondebat Ep. VIII.
Ab anno 800. ad ann. 1099. Aur. num. 1. correſpondebat Ep. IX.
Ab anno 1100. ad 1399. Aureo num. 1. correſpondebat Ep. X.
Ab anno 1400. ad ann. 1582. Aur. nu. 1. correſpondebat Ep. XI. à qua ablatis X. vnitatibus ob dies 10. detractos per correctionem, remanſit Epacta I.

Ex allatis tabulis deduces Epactas 30. non omnes eſſe in praxi, ſed ſęcu-

ſęculo pręterito numeros tantum 19. ex 30. in vſu fuiſſe, qui ſunt 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 29. 10. 21. 2. 13. 24. 5. 16. 27. 8. 19.

Hoc autem ſæculo deſeruire 30. ſiue * 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18.

Aduertendum etiam, quod licèt tabulæ Eccleſiaſticæ vtantur his numeris pro Epactis, tamen Aloyſius Lilius, cum Caſſino, & alijs addunt cuilibet numero Epactarum vnitatem, ità vt anno 1712., quo habemus pro Epacta xxii., ipſi habeant xxiii., & ſic alijs annis, quod moneo ad tollendam æquiuocationem.

Epacta deſeruit ad cognoſcendum quandò renouetur Luna à prima Phaſi, ea enim die eſt Lunæ Phaſis, quę in Kalendario ſingulis menſibus ſignatur Epacta currenti. V. g. anno 1712. Epacta eſt xxii., vide ſingulis menſibus, quęnam dies ſignetur hac Epacta, & illa die erit prima Phaſis Lunæ. Deſeruit etiam ad cognoſcendam ætatem Lunæ per computum Salomonicum, Epactæ enim eo anno currenti adde dies menſis, & prætereà numerum menſium, ſiue Kalendarum, quæ præterierunt à Martio incluſiuè, qui numeri ſi excedant 30., ſubtrahe integram Lunationē, & reliquũ dabit tibi dies Lunæ: v. g. anno 1712. die 20. Auguſti volo ſcire quęnam ſit dies Lunę. Ad Epactam 22. addo 20. dies menſis, & pręterea 6. pro Kalendis, quę præterierunt. Hi numeri per regulas additionis dant 48. à quibus ſubtraho 30. remanent 18. & dico: die 20. Auguſti habebimus diem 18. Lunæ.

Deniquè aduerto, quòd cùm citantur anni alicuius Cycli decurrentis dicitur abſolutè Cyclus, hoc enim termino vtimur, tùm ad ſignificandum integrum Cyclum, tùm etiam quemlibet illius annum, ſic dicimus anno 1712. erit Cyclus Metonis, ſiuè Aureus numerus 3., Cyclus Solaris 13., Cyclus Indictionis 5.

DE CYCLO SOLARI.

LECTIO XIV.

Cyclus Solaris dicitur, non ob aliquam relationem ad Solem, ſed quia per ipſum deſignatur dies Dominicus ab Ethnicis dictus dies ſolis, & conſtituitur per ſeriem annorum 28., quibus

Digitized by Google

bus peractis, iuxta Soſigenis ſententiam, qui huius Cycli fuit inuentor, dies Dominicus ad eandem Literam Dominicalem redit, & omnes feriæ eiſdem Literis vt priùs deſignantur, quod patet; nam anni 28. Iuliani dant dies 10227., qui conſtituunt hebdomadas 1461. exactas, & in his ſunt anni ſeptem Biſſextiles, & 21. Communes, ideò completis annis 28. redit idem ordo Literarum Dominicalium; verùm cum per Correctionem Gregorianam ablati fuerint dies 10., & ſingulis 400. annis, auferendi ſint dies tres, ideò quandocumque in fine ſæculi annus de Biſſextili fit Communis, numeris Cycli ampliùs non correſpondet eadem Litera Dominicalis, ſed alia, & Cyclus Soſigenis non valet niſi intrà ſæculum, quòd vt clariùs innoteſcat dabo hic tres tabulas, quarum prima erit iuxtà annos Iulianos, quæ deſeruiuit ab anno Æræ Ch. 5. ad 1582., eâque vtuntur illi, qui adhùc ſeruant Stylum Iulianum. Secunda deſeruiuit ab anno 1582. ad annum 1700. Tertia denique ab anno 1700. ad 1800.

TABVLA CYCLI SOLARIS,

Et Literarum Dominicalium iuxta Soſigenem, & Correctionem factam ab Auguſto, quæ fuit in vſu vſque ad annum 1582.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.
G.F.	E.	D.	C.	B.A.	G.	F.	E.	D.C.	B.	A.	G.	F.E.
14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.	23.	24.	25.	26.
D.	C.	B.	A.G.	F.	E.	D.	C.B.	A.	G.	F.	E.D.	C.
27.	28.	1.										
B	A	G.F.	& cætera.									

TABVLA CYCLI SOLARIS,

Et Literarum Dominicalium ab anno 1582. ad *1699.*

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.
C.B.	A.	G.	F.	E.D.	C.	B.	A.	G.F.	E.	D.
12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.
C.	B.A.	G.	F.	E.	D.C.	B.	A.	G.	F.E.	D.
23.	24.	25.	26.	27.	28.	1.				
C.	B.	A.G.	F.	E.	D.	C.B.	& cætera.			

TABVLA CYCLI SOLARIS,

Et Literarum Dominicalium ab anno 1700. ad 1799.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.
D.C.	B.	A.	G.	F.E.	D.	C.	B.	A.G.	F.	E.
12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.
D.	C.B.	A.	G.	F.	E.D.	C.	B.	A.	G.F.	E.
23.	24.	25.	26.	27.	28.	1.	& cætera.			
D.	C.	B.A.	G.	F.	E.	D.C.				

Ex his ergo tabulis vides, quod ante annum 1582. Cyclo ſolis 1. ſemper correſpondebat Litera Dominicalis G. F., eo quòd annus eſſet Biſſextilis, poſteà verò correſpondit Cyclo 1. Lit. Domin. C. B., & ſæculo præſenti correſpondet Lit. Dom. D. C., conſequentèr immutantur omnes aliæ Literæ alijs annis eiuſdem Cycli iuxta tertiam tabulam ſuprà poſitam, quæ, vt diximus, deſeruiet vſque ad annum 1800., eo enim anno, cum ſit Cyclus Solaris 17., Lit. Dominicalis deberet eſſe E. D. ſed cum de Biſſextili fiat communis per ablationem vnius diei, ideò Litera Dom. eſt E., & anno ſequenti 1801. Cyclo Solari 18. Lit. Dom. D., & ſic ſucceſſiuè, quarè Cyclo ſolis 1. correſpondebit Litera Dom. E. D., & anno 1900. Cyclo Solis 1. correſpondebit Litera Dom. F. E., anno autem 2100. G. F., vt diximus ſupra Lect. JX.

Ob hanc immutationem Literarum Dominicalium correſpondentium numeris Cycli, Aloyſius Lilius alium Cyclum adinuenit annorum 400. quem Gregorianum vocauit, eo enim expleto, denuò Literę Dominicales ad eundem ordinem redibunt, & ratio eſt, quia anni 400., qui iuxtà Julij Cæſaris regulas dant dies 146100., iuxtà Gregorij reformationē dant tantū dies 146097., qui conſtituunt hebdomadas 20871. exactè, & ideò Literæ Dominicales redeunt ad eundem ordinem.

Hoc præſuppoſito: cùm per nos ab anno primo, quo Orbis fuit à Deo creatus ad annum primum Æręe Chriſti præterierint anni 4000., & anno primo Æræ Chriſti Lit. Dominicalis eſſet A., ſequitur etiam anno Creationis fuiſſe eandem Literā Dominicalem A., vt patet ex tabula, quam afferā, quæ deſeruiet ad cognoſcendas Lit. Dominicales cuiuslibet anni antè Æram Chriſti ſtylo Gregoriano. Pro

Digitized by Google

Pro huius Cycli intelligentia aduertendum eſt illum diuidi in quatuor partes, quarum quælibet continet annos 100. In prima autem columna cuiuslibet partis ſunt Lit. Dom. pro annis 28., in alijs quatuor columnis ſunt anni expanſi ſucceſſiuè vſquè ad 99., quarè anni notati in eâdem linea habent eandem Literã Dom. Do exemplum.

Sæculo primo Lit. Dom. A. competit annis 1. 29. 57. 85.

Sæculo ſecundo eadem litera competit annis 103. 131. 159. 187.

Sęculo tertio annis 210. 238. 266. 294.

Sæculo quarto annis 317. 345. 373., & 401., vt anno primo primi ſæculi. Idem dic de alijs literis.

Aduertendum ſecundò hunc Cyclum non valere poſt annum P. I. 4669., ex tunc enim ſtandum eſt correctioni Iulij Cæſaris, & errori Pontificum iuxtà Pinacidium à nobis datum lect. 8.; Ab anno autem P. I. 4718., qui eſt Æræ com. 5. vſque ad annum Æræ cō. 1582., ſi cognoſcere volueris Lit. Dom., vti poteris, vel Cyclo Solari Soſigenis à nobis ſuprà dato, vel regula quam tra-demus infra Lect. XXX.

Poſt correctionem verò Gregorianam ab anno 1601., & in poſterum poſſes vti hoc eodem Cyclo, ſi ablati fuiſſent à Kalendario dies 11., qui, cum ablato anno 4. Æræ com., darent dies 12., & eo anno 1601. fuiſſet Lit. Dom. A., cum autem ablati fuerint tantùm dies 10., & Lit. Dom. eo anno fuerit G., ideò dabo infrà alium Cyclum Greg. incipientem à Lit. G., qui deſeruiet ab anno 1601. per omnia ſęcula futura.

Digitized by Google

Tabula Cycli Gregoriani pro annis ante Æram communem.

SÆCULUM PRIMUM.					SÆCULUM SECUNDUM.				
					D.	100.			
A.	1.	29.	57.	85.	C.	101.	129.	157.	185.
G.	2.	30.	58.	86.	B.	102.	130.	158.	186.
F.	3.	31.	59.	87.	A.	103.	131.	159.	187.
D. E.	4.	32.	60.	88.	F. G.	104.	132.	160.	188.
C.	5.	33.	61.	89.	E.	105.	133.	161.	189.
B.	6.	34.	62.	90.	D.	106.	134.	162.	190.
A.	7.	35.	63.	91.	C.	107.	135.	163.	191.
F. G.	8.	36.	64.	92.	A. B.	108.	136.	164.	192.
E.	9.	37.	65.	93.	G.	109.	137.	165.	193.
D.	10.	38.	66.	94.	F.	110.	138.	166.	194.
C.	11.	39.	67.	95.	E.	111.	139.	167.	195.
A. B.	12.	40.	68.	96.	C. D.	112.	140.	168.	196.
G.	13.	41.	69.	97.	B.	113.	141.	169.	197.
F.	14.	42.	70.	98.	A.	114.	142.	170.	198.
E.	15.	43.	71.	99.	G.	115.	143.	171.	199.
C. D.	16.	44.	72.		E. F.	116.	144.	172.	
B.	17.	45.	73.		D.	117.	145.	173.	
A.	18.	46.	74.		C.	118.	146.	174.	
G.	19.	47.	75		B.	119.	147.	175.	
E. F.	20.	48.	76.		G. A.	120.	148.	176.	
D.	21.	49.	77.		F.	121.	149.	177.	
C.	22.	50.	78.		E.	122.	150.	178.	
B.	23.	51.	79.		D.	123.	151.	179.	
G. A.	24.	52.	80.		B. C.	124.	152.	180.	
F.	25.	53.	81.		A.	125.	153.	181.	
E.	26.	54.	82.		G.	126.	154.	182.	
D.	27.	55.	83.		F.	127.	155.	183.	
B. C.	28.	56.	84.		D. E.	128.	156.	184.	

Digitized by Google

Tabula Cycli Gregoriani pro annis ante Æram communem.

SÆCULUM TERTIUM.		SÆCULUM QUARTUM.	
F.	200.	A.	300.
E.	201. 229. 257. 285.	G.	301. 329. 357. 385.
D.	202. 230. 258. 286.	F.	302. 330. 358. 386.
C.	203. 231. 259. 287.	E.	303. 331. 359. 387.
A.B.	204. 232. 260. 288.	C.D.	304. 332. 360. 388.
G.	205. 233. 261. 289.	B.	305. 333. 361. 389.
F.	206. 234. 262. 290.	A.	306. 334. 362. 390.
E.	207. 235. 263. 291.	G.	307. 335. 363. 391.
C.D.	208. 236. 264. 292.	E.F.	308. 336. 364. 392.
B.	209. 237. 265. 293.	D.	309. 337. 365. 393.
A.	210. 238. 266. 294	C.	310. 338. 366. 394.
G.	211. 239. 267. 295.	B.	311. 339. 367. 395.
E. F.	212. 240. 268. 296.	G. A.	312. 340. 368. 396.
D.	213. 241. 269. 297.	F.	313. 341. 369. 397.
C.	214. 242. 270. 298.	E.	314. 342. 370. 398.
B.	215. 243. 271. 299.	D.	315. 343. 371. 399.
G. A.	216. 244. 272.	B.C.	316. 344. 372. 400.
F.	217. 245. 273.	A.	317. 345. 373. 401.
E.	218. 246. 274.	G.	318. 346. 374.
D.	219. 247. 275.	F.	319. 347. 375.
B.C.	220. 248. 276.	D.E.	320. 348. 376.
A.	221. 249. 277.	C.	321. 349. 377.
G.	222. 250. 278.	B.	322. 350. 378.
F.	223. 251. 279.	A.	323. 351. 379.
D.E.	224. 252. 280.	F.G.	324. 352. 380.
C.	225. 253. 281.	E.	325. 353. 381.
B.	226. 254. 282.	D.	326. 354. 382.
A.	227. 255. 383.	C.	327. 355. 383.
F. G.	228. 256. 284.	A.B.	328. 356. 384.

Digitized by Google

Tabula Cycli Gregoriani ab anno 1601. incluſiuè, & infrà.

SÆCULUM PRIMUM.					SÆCULUM SECUNDUM.				
					C.	100.			
G.	1.	29.	57.	85.	B.	101.	129.	157.	185.
F.	2.	30.	58.	86.	A.	102.	130.	158.	186.
E.	3.	31.	59.	87.	G.	103.	131.	159.	187.
C. D.	4.	32.	60.	88.	E. F.	104.	132.	160.	188.
B.	5.	33.	61.	89.	D.	105.	133.	161.	189.
A.	6.	34.	62.	90.	C.	106.	134.	162.	190.
G.	7.	35.	63.	91.	B.	107.	135.	163.	191.
E. F.	8.	36.	64.	92.	G.A.	108.	136.	164.	192.
D.	9.	37.	65.	93.	F.	109.	137.	165.	193.
C.	10.	38.	66.	94.	E.	110.	138.	166.	194.
B.	11.	39.	67.	95.	D.	111.	139.	167.	195.
G. A.	12.	40.	68.	96.	B. C.	112.	140.	168.	196.
F.	13.	41.	69.	97.	A.	113.	141.	169.	197.
E.	14.	42.	70.	98.	G.	114.	142.	170.	198.
D.	15.	43.	71.	99.	F.	115.	143.	171.	199.
B. C.	16.	44.	72.		D.E.	116.	144.	172.	
A.	17.	45.	73.		C.	117.	145.	173.	
G.	18.	46.	74.		B.	118.	146.	174.	
F.	19.	47.	75.		A.	119.	147.	175.	
D. E.	20.	48.	76.		F. G.	120.	148.	176.	
C.	21.	49.	77.		E.	121.	149.	177.	
B.	22.	50.	78.		D.	122.	150.	178.	
A.	23.	51.	79.		C.	123.	151.	179.	
F. G.	24.	52.	80.		A. B.	124.	152.	180.	
E.	25.	53.	81.		G.	125.	153.	181.	
D.	26.	54.	82.		F.	126.	154.	182.	
C.	27.	55.	83.		E.	127.	155.	183.	
A. B.	28.	56.	84.		C.D.	128.	156.	184.	

Digitized by Google

Tabula Cycli Gregoriani ab anno 1601. incluſiuè, & infrà.

SÆCULUM TERTIUM.		SÆCULUM QUARTUM.	
E.	200.	G.	300.
D.	201. 229. 257. 285.	F.	301. 329. 357. 385.
C.	202. 230. 258. 286.	E.	302. 330. 358. 386.
B.	203. 231. 259. 287.	D.	303. 331. 359. 387.
G. A.	204. 232. 260. 288.	B. C.	304. 332. 360. 388.
F.	205. 233. 261. 289.	A.	305. 333. 361. 389.
E.	206. 234. 262. 290.	G.	306. 334. 362. 390.
D.	207. 235. 263. 291.	F.	307. 335. 363. 391.
B. C.	208. 236. 264. 292.	D. E.	308. 336. 364. 392.
A.	209. 237. 265. 293.	C.	309. 337. 365. 393.
G.	210. 238. 266. 294	B.	310. 338. 366. 394.
F.	211. 239. 267. 295.	A.	311. 339. 367. 395.
D. E.	212. 240. 268. 296.	F. G.	312. 340. 368. 396.
C.	213. 241. 269. 297.	E.	313. 341. 369. 397.
B.	214. 242. 270. 298.	D.	314. 342. 370. 398.
A.	215. 243. 271. 299.	C.	315. 343. 371. 399.
F. G.	216. 244. 272.	A. B.	316. 344. 372. 400.
E.	217. 245. 273.	G.	317. 345. 373. 401.
D.	218. 246. 274.	F.	318. 346. 374.
C.	219. 247. 275.	E.	319. 347. 375.
A. B.	220. 248. 276.	C. D.	320. 348. 376.
G.	221. 249. 277.	B.	321. 349. 377.
F.	222. 250. 278.	A.	322. 350. 378.
E.	223. 251. 279.	G.	323. 351. 379.
C. D.	224. 252. 280.	E. F.	324. 352. 380.
B.	225. 253. 281.	D.	325. 353. 381.
A.	226. 254. 282.	C.	326. 354. 382.
G.	227. 255. 383.	B.	327. 355. 383.
E. F.	228. 256. 284.	G. A.	328. 356. 384.

Digitized by Google

Uerùm, dicet aliquis, in annis, qui à Mundi creatione præceſſerunt Æram communem, diuerſa eſt, vt plurimùm, Lit. Dominicalis ſignata per Cyclum Solarem Soſigenis a ſignata per Cyclum Gregorianum, nàm, v. g., anno primo Æræ Mundi per Cyclum Gregorianum habetur Lit. Dominicalis A., ſed Cyclus Soſigenis, cum eſſet annus P. I. 714., & Cyclus 14. ſignabat Lit. Dom. D., quomodò ergò poſſunt ad inuicem concordari?

Reſpondeo id facili methodo nos poſſe aſſequi, hæc ergo ſit regula: Dato quolibèt anno ante Æram com., à diebus menſium Gregorianis ſubtrahe ſemper dies 4., prætereà vide quot ſæcula completa pręterierint, illa verò diuide per 4., per Cyclũ videlicèt Gregorianum, & quotientem multiplica per 3., omnis enim Cyclus Gregorianus dat dies 3. minùs, quam anni 400. Iuliani, ſummam reſultatam adde ad 4. iam ſuprà ſignatos, & prætereà adde etiàm tot vnitates, quot erunt fracta. Hoc poſito, ſummam totam diuide per 7., & reſiduum ſubtrahe à diebus Gregorianis, hoc enim pacto conformabitur feria anni Iuliani cum feria Gregoriani. Exemplis clariùs veritas patebit.

Dicimus Lectione 34., & 35. Deum creaſſe Cęlum, & Terram anno P. I. 714., qui fuit primus Æræ Mundi die 2. Aprilis, cui eſt affixa Litera A. feria 1. in anno Gregoriano, ſi ab hac die ſubtrahas 4., remanent 29. Martij, cui eſt affixa Lit. D., & cum eo anno Cyclus Iulianus ſit 14., qui ſignat Lit. Dom. D., hinc ſequitur etiàm in forma Iuliana Mundum fuiſſe conditum f. 1.

Dicimus Lect. 36. aquas diluuij inundaſſe terram anno P. I. 2369. Cyclo Solari Iul. 17., qui ſignat Lit. Dom. A. G., anno verò Mundi 1656. Cyclo Gregoriano 56., qui ſignat Lit. Dom. C. B. die 5. Maij, cui eſt affixa Litera F., erat ergo feria 5. in forma Gregoriana; ſed cum prætererint à Mundi creatione ſæcula 16., quæ dant Cyclos Gregorianos quatuor, hæc multiplico per 3., & dant 12., quibus addo 4., & dant 16., à quibus ſubtraho duo ſeptena, videlicèt 14., & remanent 2., hæc igitur ſubduco à 5. Maij, & remanent 3. Maij, cui eſt affixa Lit. D., cùm verò Dominicalis, vt vidimus, in forma Iuliana fuerit G., ſequitur incidiſſe in f. 5. etiàm in forma Iuliana.

Di-

Dicimus Lect. 37. Sabbathum primum, quod celebratum fuit à populo poſt exitum de Ægypto incidiſſe in diem 6. Maij, cui eſt affixa Lit. G., quòd probatur ſic: erat P. I. 3227., Cyclo Solari Iuliano 7., qui ſignat Lit. Dom. F., Æræ verò Mundi 2514. Cyclo Gregoriano 114., qui ſignat Lit. Dom. A., ergo in forma Gregoriana 6. Maij fuit f. 7. Cum autem præterierint ſæcula completa 25. ſi diuidantur per 4. dant quotientem 6., qui multiplicatus per 3. dat ———————————— 18.

Addo pro vno ſæculo fracto ———————————— 1.

Et præterea de more ———————————— 4.

Quæ dant in totum ———————————— 23.

A quibus ſi ſubtraho tria ſeptena, ideſt ———————— 21.

remanent. ———————————— 2.

Si duo ſubtraho à die 6., remanet dies 4. Maij, cui eſt affixa Lit. E., cum ergo Lit. Dominicalis Iuliana fuerit F. ſequitur etiàm in hac forma fuiſſe feriam ſeptimam.

Dicimus in noſtro Chronico anno P. I. 4107. Cyclo Solari Iul. 19. Lit. Dom. E., anno verò Mundi 3394., Cyclo Gregoriano 194., Lit. Dom. F. à Nabucdonoſorre captam fuiſſe Ieroſolymam die 9. quarti menſis, quæ ex tabulis aſtronomicis incidit in 9. Julij, cui eſt affixa Litera A., ergo in forma Gregoriana contigit expugnatio f. 3. Cùm autem prçterierint ſçcula completa 33., quæ diuiſa per 4. dant quotientem 8. cum vno fracto, ſi multiplico 8. per 3. dant 24., quibus addo 1. pro fracto, et 4. de more, dant 29., à quibus, ſubtractis quatuor ſeptenis, remanet 1., ſubtraho 1. à 9., remanent 8. Julij, cui eſt affixa Lit. G., & cum Lit. Dom. Iuliana ſit E. ſequitur incidiſſe in f. 3. etiam ſtylo Iuliano.

Denique ibidem dicimus anno P. I. 4197. Cyclo Solari Iul. 25., qui ſignat Lit. Dom. E. D., Æræ verò Mundi 3484., Cyclo Gregoriano 284., Lit. Dom. G. F., die 14. Niſan celebratum fuiſſe à Zorobobele ſolemniſſimum Phaſe poſt abſolutam çdificationem Templi, incidit autem 14. Niſan in diem 13. Aprilis, cum Nouilunium medium fuerit die 28. Martij, & prima Phaſis die 30. in ſerò, cùm autem diei 13. Aprilis ſit affixa Lit. E., ſequitur incidiſſe in f. 7. in forma Gregoriana. Rurſus cum præterierint ſæcula completa 34., quæ diuiſa per 4. dant quotientem

tem

Digitized by Google

tem 8. cum duobus fractis, quotientem 8. multiplico per 3., & dat 24., cui addo 2. pro fractis, & 4. de more, dant ergo in totum 30., à quibus, ablatis quatuor ſeptenis, videlicèt 28., remanent duo, quæ ſubtraho à 13., & remanent 11. Aprilis, cui eſt affixa Lit. C. Cum autem Lit. Dom. Iuliana fuerit D. ſequitur incidiſſe in f. 7.

DE CYCLO INDICTIONIS.

LECTIO XV.

Cyclus Jndictionis eſt circuitus annorum 15., quibus reuolutis, denuò incipimus enumerare ab vnitate; licèt autem huius Cycli vſum alij referant ad Conſtantinum Magnum anno 312., cùm de Maxentio victoriam reportauit, alij ad Auguſtum anno P. J. 4711., probabiliùs tamen mihi videtur, quòd aſſerit Athlas temporum, videlicèt inchoaſſe à Roma condita, anno videlicèt P. J. 3961. iuxtà Varonis ſententiam, ſi enim ab anno P. I. 6425., qui eſt Æræ com. 1712. ſubtrahas annos 3960., qui præteriere ante Romam conditam, remanent 2465., quos ſi diuidas per 15., remanent fracta 5., quæ eſt indictio anni 1712. Verùm, quomodòcumque ſit, certum eſt Conſtantinum Magnum iuſſiſſe anno 312., vt diplomata ſignarentur non per Olympiades, vt anteà, ſed per indictionem, quarè indictio eſt character infallibilis cuiuſlibet anni.

Jndictionum Cyclo non omnes eodem vtuntur, nam Græci, & præcipuè Conſtantinopolitani indictionem mutant Kalendis Septembris; Curia Imperialis die 24. Septembris, quod etiàm ſeruat Curia Genuenſis, ſed hæc vno anno diminuto; Deniquè Pontificia die 25. Decembris, vel potiùs die 1. Ianuarij, & hæc eſt indictio magis communis, quarè anno 1712. erit indictio Imperialis, & Pontificia 5., ſed Græca, & Genuenſis 4. Kalendis Septembris Græci habebunt indictionem 5., die 24. Septembris Curia Imperialis ſignabit indictionem 6., & Curia Genuenſis indictionem 5. Denique Kalendis Ianuarij anni 1713. indictio Pontificia erit 6.

Hi

Hi ſunt Cycli inſigniores, quibus vtuntur Chronologi, & licèt dentur etiam alij Cycli ab alijs adinuenti, qui tamen Chronologiæ parùm deſeruiunt, & multotiès cum Periodis confunduntur, ideò eos hìc prætermittimus, de illis aliquid infrà dicturi.

DE PERIODIS.

LECTIO XVJ.

PEriodus idem ſonat ac circuitus, & ſicut Rethores circuitum verborum, Medici circuitum æſtus febrilis, Aſtronomi circuitum Planetarum periodos vocant, ſic à Chronologis annorum circuitus periodus dicitur; licèt autem eadem ſit etiam ſignificatio Cycli, immò à quàm plurimis pro eodem vſurpetur, nos tamen, ad tollendam æquiuocationem, Cyclum dicimus circuitum illum determinati numeri annorum ab alio numero non reſultantis, ſi verò numerus ex multiplicatione alterius numeri componatur, periodum dicimus. Do exemplum numeri 15. 19. 28. 400. à nobis Cycli dicuntur, vt vidimus ſuprà; ſi autem Cyclum 19. multiplices per 4. reſultabit numerus 76., qui dicitur Periodus Calippina, ſi per 5. dabit 95. Periodus Cirilli Alexandrini, ſi per 16. dabit. 304. Periodus Hiparchi, ſi per 23. dabit 437. Periodus Theophili, idem dic de alijs, quas pretermitto.

Victorinus Aquitanus anno Æræ Ch. 463. multiplicato Aureo numero 19. per Cyclum Solarem 28., vel è contrà 28. per 19. Periodum adinuenit annorum 532., qua vſus eſt etiam Dionyſius Exiguus Abbas, ideòque dicitur Periodus Victorini, vel Dionyſij, eâque vtebantur ad cognoſcendum ſingulis annis, in quam diem Paſcha incideret, verùm modò ad hunc vſum amplius non deſeruit, licèt alijs vſibus vtilis ſit.

Aduertendum eſt autem, quòd quælibet Periodus in eadem reſoluitur, per quæ componitur, & conſtituitur, & cum Periodus Victorini componatur per Cyclos Lunarem, & Solarem, incipiatque ab eo anno, quo habemus Cyclum Solarem 1., & Lunarem 1., nec non ſingulis annis tùm Cycli, tùm

Periodi creſcant per vnitatem, hinc ſequitur, quòd, cognito numero huius Periodi, ſi diuidatur per 28. denominator fractorum dabit numerum Cycli Solaris, ſi diuidatur per 19. dabit numerum Cycli Lunaris. Do exemplum: anno P. J. 6425., qui eſt Æræ comm. 1712. erit Periodi Victorini 41., ſi hunc numerum diuido per 28. remanent fracta 13., qui eſt numerus Cycli Solaris illius anni; Si diuido per 19. remanent 3., qui eſt Cyclus Lunaris eiuſdem anni; Si autem nullum fractum remaneret in aliqua diuiſione daret Cyclum Solarem 28., & Lunarem 19. completos. Hæc autem doctrina benè eſt perpendenda, quia deſeruit pro alijs etiam Periodis.

Ad huius Periodi ſimilitudinem poſſunt efformari aliæ duæ Periodi ad cognoſcendum quando nàm ſimul concurrant Cyclus Indictionis cum Cyclo Solari, vel Lunari. Prima dicitur Periodus Indictionis Aurea, ex numero 15. multiplicato per 19., qui dant 285., quibus completis, denuò concordant hi duo Cycli. Secunda dicitur Indictionis Solaris ex 15. multiplicato per 28., ex quibus reſultat numerus 420. Primam Periodum ſi diuidas per 15., vel per 19. habebis Cyclos Indictionis, & Lunarem decurrentes, ſecundam verò ſi diuidas per 15., vel 28. habebis Cyclos Indictionis, & Solarem, vt diximus de Periodo Victorini.

DE PERIODO IVLIANA.

LECTIO XVII.

PEriodus Iuliana ideò ſic dicitur, quia vtitur annis Julianis, & inuenta fuit, vel à quodam Monaco Græco, cui nomen Pandorus tempore Arcadij Jmp., & Theophili Alexandrini, vt vult Petauius; vel à Ioſepho Scaligero, qui animaduertens quantùm Cycli Solaris, Lunaris, & Indictionis conducant ad annum vnum ab alio ſecernendum, hos tres Cyclos inter ſe inuicem multiplicauit, Cyclus enim Solaris 28. per Lunarem 19. multiplicatus dat 532. Periodum Victorini, rurſus 532. multiplicatum per 15. Cyclum Indictionis, dat 7980. Periodum Iuliani.

Digitized by Google

Periodi huius præſtantia in hoc conſiſtit, quòd per totum eius decurſum quilibet annus proprijs ſuis Cyclis gaudet, qui alteri anno eiuſdem Periodi accommodari omnes ſimul non poſſunt. Do exemplum: anno 1. Æræ Chriſti, qui fuit P. I. 4714. erat Cyclus Solaris 10., Lunaris 2., & Indictionis 4., qui ita huic anno competunt, vt nulli alteri ex præteritis, vel futuris eiuſdem Periodi omnes ſimul conuenire non poſſint, & non niſi poſt completos annos 7980. ſit futura eadem trium Cyclorum combinatio, licèt Solis 10., & Lunæ 2. ſit futura poſt annos 532. Rurſus Solis 10., & Jndictionis 4. poſt annos 420.; Lunæ 2., & Indictionis 4. poſt annos 285., idem dic de alijs Cyclis, qui alijs annis eiuſdem Periodi competunt.

Aduertendum eſt autem in hac Periodo contineri Cyclos Solarem, Lunarem, & Indictionis, nec non Periodos Indictionis Auream, Indictionis Solarem, & Victorini; quarè, cognito anno determinato huius Periodi, ſi ſummam diuidas per 15. fracta dabunt Indictionem currentem, ſi per 19. dabunt Cyclum Lunarem, ſi per 28. Cyclum Solarem, ſi per 285. Periodum Jndictionis Auream, ſi per 480. Periodum Indictionis Solaris, ſi per 532. dabunt Periodum Victorini, vt experientia comprobari poteſt.

Hac igitur Periodo vtar, vtpotè omnium perfectiſſima, neque enim faceſſit negotium id, quod aliqui aſſerunt, videlicèt nimis eſſe coarctatum numerum annorum ante Æram communem, cùm enim nos aſſeramus Mundum fuiſſe conditum annis 4000. ante Æram comm., iam ſuperſunt anni 713. Nec etiam officit, quod obijciunt alij efformari videlicèt per Cyclum Indictionis, qui non eſt naturalis, ſed arbitrarius, cùm enim à tot annis fuerit in vſu, videtur æquiualere poſſe naturalibus.

Verùm, dicet aliquis, ſi iuxtà noſtram ſententiam Mundus fuit conditus annis 4000. ante Æram communem quomodo P. J. enumerat annos 4713. ante ipſam Æram?

Reſpondeo, quod ſicùt Geometræ præter ſpatium verum, quod menſurant, ſupponunt ſpatia quædam imaginaria, quæ per ſuas lineas ducunt in infinitum, ita Chronologi præter tem-

pus verum, quod initium habuit à Mundi creatione, aliud quoddam tempus præſuponunt, quod Prolepticum dicunt, idèſt anticipans, ſiuè imaginarium fictione Mathematica, & hoc tempus eſt totus ille annorum curſus in Periodo Juliana, qui præcedit Æram Mundi, &, ſi velis, poteris etiam ante annum primum huius Periodi eandem Periodum replicare, ſemper enim eodem ordine proceſſiſſent Cycli, & Planetarum motus.

Dices ſecundò: quarè hæc Periodus incipit anno 4713. ante Æram comm., & non priùs, vel poſteriùs? Reſpondeo: ideò eo anno incipere, quia tunc tantùm habuiſſemus Cyclum Solarem 1., Lunarem 1., Indictionis 1., quod retrocedendo cognoſci facilè poterit, ſicùt è contrà ſolùm anno huius Periodi 7980. habebimus Cyclum Solarem 28., Lunarem 19., & Indictionis 15., vt conſideranti patebit.

DE ALIIS PERIODIS.

LECTIO XVJJJ.

NOnnulli videntes nimis coarctatum numerum annorum præcedentium Æram Chriſti in P. I., & ideò per ipſam explicari non poſſe Æras Mundi per eos, qui ſequuntur verſionem 70. interpretum, aliam Periodum adinuenerunt, quam dixere Solis auream, eò quòd in ſe contineat tantum Cyclos Solis, & Lunæ, hoc pacto: Periodum Victorini multiplicant per Cyclum Lunarem 19., & dat 10108., Vel alio pacto: Cyclum Lunarem 19. multiplicant in ſe ipſum, & dat quadratum 361., quem numerum multiplicant per 28. Cyclum Solarem, & dat 10108.

P. Ludouicus Ambianenſis Capucinus in ſuo libro cui titulus, *Athlas temporum*, aliam Periodum adinuenit, quam, quia Ludouico XIV. dicauit, ideò Periodum Ludouici Magni nuncupauit; conſlatur autem ex Cyclis Lunari, Solari, & Epactarum, vel ex Periodo Victorini 532. multiplicato per Cyclum Epactarum 30., ex quo reſultat Periodus Lud. M. 15960., ſed aduer-

uertendum eſt, quòd cum Epactæ de anno in annum non augeantur per vnitatem, ſed per 11., quandoque per 12., & aliquando etiàm per 10., hinc ſequitur ex hac Periodo non poſſe erui Epactam decurrentem, ſicùt è contrà ex Periodo Iuliana eruitur indictio.

Aduertendum eſt etiàm tùm Periodum Iulianam, tùm ſolis Auream, tùm Ludouici Magni, peractis annis 532., habere eoſdem Cyclos Solarem, & Lunarem.

Periodi ſolis Aureæ, & Ludouici Magni initium omnes ſtatuunt in annum ante Æram comm. 7373., annis 2660. ante annum primum P. I., ita vt annus primus Æræ com. incidat in annum Periodi ſolis aureæ, & Ludouici M. 7374., & anno Æræ comm. 1712. habeamus horum Periodorum annum 9085.

Periodus Calippina, vt iam diximus, conflatur ex Cyclo Metonis multiplicato per 4., & dat 76., differt autem ab alijs Periodis in hoc, quòd illius initium non fuit ab Auctore ſtatutum anno 1. Cycli Lunaris, ſed determinatè anno P. I. 4384. in ſolſtitio æſtiuo, Cyclo ſolari 15., eò quòd voluerit inchoare à Monarchia Alexandri poſt victum Darium, & captam Babylonem, quarè ad cognoſcendum quinam ſit annus huius Cycli: ab annis P. I. decurrentis ſubtrahe 4383., & reſiduum diuide per 76. nàm denominator fractorum dabit annum huius Periodi inchoantem ad ſolſtitium æſtiuum: v. g. ab anno P. I. 6425. ſubtraho 4383. remanent 2042., quæ diuiſa per 76. remanent fracta 66., hic ergo eſt annus Periodi Callippinæ inchoantis ad ſolſtitiũ æſtiuũ, & tunc terminabit annus 65. eiuſdem Cycli.

Periodus Hiparchi, vt diximus, Conflatur ex Cyclo Metonis multiplicato per 16., & dat 304.; Anno autem 1712. erit annus huius Periodi 117.

Illuſtriſs., & Reuerendiſs. Franciſcus Blanchinus aliam Periodum adinuenit annorum 1184., quibus abſolutis Syzygiæ ad eandem diem redibunt, ſi annus vltimus Periodi de Biſſextili fiat communis, ablato die excreſcente, vt docet *in ſuo libro de ſolutione Problematis fol.* 11. Idē Auctor *in libro de Cyclo Cæſaris, & S. Hippolyti martyris* exponit tres Periodos eiuſdem Sancti, videlicèt minorem annorũ 112. ex Cyclo ſolis multiplicato per 4.; maio-

rem

rem annorum 784., ex minori multiplicato per 7., vel ex quadrato Cycli Solaris; ſi enim 28. multiplices in ſe ipſum, dabit 784.. Maximum annorum 3248. ex Periodo maiori multiplicato per 4. cum additione Periodi minoris, vel clariùs ex Periodo minori multiplicato per 29. vtroque enim modo habetur Periodus maxima annorum 3248.

DE ÆRIS.

LECTIO XIX.

ÆRa, ſiue Hera, ſiuè Æpocha, quæ ſunt Synonima, ſignificat punctum temporis, à quo anni dinumerari incipiunt, vel ipſe annorum decurſus à tali puncto, ſic dicitur: Æra Mundi ab illius creatione, Æra diluuij ab illius principio, vel fine. Quarè Æra ſemper initium habet ab aliqua illuſtri actione, quæ ſit memorabilis.

Dicitur Æra, vel quia anni ſignabantur aliquibus clauis æreis, vel ob errorem Amanuenſium, qui inuenientes in literis A. E. R. A., quæ ſignificabant: Annus erat Regni Auguſti, ex quatuor illis literis initialibus vnum ſolum verbum conſtruxerunt; vel deniquè quia Hiſpani annos dinumerare cæperunt ab eo tempore, quo Auguſtus illis tributum ſoluendum impoſuit, & ideò ab Ære ſoluto Æram dixerunt, ſed, quidquid ſit de huius nominis ethimologia, certum eſt nullam eſſe Gentem adeò barbaram, quæ annos ſuos ab aliquo puncto temporis non dinumeret.

Æras alij diuidunt in ſacras, Eccleſiaſticas, & Politicas. Alij in Chriſtianas, Hebraicas, Ethnicas, & Turcicas, qua diuiſione nos quoque vtemur, & primo loco agemus de Æra Chriſti, vtpotè ſolidiſſimum totius Chronologiæ fundamentum, acturi pauca de alijs.

Huius Æræ primus Auctor fuit Dionyſius Exiguus circa annum Chriſti 530. imperante Iuſtiniano, videns enim Chriſti fideles in annis enumerandis vti Ethnicorum Æris, & in Egypto Æra Diocletiani; rationi conſonum iudicauit, ſi à Chriſti

Nati-

Natiuitate annos ſuos auſpicaretur, ideòque illos enumerare cæpit à Kalendis Ianuarij anni P. I. 4713. Cyclo Lunari 1., vt Æra cum Cyclo concordaret, verùm poſteà Beda, vel alius quis illius initium poſuit anno ſequenti P. J. 4714. Kalendis Ianuarij.

Licèt autem hæc Æra dicatur Æra Chriſti, Æra gratiæ, Æra noſtræ ſalutis, & aliqui putent initium illius fuiſſe deſumptum à die, qua Chriſtus Ieſus, poſtquam natus fuerat die 25. Decembris, die 1. Ianuarij fuit circumciſus, & cæpit ſoluere prętium noſtræ ſalutis, id tamèn non eſt omninò indubitatum, cùm, vt videbimus infrà, multi Chriſti Natiuitatem ponant alijs annis antè: certum tamèn eſt Æram hanc incipere à Kalendis Ianuarij anni P. I. 4714. Cyclo Solari 10., Lunari 2., Indictionis 4., quod facilè probatur diuidendo ſummam 4714. per 28., per 19., & per 15.; Eodem pacto certum eſt anno Chriſti 1712. eſſe annum P. I. 6425.

Hac Æra vti cęperunt Jtali anno 590., Belgæ anno 620., Galli 780., & Hiſpani anno 1383., cum antea vterentur Æra Auguſti, quæ cæpit anno P. I. 4676. annis 38. antè Æram communem, Hiſpanos Paulò poſt ſecuti ſunt Luſitani.

Aduertendum tamèn non omnes inchoaſſe annos à die 1. Ianuarij; nam Galli annos inchoabant à Paſchate vſque ad annum 1564., immò Parlamentum vſque ad 1567., vt docet Vallemontius *t.* 1. *f.* 17., Veneti, & Florentini à die 25. Martij anni P. I. 4713., videlicet à Chriſti Incarnatione, & denique Genuenſes à die Natiuitatis Chriſti die 25. Decembris. Verùm à die 1. Ianuarij eſt Æra magis vſitata, & ideò nos quoque eam ſequemur, illamque dicemus Æram communem.

Antequam Chriſtiani Æra hac communi vterentur, Ægyptij alia vtebantur, quam dicebant Æram Diocletiani, vel Martyrum, vel Ægyptiacam; inſtituta autem fuit anno P. J. 4997. die 29. Auguſti, cum impius ille Tyrannus in Chriſtianos perſecutionem mouit; verùm, introducta iam Æra communi, illa in deſuetudinem venit, ſed quia apud aliquos Auctores, qui eo tempore ſcripſerunt eſt in vſu, ideò ad conuertendos annos huius Æræ in annos Ærę communis hac vtere regula: Annis

Æræ

Digitized by Google

Æræ Diocletiani datis, adde annos 283., & habebis annos Æræ communis; nam annus primus Æræ Diocletiani concordat cum anno Æræ com. 284., incipiens tamèn die 29. Auguſti; Rursùs ab annis Æræ communis ſubtrahe annos 283., & habebis annos Æræ Diocletiani. Do exemplum: ab anno 1712. ſubtraho 283. remanent 1429., die ergo 29. Auguſti anni 1712. incipiet annus Diocletiani 1429.

DE ÆRA MVNDI.

LECTIO XX.

ÆRa Mundi nihil eſt incertiùs, vtpotè quæ à nobis maximè diſtans, licèt enim Ethnici aliqualem de Mundi creatione notitiam habuerint, vt docet Blanchinus *Decade* 1. *cap.* 1. nihil tamen de ea ſcripſerunt, & ideò tempus, quod fluxit ante diluuium Ogygis incognitum dixerunt; nos verò, licèt habeamus de fide *Gen. cap.* 1. Mundum fuiſſe à Deo creatum in tempore, ignoramus tamen quonam anno id contigerit. Non deſunt, qui illius tempus eruere conentur ab annis Patriarcharum, Iudicum, Regum, & Pontificum, quos Sacer Textus dinumerat, ſed dubitatur an anni illi ſint completi, vel inchoati.

Rurſus in vno loco habemus numerum annorum determinatum, in alio diuerſum, v. g. anni peregrinationis Judæorum enumerantur 430. tùm *Gen.* 15. 13., tùm *Exodi* 12. 40., sèd *Iudith.* 5., *&* *Actorum* 7. 6., habetur fuiſſe tantùm 400., & ſic de alijs, vt videri poteſt in Ricciolio, & Expoſitoribus. Maius adhuc præbet fundamentum diuerſimodè opinandi exceſſus vltrà annos 1000., qui reperitur in editione 70. Interpretum ſuprà vulgatam, licèt enim aliqui velint id contigiſſe vitio Amanuenſium; Ricciolius tamen vtramque ſententiam conciliare conatur, ita vt per ipſum vtraque ſit probabilis, dummodo anni, qui dantur Mundo ab ijs, qui 70. Interpretes ſequuntur, non excedant 5904., nec ſint minus 5054., è contrà per eos, qui ſequuntur vulgatam editionem inter 4330., & 3705. contineantur.

tur. Opiniones ergo, quę huiuſmodi terminos excedunt pro improbabilibus haberi debent.

Ex quo deducitur omninò falſam eſſe immanem illam annorum ſeriem Ægyptiorum, qui Mundum conditum aſſerunt ante annos 30000., Sinenſium 40000., Chaldæorum 400000., vt refert Blanchinus *in hiſtoria vniuerſali f.* 154. Rursùs improbabilem eſſe ſententiam Cardinalis Alciati, qui Mundo dat annos 7158. ante Chriſti Æram, Alphonſi Regis, & aliorum, qui vltrà 6000. Mundi annos protendunt, hi enim omnes Prochroniſmo in Chronologia laborant. Sicut è contrà falſa eſt opinio Rabbinorum, qui, vt probarent nondum Meſſiam adueniſſe, citrà annos 3700. ante Æram communem coarctabant, quarè hi è contrà Metachroniſmo laborant.

ADDITIO AD LECTIONEM PRÆCEDENTEM.

LECTIO XXJ.

PRo complemento huius quæſtionis de Mundi creatione operę pretium duxi hic afferre varias Auctorum opiniones, quas colligere potui, vt clariùs pateat quàm difficile ſit annum ſtatuere, quo à Deo fuerit Orbis conditus.

Prætermiſſis ergo opinionibus Ægyptiorum, qui Mundum conditum volunt annis 30000 Æram Chriſti. Sinenſium, qui 40000. Chaldæorum, qui 400000., alias hic exponam numero 150., & quia earum 61. excedunt initium P. I., cuius annus primus coincidit cum anno 2661. Periodi Solis aureæ, vel etiam Ludouici Magni, his igitur Periodis vtar, ambo enim incipiunt eodem anno, licèt terminent diuerſo, & in his Periodis annus primus Æræ Chriſti coincidit cum anno 7374., ſicut in P. I. cum anno 4714.

Aduertendum eſt etiàm, quod docuit Ricciolius *lib.* 7. opiniones videlicèt probabiles illorum, qui ſequuntur 70. Interpretes, non dare Mundo ante Chriſti Æram pluſquàm annos 5904.,

Digitized by Google

nec minus quam 5054., ita vt contigerit inter annum Periodi Solis aureæ 1470., & 2320. Illos verò qui ſequuntur vulgatam editionem non dare Mundo pluſquàm annos 4330. nec minus quàm 3705., ita vt nec fuerit conditus ante annum Periodi Solis aureæ 3044., nec poſt annum 3669.

Ex quo deducitur improbabiles eſſe ſeptem primas opiniones hic allatas propter exceſſum, & duas vltimas propter defectum; inſuper improbabiles etiam eſſe quinquageſimam tertiàm, & alias vſque ad 62., eò quòd nec concordent cùm 70. Interpretibus, nec cum vulgata editione. Probabiles ergo ex his omnibus ſunt octaua vſque ad quinquageſimam ſecundam incluſiuè iuxtà 70. Jnterpretes, & etiam ſexageſima tertia cum reliquis vſque ad 148. incluſiuè, iuxtà vulgatam editionem, de quo vide Ricciolium *l. 7. cap.* 1., & 2.

In prima ergo columna habes nomina Auctorum. In ſecunda annum Periodi Solis aureæ, ſiuè Ludouici Magni, quo Auctores ibidem citati volunt Mundum conditum. In tertia annos ante Æram Chriſti, ità vt ſi has duas ſummas in vnum colligis, inuenias annum 7374., qui eſt annus primus Æræ Chriſti in his duabus Periodis. In quarta deniquè numerum diuerſarum opinionum.

NOMINA AUCTORUM.	Anni P. S. A.	a. Æ.	
Cardinalis Alciatus.	216.	7158.	1.
Alphonſus Rex ex Mullero, & Ricciolio.	390.	6984.	2.
Quaricus.	389.	6985.	3.
S. Iſidorus.	768.	6606.	4.
Onuphrius Panuinus.	1064.	6310.	5.
S. Cyprianus, & Suidas.	1374.	6000.	6.
Tabulæ Alphonſinæ ex Ricciolio.	1390.	5984.	7.
Philaſtrius, & Lactantius.	1573.	5801.	8.
Nicephorus Coſtantinopolitanus.	1674.	5700.	9.
Ricciolius in Chronologia l. 7.	1740.	5634.	10.
Clemens Alexandrinus.	1750.	5624.	11.
Græci, & S. Ambroſius ex Bochio.	1768.	5606.	12.

NO-

Digitized by Google

NOMINA AUCTORUM.	Anni P. S. A.	a. Æ.	
Suidas.	1774.	5600.	13.
Iſaac Voſſius.	1784.	5590.	14.
Ioſephus Hebræus ex Riccciolio.	1819.	5555.	15.
Græci ex Beueregio.	1855.	5519.	16.
Theophilus Antiochenus ex Ricciolio.	1859.	5515.	17.
Dionyſius Abbas.	1865.	5509.	18.
Gondinus, Æra Conſtantinopolitana cum Moſcouitis, Bulgaris, Ruthenis, & Abiſſinis ex Ricciolio, & Beueregio: nec non Æra Græca Hiſtorica.	1866.	5508.	19.
Nicetas, Perſæ, ac Cedrenus.	1868.	5506.	20.
Gregoras.	1869.	5505.	21.
Theophilus Antiochenus ex Bochio.	1871.	5503.	22.
Theophanes, & Gregorius Monacus cum Nicephoro.	1874.	5500.	23.
Q. Iulius, & Hilarion.	1877.	5497.	24.
Græci ex Beueregio.	1880.	5494.	25.
Æra Græcorum Eccleſiaſtica ex Beueregio.	1881.	5493.	26.
Alexandrina Eccleſia, Pandorus ex Ricciol. & Lactantius cum Æra Antiochena ex Bochio.	1882.	5492.	27.
Seuerus Sulpicius.	1883.	5491.	28.
Quintus Iulius.	1886.	5488.	29.
S. Epiphanius.	1895.	5479.	30.
S. Auguſtinus.	2021.	5353.	31.
Chaldæi, & Auguſtinus ex Ricciolio.	2023.	5351.	32.
Petrus Aliacenſis, & quidam Thalmudiſtæ.	2030.	5344.	33.
S. Iſidorus, & Lucas Tudenſis.	2038.	5336.	34.
Albumazar Arabs.	2046.	5328.	35.
S. Iulius, & Pomerius.	2049.	5325.	36.
Lauretus.	2073.	5301.	37.
Robanus Maurus.	2078.	5296.	38.
Gregorius Turonenſis.	2136.	5238.	39.

Digitized by Google

NOMINA AUCTORUM.	Anni P. S. A.	a. Æ.	
S. Iſidorus.	2154.	5220.	40.
Nauclerus, & Paulus Sépronienſis ex Bochio.	2173.	5201.	41.
Martyrologium Romanum, Euſebius, Vincentius Lirinenſis, Sanſouinus, S. Iulianus, Gaurius ex Ricciolio.	2174.	5260.	42.
Enças Siluius.	2175.	5199.	43.
Philippus Bergomēſis, & Alphonſus Pandulph.	2176.	5198.	44.
Philo Iudæus, Sigebertus, & Petrus Maior.	5178.	5196.	45.
Arabes aliqui apud Genebrardum.	2179.	5195.	46.
Euſebius.	2181.	5193.	47.
Alij Arabes ex Bochio.	2189.	5185.	48.
Joannes Villani.	2215.	5159.	49.
Gregorius Turonenſis.	2224.	5150.	50.
Freculphus.	2246.	5128.	51.
Gauletus.	2285.	5089.	52.
Oroſius, & ex Ricciolio, Epiphanius.	2325.	5049.	53.
S. Epiphanius ex Ricciolio.	2345.	5029.	54.
Epiphanius Iunior.	2373.	5001.	55.
Metrodorus ex Ricciolio.	2374.	5000.	56.
Joſephus Hebræus.	2440.	4934.	57.
Addo Viennenſis ex Ricciolio.	2542.	4832.	58.
Origenes.	2544.	4830.	59.
Monſterienſes.	2614.	4760.	60.
Aſtronomi.	2616.	4758.	61.
Aurelius Caſſiodorus ex Ricciolio.	2677.	4697.	62.
Odiaton ex Ricciolio.	3054.	4320.	63.
Onuphrius Panuinus.	3064.	4310.	64.
Ioſephus Hebræus alibi.	3107.	4267.	65.
R. Salomon.	3124.	4250.	66.
Aliqui Hebræi.	3144.	4230.	67.
Dionyſius Exiguus.	3171.	4203.	68.
La Peire.	3174.	4200.	69.
Marianus Scotus ex Ricciolio.	3181.	4193.	70.

Ric-

NOMINA AUCTORUM.	Anni P. S. A.	a. Æ.	
Ricciolius.	3190.	4184.	71.
Scotus.	3191.	4183.	72.
Athlas Temporum.	3193.	4181.	73.
Laurentius Codomanus.	3234.	4140.	74.
Maluendà cum aliquibus Hebræis.	3240.	4134.	75.
Vincentius Gallus.	3246.	4128.	76.
Ioſeph Matthiæ Filius.	3271.	4103.	77.
Ribera.	3277.	4097.	78.
Genebrardus, & Bartholomæus à Fano.	3285.	4089.	79.
Arnaldus Pontanus.	3286.	4088.	80.
Baradius.	3289.	4085.	81.
R. Moſes, & Ioſeph Blanchanus ex Ricciolio.	3316.	4058.	82.
P. Labè.	3320.	4054.	83.
Le Rous, & Nicolaus Mullerus ex Ricciolio.	3321.	4053.	84.
Capinus, & Heruartus cũ Saliano, & Torniello.	3322.	4052.	85.
Spondanus.	3323.	4051.	86.
Torniellus.	3324.	4050.	87.
Dexerius.	3325.	4049.	88.
Henricus Philippi, & Langius.	3334.	4040.	89.
Pererius.	3352.	4022.	90.
Gualterius.	3353.	4021.	91.
Temporarius, & Nauclerus.	3354.	4020.	92.
Ioannes Cluuerius.	3365.	4009.	93.
Vallemontius, Simptonius, & Vſſerius Angli.	3371.	4003.	94.
Vſſutius.	3372.	4002.	95.
Gordonus.	3373.	4001.	96.
Tirinus, & Capellus ex Ricciolio, La Grange, Paleſau, Bochius, & alij multi, quos nos quoque ſequimur.	3374.	4000.	97.
Capellus.	3375.	3999.	98.
Funtius.	3381.	3993.	99.
Suarez, & Bolducius.	3384.	3990.	100.
Bonuillus ex Ricciolio.	3385.	3989.	101.

Joa-

NOMINA AUCTORUM.	Anni P.S.A. a.Æ.		
Ioachim.	3389.	3985.	102.
Petauius ex Ricciolio, Tarcagnotta, & Bellarminus.	3390.	3984.	103.
Aſorius, Rainaudus.	3391.	3983.	104.
Petrus Galatinus, & Petauius per alios.	3392.	3982.	105.
Vechiettus ex Bochio.	3393.	3981.	106.
Bibliander.	3395.	3979.	107.
Banchelerius.	3397.	3977.	108.
Theophilus.	3400.	3974.	109.
Mangeus.	3402.	3972.	110.
Buculcerus.	3403.	3971.	111.
Negrinus, Panthaleon, Butholzerus cum Cornelio Ianſenio.	3404.	3970.	112.
Gualterus Bullongellus, Ekſtormius ex Ricciolio.	3405.	3969.	113.
Felix Ciattus, Bruſinenſis.	3406.	3968.	114.
Stamphurdius, Bardi, Bontingus, Michael Noſtradam.	3407.	3967.	115.
Petrus Opmeer, Samerius, Gerardus, Mercator ex Ricciolio.	3408.	3966.	116.
Beluacenſis.	3409.	3965.	117.
Marcantius, Longomontanus ex Ricciolio.	3410.	3964.	118.
Centuriati, Melancton, Toſtatus, Fontius ex Ricciolio.	3411.	3963.	119.
Scombertus, Chyeræus, Reinoldus, & alij ex Ricciolio.	3412.	3962.	120.
Corlandius.	3413.	3961.	121.
Auicenna, Luterus, Doglionus, Poſſeuinus, Io: Lucidus.	3414.	3960.	122.
Adricomius, Picus Mirandulanus, Salmeronus.	3415.	3959.	123.
Piclamirandus.	3416.	3958.	124.
Philo Hebræus ex Ricciolio.	3417.	3957.	125.

Her-

NOMINA AUCTORUM.	Anni P. S. A.	a. Æ.	
Heruartus.	3419.	3955.	126.
Hermannus Contractus, S. Hieronymus, S. Antonius, Beda.	3422.	3952.	127.
Cornelius à Lapide.	3423.	3951.	128.
Ioſeph Scaliger, Vbbo, Vechiettus.	3424.	3950.	129.
Origanus, Argolus, Bullialdus, Varro.	3425.	3949.	130.
Auctor Chronologiæ in Tito Liuio.	3426.	3948.	131.
Caluiſius.	3427.	3947.	132.
Verdierus, Io Caryon ex Ricciolio.	3430.	3944.	133.
S. Hieronymus ex Ricciolio.	3433.	3941.	134.
Io: Keplerus ex Rodulphinis.	3441.	3933.	135.
Beroaldus ex Bochio.	3445.	3929.	136.
Pareus, Martinus, Beroaldus ex Ricciolio.	3446.	3928.	137.
Jacobus Gordonus ex Ricciolio.	3494.	3800.	138.
Benedictus Arias Montanus ex Ricciolio.	3525.	3849.	139.
S. Iulianus ex Ricciolio.	3540.	3834.	140.
Thalmudiſtæ.	3541.	3833.	141.
Aliqui Rabbini ex Ricciolio.	3613.	3761.	142.
Alij recentiores, & Hillel ex Beueregio.	3614.	3760.	143.
Iudæi in Seder Olam.	3616.	3758.	144.
Abraham, & Rabbi Gerſon.	3620.	3754.	145.
R. Lechi.	3621.	3753.	146.
R. Naaſon apud Genebrardum.	3634.	3740.	147.
Alij Rabbini.	3667.	3707.	148.
R. Leui.	3664.	3710.	149.
Alij Rabbini ex Bochio.	3888.	3486.	150.

In his Periodis Solis Aurea, & Lud. M. anno 2661. incipit annus 1. P. I., cum iàm prǽterierint Cycli Lunares 140., & Solares 95. in his duobus Periodis. Inter has omnes opiniones ego ſequor opinionẽ Tirini, & aliorũ, qui volunt Mundũ conditũ anno Per. Sol. aureę, & Lud. M. 3374. Ante Ærã com. 4000. P. I. 714., non reprobans tamèn aliorum opiniones, quæ probabiles ſunt, vt diximus Lectione præcedenti.

DE

DE HEBRÆORVM ÆRIS.

LECTIO XXII.

HEbræi varijs Æris vſi ſunt, aliquandò enim ab orbe condito, aliquando à diluuio incæpto, vel terminato, à diuiſione linguarum, ab ingreſſu, vel ab egreſſu de Ægypto, à fundato Templo, vel ab eius reſtauratione poſt captiuitatem Babylonicam, à liberatione per Cyclum, & poſt Alexandri Monarchiam Æra contractuum, de qua agemus infrà. Nunc autèm ab annis 1000. vtuntur Æra Mundi, vel potiùs à Neomenia Tohu, quæ anno ſolido Mundi creationem anticipat. Primus igitur annus huius Æræ cæpit anno P. J. 953. die 7. Octobris Cyclo Solis 1., Lunæ 3., Indict. 8., & anno P. J. 4714., qui erat Ch. Æræ annus primus die 25. Septembris incæpit annus 3762. huius Æræ. Igitur, propoſito anno huius Æræ, adde 952., & habebis annos P. I., vel abijce 3761., & habebis annum Æræ com., quo currente annus propoſitus incæpit die 7. Octobris. Si autèm annos Æræ comm. conuertere velis in annos huius Æræ, illis adde 3761., & habebis annum incipientem die 7. Octobris. Do exemplum: Volo ſcire anno Æræ comm. 1712. quinam ſit huius Æræ; addo 3761., & dant 5473., dico ergo anno 1712. incipiet annus huius Æræ 5473. Vide plura in Beueregio, & infrà l. 45. vbi de Kalendario Iudaico. Præter has Æras vtebantur Iudæi etiam annis Sabbathicis, & Iubilæis. Pro quo ſciendum eſt Deum illis præcepiſſe *Exodi* 23. 10. *&* *Leuit.* 25. 2. vt cum ingreſſi fuiſſent terram promiſſionis per annos ſex terram colerent, anno verò ſeptimo requieſcerent; anni autem iſti incipiebant non à Niſan, ſed à Tiſhri, ideſt in autumno, vt meſſes omnes eo anno natas colligere poſſent. Alij autem volunt cæpiſſe numerari hos annos ſtatim ab ingreſſu in terram promiſſionis, alij verò ab eo anno, quo Joſue, hoſtibus jam victis, ipſam terram diuiſit per Tribus, & vtraque opinio eſt probabilis, de quo vide Ricciol., & Expoſitores. Verùm, cum ex

Sacro

Sacro Textu habeamus 1. *Machab. c.* 6. 49. fuiſſe Sabbathi cum annum Græcorum 150., qui incidit in annum P. I. 4551. annis 163. ante Æram communem, hinc ſequitur difficilitèr nos poſſe concordare annos Sabbathicos cum anno 7. vel 14. Ioſuè, quarè probabilior eſt opinio illorum, qui aſſerunt Hebręos hoc præceptum non ſeruaſſe, & ideò Deum illis permiſiſſe captiuitatem 70. annorum, vt minatus illis fuerat *in Leuit. cap.* 26. 34., *&* 2. *Paralip. cap.* 36. 21. hoſque annos illos reaſumpſiſſe multo tempore poſt. Regula igitur facilis ad indagandos annos Sabbathicos eſt iſta.

Cognito Cyclo Solari eo anno decurrente, erunt Sabbathici à Ianuario in Septembrem 1. 8. 15. 22. eiuſdem Cycli. Do exemplum: volo ſcire an annus P. I. 6425. ſit Sabbathicus, & video Cyclum Solarem eſſe 13. Dico ergo; annus Sabbathicus incipiet an. P. I. 6426. in Septembri vſque ad Septembrem an. P. I. 6427. Alia Dei lex *in Leuit. c.* 25. pręcipiebat, vt poſt ſeptem hebdomadas annorum, annos videlicèt 49. quinquageſimus eſſet Iubilęi; Sed diſputant Expoſitores, quinam debeat dici quinquageſimus. Alij enim volunt annum 49. eſſe ſemper, & Sabbathicum, & Iubilæi, ità vt inciperet enumerari ab anno primo Sabbathico incluſiuè. Alij volunt poſt Sabbathicũ enumerandos eſſe annos 49., & quinquageſimum eſſe Iubilæũ. Alij, & probabiliùs, quòd annus Iubilæi ſequeretur ſemper poſt annum 49. Sabbathicũ, ità vt inter primum annum Iubilæi, & ſecundum intercederent anni 48. excluſis terminis. Vide de his Cornel., Ricciol., & alios. Solùm aduerto in tota D. Scriptura non fieri mentionem Iubilæi niſi *Leuit. c.* 25., *&* 27. *Num. c.* 36., *& Ioſue c.* 6.

DE ÆRIS GRÆCORVM.

LECTIO XXIIJ.

GRæci ante Olympiades vtebantur Æra à Troia condita, vel excisa; ſed diſputatur apud Chronologos, quo anno fuerit condita, & quo exciſa. Ego breuitèr dico fuiſſe conditam

Digitized by Google

anno P. I. 3252., vel 33. annis 1482., vel 81. ante Æram comm., & fuiſſe exciſam anno P. J. 3505. vel 3530. de quo vide Marshamum, & Ricciolium cum alijs. Annus ergo primus à Troia exciſa incidit in annum P. I. 3531., quarè, dato anno huius Æræ: illi addo annos 3530., & dat annum P. I. ſignatum per annos illius Æræ. Do exemplum. Diodorus ait annum 1. Olymp. 94. deſinentem eſſe 780. poſt Troiæ excidium, annis ergo 780. addo 3530., & dant 4310. P. I., quo anno in æſtate terminauit annus 1. Olymp. 94. & hæc regula sēper eſt ſeruanda in conuertendis Æris, vel Periodis de vna in aliam, vt videlicèt addantur anni illi Æræ, vel Periodi, qui fluxerunt ante ipſam Æram, vel Periodum, & hoc pacto habetur annus iniens, ſi autem ponatur annus, quo iniuit Æra, habebitur annus exiens, ſiue terminans. V. g. annus primus Æræ Troiæ fuit, vt diximus ſupra, P. J. 3531. addo 780. dat 4311. P. I., hoc igitur anno terminauit annus 780. Æræ Troiæ.

Hic breuitèr aduerto Blanchinum in ſua hiſtoria vniuerſali valdè dubitare an verum fuerit excidium huius Vrbis, licèt adeò à Poetis decantatum, nec eſt mirandum, tùm quia contigit eò tempore, quòd à Varrone dictum eſt fabuloſum, tùm etiàm quia Græci nullum inſtituerunt diem feſtiuum in illius memoriam.

Apud eoſdem Græcos conualuit etiàm Æra Argiua ab Vrbe Argo, cuius annus primus incidit in annum P. I. 2872. quo anno regnare cæpit, & leges dedit Phoroneus Rex Argolicus.

Æra etiàm Attica à Cecrope initium habuit anno P. I. 3132., qui fuit Æræ Argiuæ 261. De his vide Marshamum.

Sed Æra omnium celeberrima fuit illa Olympiadum à Ludis Olympicis, qui peragebantur in Peloponeſo propè Piſas, & Alphæum fluuium in Campis Olympicis ſingulis quaternis annis in plenilunio, quod proximè ſequebatur poſt Solſtitiū æſtiuum, ideòque ſingulæ Olympiades conſtant annis 4. Horum ludorum primus Inſtitutor fuit Hercules anno P. I. 3496., Inſtaurator Iphitus Rex anno P. I. 3910., verùm neque ex tunc cæperunt eſſe temporum menſura, ſed Olympiade octaua, annis 28. poſt primam, anno videlicèt P. I. 3938. Cum Corebus

rebus victor fuit, & ideò hæc Olympias octaua, dicitur prima vulgaris, & ab ea incipiunt enumerari anni Græcorum; diſputatur tamèn an hæc contigerit anno P. I. *3937.*, vel *3938.*, vel *3939.*, nobis verò non eſt diſcedendum à communi ſententia, quæ illam ſtatuit anno P. I. *3938.*

Ad ludorum Olympiorum exemplum Domitianus anno Æræ communis *86.* P. I. *4799.* Romæ in Capitolio alios ludos inſtituit ſingulis quaternis annis peragendos, qui ideò dicuntur Agonales, ſiuè Capitolini.

Ad cognoſcendum an annus ſit Biſſextilis, Olympiadicus, vel Agonalis hac vtere regula: in Æra communi ablatis millenarijs, centenarijs, & vicenis, reliquos diuide per 4.; ſi nihil remanet eſt biſſextilis, fracta verò dant diſtantiam à biſſextili. Cognito biſſextili, ſubſequens eſt Olympiadicus in Solſtitio æſtiuo, alter verò Agonalis. Idem ſerua in annis P. J., ablata priùs à tota ſumma vnitate.

Cum ſignantur anni Olympiadici dicitur v. g. Olympiadis *614.* anno primo, vel ſecundo, vel tertio, vel quarto, & idem dicitur de annis Agonalibus.

Regula ad conuertendos annos Olympiadum in annos P. I. hæc eſt; Olympiades integras multiplica per 4., reſultato adde annos Olympiadis fractæ, ac præterea annos *3938.*, & habebis annum P. I., in quem in æſtate deſinit Olympias ſignata, vel ſi addas annos *3937.* habebis annum, in quem incipit. Do exemplum: Phlegon ait; Quarto anno Olympiadis 202. magna, & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderunt Solis defectio facta eſt. Numerum 201. multiplico per 4., & dat 804., cui addo annos 4. Olympiadis fractæ, & prætereà *3938.*, ex quo reſultat annus P. I. *4746.* ſignatus per Olympiadis 202. annum quartum terminandum in æſtate eiuſdem anni. Et hęc eſt illa Eclypſis, quę contigiſſe fertur in morte Saluatoris anno Æræ comm., *33.* de qua vide Ricciolium, & Beueregiũ cum alijs. Si autem annos P. I. conuertere velis in Olympiades, ab anno dato ſubtrahe *3937.* reliquum diuide per 4., ſi remanent fracta adde quotienti vnitatem, & habebis Olympiadem eo anno decurrentem. V. g. Volo ſcire anno P. J. *6425.*

quænam Olympias decurrat: à dato numero ſubtraho 3937., & remanent 2488., quæ diuiſa per 4. dant pro quotiente 622.

Dico ergo; eo anno in æſtate incipere annum quartum Olympiadis 622. Sed demus eſſe annum P. J. 6427., tunc remanerent duo fracta, & dicendum eſſet Olympiadis 623. anno ſecundo; eadem regula eſt ſeruanda in annis Agonalibus, ſubtrahendo à dato numero annos 4798., cùm, vt diximus, inſtituti fuerint an. P. I. 4799.

Græci Moderni tribus vtuntur Æris, quas Conſtantinopolitanas dicunt, de quibus breuiter aliquid hic afferam.

Prima dicitur Hiſtorica, & illius initium ſtatuunt in annum Periodi Solis aureæ, ſiuè Ludouici Magni 1874. die 29. Auguſti, in quam diem incidit Neomenia Thoth in annis Ægyptiacis reformatis, & anno primo Æræ noſtræ in Ianuario decurrebat annus 5500. huius Æræ, cuius annos ſi conuertere velis in annos Periodi Solis aureæ adde annos 1873., habebis enim annum inchoatum in Auguſto anni Juliani; vel adde 1874., & habebis annum terminatum in Auguſto; ſi autèm ab anno dato huius Periodi ſubtrahas 7373. habebis annum decurrentem Æræ noſtræ. Do exemplum: Beueregius aſſerit ſe librum ſuum terminaſſe anno huius Æræ 7167. ſexto Idus Octobris; huic ſummæ addo 1873., & dant 9040., qui eſt annus Periodi Solis aureæ, à qua ſumma ſubtraho 7373., & remanent 1667. hic ergo erat annus Æræ noſtræ ſignatus per hanc Æram Græcam.

Secunda dicitur Eccleſiaſtica, ea enim vtebantur ad ſignanda feſta Paſchalia, nam ſi illius annos diuidas per 19. denominator fractorum dabit Cyclum Lunarem eo anno decurrentem à Ianuario in Auguſtum.

Huius Æræ initium ſtatuunt die 29. Auguſti anno Periodi Solis aureæ 1881., ideò ſi annos huius Æræ conuertere velis in annos Periodi Solis aureæ, adde 1880., & habebis annum huius Periodi, in quàm die 29. Auguſti inchoat annus ſignatus, vel adde 1881., & habebis annum, in quem terminat. Do exemplum: Elmacinus in hiſtoria Saracenorum ait Abu Abdalla Alamiuum obijſſe anno huius Æræ 6306. huic ſummæ

mæ addo 1880., & dant 8186. Periodi Solis aureæ, ab hac ſumma ſubtraho 7373., & remanent 813., hoc igitur anno Æræ comm. in Auguſto inchoauit annus Æræ Græcorum ſignatus, & Alaminus mortuus eſt die 28. huius anni videlicet die 25. Septembris.

Tertia dicitur Æra Politica, ſiuè Ciuilis, ſicut enìm præcedens indicabat Cyclum Lunarem pro Paſchatis celebratione, ità etiàm iſta ſignat Cyclum Indictionis, quo poſt Theodoſium, Principum decreta, & diplomata ſignabantur, ſi enim illius annos diuidas per 15., denominator fractorum dabit Cyclum Indictionis Imperialis eo anno decurrentis à Septembri in Septembrem.

Huius Æræ initium ſtatuunt anno Periodi Solis aureæ 1866. non vt aliæ duæ Æræ die 29. Auguſti, ſed Kalendis Septembris. Si autem ſcire velis quinam ſit annus huius Æræ ſignatus, adde 1865., & habebis annum Periodi Solis aureę, in quem Kalendis Septembris iniuit annus datus huius Ærę, ſi autem à data ſumma ſubtrahas 7373. habebis annum Ærę comm., in quem inchoauit idem annus huius Æræ. Do exemplum; In tomo vnionis Coſtantini, & Romani temporibus facto ſic habetur. Decernimus ſententia, iudicioque communi ne ab anno hoc pręſenti, qui eſt annus Mundi 6428. ind. 8. quartas nuptias quiſquam contrahat. Si autem vis noſſe quinam eſſet annus Ærę noſtrę, datę ſummę addæ 1865., & dant 8293. annus Periodi Solis aureę, quo Kalendis Septembris inchoauit annus ſignatus 6428. Si autem à data ſumma P. Solis aureæ ſubtrahas 7373. remanent 920. annus noſtrę Ærę ſignatus per annum 6428. Ærę Græcæ, qui iniuit Kal. Septembris. Rursùs ſi annos huius Ærę diuidas per 15. remanent fracta 8., quę eſt indictio decurrens etiam anno Æræ comm. 920. ſed à Ianuario in Ianuarium.

Quarè aduertendum eſt in hac Æra indictiones ſignari non Kalendis Septembris pręcedentis indictionem Romanam, ſed ſubſequentis. Quod patet tùm ex allato exemplo, tùm etiam ex Nouella Manuelis Comeni, quę ſignat anno Mundi ſiuè huius Ærę 6661. indictionem primam. Annus hic inchoauit anno Ærę

noſtræ

noſtrę 1553. Kal. Septembris, indictio autem Romana inchoauit in Ianuario pręcedente. Rurſus idem Imp. Nouellam de voluntarijs homicidis ſignat anno 6674. ind. 14. menſe Aprilis. Annus hic inchoauit anno Æræ com. 1166., & in Aprili currebat annus 1167., & indictio Romana 15., Conſtantinopolitana verò 14. vſque ad Kal. Septembris.

Aduertendum ſecundò tres has Æras ponere Chriſti Natiuitatem anno P. J. 4714. , vel P. Solis aureę 7374. Prima enim vult ante illius Natiuitatem pręteriſſe annos 5500. Secunda 5493. Tertia 5508. Si autem primę ſummę addas 1874. Secundę 1881., Tertię 1866. videbis ſingulas dare annum 7374., quo currente die 29. Auguſti, vel Kal. Septembris terminarunt anni ſignati harum Ærarum, Chriſtus ergo per hos natus eſt in Decembri ſubſequente, quę opinio eſt etiam Jo: Georgij Heruarti, & aliorum.

Hac Æra vtuntur Moſcouitæ moderni, & alij Greci, quarè benè eſt percipienda, ſi autem effugere velis circulum Periodi Ludouici Magni ſiuè Solis aureę, hanc regulam ſerua. Datis annis huius Ærę, ſubtrahe 5508., & habebis annum Ærę com., in quam Kal. Septembris incipit, vel ſubtrahe 5507., & habebis annum, in quem terminat.

DE ÆRIS ROMANIS.

LECTIO XXIV.

Romani non tantùm vtebantur Æra Olympiadum, verùm etiam Æra ab vrbe Roma condita, cuius fundamenta aliqui volunt fuiſſe iacta die 21. Aprilis cum à Paſtoribus celebraretur feſtum Palilium in honorem Palladis; alij verò circa Solſtitium ęſtiuum, quę tamèn ſunt valdè incerta; ideò ait Beueregius Auctores annos vrbis conditę incipere enumerare à Kalendis Januarij, vt conformentur cum anno Iuliano. Quò verò ad annum P. J. quo iacta ſunt vrbis fundamenta, reiecta opinione Fabij Victoris, qui illa ſtatuit in annum P. I. 3966., & Dionyſij qui in annum 3963., probabiliores ſunt

opi-

Digitized by Google

opiniones Varronis, qui annum primum huius Æræ ponit anno 3961., & Catonis ſiuè faſtorum Capitolinorum, qui in annum 3962., ità vt ſit differentia vnius anni, & ſi fundamenta vrbis iacta ſunt in vere, vel in æſtate anni P. I. 3961. dici poteſt Varronem inchoare Æram ab illo anno, in quem incidit fundatio, Catonem verò à Kalendis Januarij ſubſequentis. Sed, quidquid ſit de hoc, communis opinio ſequitur ſententiam Varronis, & ideò, dato anno V. C., illis adde annos 3960., & habebis annum P. I. ei correſpondentem, vel dato anno P. I. ſubtrahe annos 3660., & habebis annos vrbis iuxtà Varronem, vel adde 3961., & habebis annos iuxtà Catonem. Do exemplum: ab anno P. I. 6425. ſubtraho 3960., & remanet annus vrbis conditæ iuxtà Varronem 2465., & iuxtà Catonem 2464.

Ad exemplum Græcorum, qui Æram inſtituerunt à Troiæ excidio, & Romanorum, qui ab V. C., etiam Antiocheni ſuam Æram ſtatuerunt ab vrbis ſuæ recuperata libertate, quod contigit anno P. I. 4665. in autumno, quarè ad conuertendos annos huius Æræ in annos P. I. hoc ſerua. Annis Æræ adde 4664., & habebis annum P. I., vel ab annis P. I. ſubtrahe annos 4664., & habebis annum huius Æræ incipientem in autumno. Do exemplum: Volo ſcire anno P. I. 6425. quinam annus ſit huius Æræ, igitur ſubtraho 4664., & remanet annus 1761., qui incipiet in autumno, vel ſubtraho 4665., & remanet annus huius Æræ 1760. terminandus in autumno.

Aduertendum eſt autem aliquandò Auctores errare in notandis Æris, nam, exempli gratia, Titius Liuius, qui in ſua hiſtoria ſignat annos ab vrbe Roma condita, errat in decade prima per annum vnum, in ſecunda per annos 3., & in decade tertia per annos 4., quod patet ex conſulibus ab eo ſignatis, de quo vide infrà Lectione 54.

Præter Æram ab Urbe condita vtebantur Romani Æra Julij Cæſaris, cuius initium fuit anno P. I. 4669. cum Kalendarium reformauit, de quo egimus ſuprà.

Aduertendum eſt tamen aliud eſſe loqui de Æra Iulij Cæſaris, ſiue

ſiue Juliana, aliud de Periodo Iuliana, aliud de anno Iuliano, qui videlicèt conſtat diebus 365., & horis 6.

Poſt Iulium Cæſarem, Octauius, ſiue Octauianus Auguſtus plures Æras inſtituit, quarum prima initium habuit anno P. I. 4671. à primo videlicet eius conſulatù, qui contigit die 29. Auguſti, vel à Triumuiratù die 27. Nouembris eiuſdem anni.

Secunda Æra Auguſti dicitur Hiſpanica, eò quòd iuſſerit Hiſpanos tributum ſoluere, & cæpit anno P. I. 4678., eaque vſi ſunt vſque ad annum Æræ comm. 1383., ideoque tùm ab Hiſtoricis, tùm à Concilijs Hiſpanis de ea ſæpè fit mentio; ideò aduertò, quòd facilè conuertitur in Æram comm. ſi ab illa auferas annos 36.

Tertia Æra Auguſti dicitur à Victoria Actiaca, cùm videlicet, iam exuto poteſtate Lepido, & victo ad Actium Promontorium Antonio, Auguſtus ſolus regnare cæpit, contigit autem anno P. I. 4683. die 2. Septembris, ſed Æra non inchoauit niſi die 29. Auguſti anno P. I. 4684. mortuis iam Antonio, & Cleopatra, captaque Alexandria, & hac Æra vtuntur Ægyptij, quæ tamen per ipſos incipit anno P. I. 4685. in fine Sextilis, ſiue Auguſti menſis, ab ea auſpicantes annos ſuos Ægyptios reformatos dierum 365. cùm quarto quoq; biſſextili, de quibus agemus infrà.

Eſſet alia Æra Auguſti, qua vtebantur Romani, incipiens anno P. I. 4687. cùm videlicèt Kalendis, vel potiùs idibus Ianuarij, ex Senatus conſulto, appellatus eſt Imperator, ideò, cùm quis loquitur de Æra Auguſti, videndum eſt, de qua Æra loquatur.

DE ÆRIS, ET ANNIS ÆGYPTIACIS.

LECTIO XXV.

Acturi de Æris Ægyptiacis præmittendum cenſeo Marshamum quandam Æram Ægyptiacam ſtatuiſſe in annum P. I. 2371. anno videlicet primo poſt Diluuium, verùm hæc vtitur annis Romanis non Ægyptiacis. Sciendum eſt igitur

Ægyp-

Digitized by Google

Ægyptios ante Romanos à Solis curſu annos dinumerare conſueuiſſe, erantq; aliquando bimeſtres, aliquando trimeſtres, aliquando quadrimeſtres, aliquando ſemeſtres, & denique menſium 12. ſinguli dierum 30., quot videlicet ſunt ſigna, & gradus in æquatore, quibus tandem completis menſibus, addiderunt dies 5. quos Epagomenas, ſiue Appendices vocabant, ita vt annus eſſet dierum 365. neglectis horis illis, quæ in Kalendario Romano conſtituunt diem vnam, quę additur in biſextili, ex quo ſequitur ſpatio annorum 1460. Iulianorum haberi annos 1461. Ægyptios, ſi enim 1460. diuidas per 4. quotiens dat 365., quot ſunt dies in anno Iuliano, & cum ſingulis quadriennijs tranſactis Neom. Thoth, qui eſt primus menſis retrocedat per vnum diem, poſt annos 1460. redit ad eandem diem v. g. primam Ianuarij.

Hæc Periodus annorum 1460. dicitur Sothica, vel Canicularis; Sothis enim Caniculam, ſiuè Syrium ſignificat, quia ab obſeruatione huius Sideris annos metiebantur, vt docet Cenſorinus teſte Marshamo fol. 310.

Hac annorum forma non ſolùm vſi ſunt Ægyptij, ſed etiam Aſſyrij, Chaldæi, Medi, Perſę, nec non plurimi Mathematicorum, quare his annis nihil in tota Chronologia celebrius, nihil cognitu magis neceſſarium, vtpotè qui exactiſſimus eſt temporum character, fallere neſcius, ideò Lectione ſequenti dabimus regulas ad illos conuertendos in annos Iulianos, & è contrà, ſicut etiam ad cognoſcendum in quam diem anni Romani incidat Neom. Thoth.

Anni iſti Ægyptiaci dicuntur etiam anni Nabonaſſari ab Æra huius Regis; pro quo ſciendum eſt omnes fere Reges propriam Æram efformare conſueuiſſe, vt nunc faciunt Pontifices, Imperatores, & Reges, ſed nulla illarum diù inualuit niſi illa Nabonaſſari, quem alij volunt fuiſſe Salmanaſarrem Regem Aſſyriorum, alij Berodach, vel Merodach filium Baladam Regem Babylonis, qui excuſſit iugum Aſſyriorum, *de quo 4. Regum cap. 20. 12., & Iſaias cap. 39. 1.*, ſed probabiliùs dicendum eſt neutrum eſſe, ſed alium omninò ab his diuerſum, eorumque anteceſſorem in Regno Babylonico. Hic

ergo regnare cæpit Babylone anno P. I. 3967. die 26. Februarij annis 747. ante Æram communem, quod ab omnibus Chronologis vnanimiter conceditur. Ab ea ergo die, & anno incipit Æra Nabonaſſari.

Dicuntur etiam anni illi Ægyptiani vagi, & non reformati ad differentiam fixorum, & reformatorum. Pro quo ſciendum eſt poſt Actiacam victoriam, cum Auguſtus Ægyptum in Prouinciam Romanam redegiſſet anno P. I. 4684., iuſſiſſe vt Ægyptij diem adderent intercalarem appendicibus anni præcedentis biſſextilem Romanum, ſeruato in reliquis ordine, & nomine menſium, & annorum. Uerùm hoc decretum non fuit executioni mandatum niſi anno P. I. 4685. Nabonaſſari 720. & non 724. vt vult Beueregius, quo anno Neom. Thoth incidere debebat in diem 29. Auguſti, quæ erat dies 242. à Kal. Ianuarij, eò quòd Februarius adhuc haberet dies 29. in anno communi, & 30. in biſſextili, licèt inciderit in diem 28. ob errorem Pontificum in intercalando, de quo egimus ſupra Lect. 8., quo non obſtante Ægyptij annos ſuos inchoant à die 29. Auguſti.

Sed aduertendum eſt tripliciter inchoari Æram ab Actiaca victoria, primò ab eo anno, quo contigit, qui fuit P. I. 4683., ſecundò ab anno P. I. 4684. cùm, defuncto Antonio, & Cleopatra, Octauianus completam victoriam reportauit, tertiò ab anno 4685. cùm primùm Ægyptij annos ſuos reformare cæperunt, ideo hęc tertia Æra dicitur Actiaca, Ægyptiaca reformata, Alexandrina, Thebana, anni Auguſtorum, Eliaci, Coptitarum, & Æthiopum, ſic enim ab Auctoribus diuerſimodè denominantur; ſi autem annos huius Æræ conuertere velis in annos P. I., illis adde 4684., & habebis annum, intra quem in Auguſto incipit annus Æræ ſignatus, vel ſi ab annis P. I. ſubtrahas annos 4684. habebis annum huius Æræ inchoantem in Auguſto.

Ptolemæus qui floruit circa annum Æræ comm. 130. alio pacto annos Ægyptiacos reformauit, addendo videlicèt poſt annos 120. menſem vnum dierum 30., hic enim numerus eſt quotiens annorum 120. ſi per 4. diuidantur, & hoc pacto annus redi-

Digitized by Google

redibat ad eamdem ſedem dierum Iulianorum, ideo hęc annorum forma dicta eſt Ptolemaica.

Menſium Ægyptiorũ nomina habes in pręſenti Laterculo, in quo, præter nomina ſuo ordine digeſta, eſt in prima columna numerus dierũ expanſus, & in ſecunda numerus dierum collectus, vt ſcias quot diebus diſtet vnuſquiſque à Neom. Thoth. Aduertẽdo quòd numerus dierum collectorum competit diei vltimę cuiuſlibet menſis v. g. 300. diei vltimo menſis Pauni, & ſic de alijs.

1.	Thoth	30.	30.
2.	Paophi	30.	60.
3.	Athyr	30.	90.
4.	Choiac	30.	120.
5.	Tybi	30.	150.
6.	Mecheir	30.	180.
7.	Phamenoth	30.	210.
8.	Pharmuthi	30.	240.
9.	Pachon	30.	270.
10.	Pauni	30.	300.
11.	Epiphi	30.	330.
12.	Meſori	30.	360.
	Appendices	5.	365.

DE CONVERSIONE ANNORUM, ET ÆRÆ ÆGYPTIACÆ IN ANNOS P. I.

LECTIO XXVI.

AD conuertendos annos Æræ Nabonaſſari in annos P. J. nota has ſummas: 1., 227., 1688., 3149., nam in prima ſumma incæpit hæc æra, in reliquis tranſiuit de Januario in 31. Decembris anni eiuſdem Iuliani, ſi ergo annus Nabonaſſari ſit in primo interuallo, illi adde annos 3966.; ſi in ſecundo, adde 3965.; ſi in tertio, adde 3964.; ſi excedat vltimam ſummam, adde eidem ſummæ annos 1461., & deindè adde annos 3963., ratio autem quare minuatur vnitas eſt iſta, quia annus Ægyptiacus, cùm peruenit ad illas ſummas, eſt minor vnitate annis Julianis. Explico exemplo: Ait Ptolemæus anno Nabopolloſari 5., qui eſt 127. à Nabonaſſaro, ſecundùm Ægyptios

tios Athyr 27. ſequente 28. Lunam defeciſſe; huic annorum ſummæ, cum ſit minor 227., addo *3966.*, & dant 4093., hic eſt annus P. I., quo contigit hæc Eclypſis, de qua nos in Chronico. Si è contrà velis conuertere annos P. I. in Nabonaſſaræos nota has ſummas: *3967.*, 4193., 5653., 7113., inter quas eſt diſtantia annorum 1460., excepta prima ſumma, inter quam, & ſecundam eſt diſtantia annorum 226., qui ſi diuidantur per 4. quotiens eſt 56. quot ſunt à die 26. Februarij excluſiuè ad 1. Januarij. Si ergo annus Per. Jul. propoſitus ſit minor prima ſummâ, non poteſt conuerti, nam anno *3967.* initium habuit hæc Æra; ſi ſit minor ſecunda, ſubtrahe annos *3966.*, ſi minor tertia, ſubtrahe *3965.*, & ſic ſucceſsiuè, vt diximus ſuprà, quia, qualibet ſumma completa, anni Ægiptiaci creſcunt per vnitatem. Do exemplum: Volo ſcire anno P. J. *6425.*, quinam ſit Æræ Nabonaſſari, & cum ſit minor quarta ſumma, ſubtraho annos *3964.*, & remanent *2461.*; hic ergò eſt annus Nabonaſſari hoc anno incipiens.

Ad cognoſcendum autem in quam diem incidat Neomenia Thoth, qui eſt menſis primus, aduertendum eſt annos Ægyptiacos conſtare menſibus 12., qui ſinguli habent dies 30., & prætereà diebus 5., qui dicuntur Epagomenæ, ſiuè Appendices, vt diximus ſuprà. Hoc poſito: notandæ ſunt hæ ſummæ in annis P. I. *2733.*, 4193., 5653., 7113., & ſic ſucceſſiuè ſi vltimæ ſummæ addas annos 1460., his enim annis Neomenia Thoth tranſit de Ianuario in 31. Decembris, igitur, dato quolibet anno P. I. illum ſubtrahe ab aliqua ex allatis ſummis, quæ ſit illi immediatè ſuperior, & reliquum diuide per 4., ſi in diuiſione remanent aliqua fracta, adde quotienti vnitatem, quam additionem facies etiam ſi fuerit minùs, quam 57., licèt tunc nulla ſupereſſent fracta; hoc poſito: vide cuinam diei in anno Iuliano competat dictus quotiens, ille enim erit primus dies menſis Thoth. Do exemplum: anno P. I. *6424.* volo ſcire in quam diem incidet Neomenia Thoth.

Igitur *6424.* ſubduco à ſumma 7113., & reliquum eſt *689.* quod diuiſum per 4. dat quotientem 172. cum vno fracto, addo ergo eidem quotienti vnitatem, & dant 173., qui numerus competit diei

diei 22. Iunij in anno Juliano, ſi autem eidem ſummæ addas dies 11. ablatos per correctionem Gregorianam, habebis 184., qui numerus competit diei 3. Julij in forma Gregoriana. Dico ergo Neom. Thoth anno 6424 incidere in diem 22. Junij in forma Iuliana, & in diem 3. Julij in forma Gregoriana.

Si autem ſcire velis in quam diem incidat Neom. Thoth. anno P. I. 6425. hanc ſummam ſubducito à 7113., & remanent 688., quæ diuiſa per 4. dant 172. ſine fractis, quare quotienti nihil addes, competit autem 172. diei 21. Iunij, non enim ſit caſus quòd annus ſit Biſſextilis, in quo 172. competit diei 20. Iunij. ſi autem addas dies 11. ablatos per correctionem Gregorianam dabit 183., quod competit diei 2. Julij, & hac die erit Neomen. Thoth non ſolùm anno P. I. 6425., ſed etiam per tres annos ſequentes, vt conſideranti patebit.

Si verò Neomeniam Thoth cognoſcere velis ex annis huius Æræ, hac regula vtere: Annos Æræ diuide per 4. neglectis fractis, deindè quotientem ſubtrahe à 57. ſi illo ſit minor, ſi ſit maior, ad 57. adde 365., & dabit 422., quam additionem replicabis quoties numerus ſubtrahendus excedet, vide poſteà, in quam diem incidat numerus reſiduus. Dò exemplum: diximus annum P. I. 6425. eſſe huius Æræ 2461., quam ſummam diuido per 4., & quotus eſt 615. quem ſubtraho à 787., & remanent 172., qui numerus competit diei 21. Junij [non enim ſit caſus de die biſſextili,] cui addendo 11. dies ablatos per correctionem Gregorianam, dat 183., quod competit diei 2. Julij. Igitur die 2. Iulij anno 6425. erit Neomenia Thoth. Aduertendum eſt tamen, quòd ſi annus Nabonaſſaræus excedat 1472. ſiue P. I. 5437., & facta diuiſione, nihil ſuperſit, abijcienda eſt vnitas à quoto priuſquam ſubductio fiat; v. g. anno Nabon. 2460. diuiſo per 4. dat 615. ſine fractis, igitur ablata vnitate remanent 614., quæ ſubtracta à 787., remanent 173., qui numerus competit diei 22. Iunij, vel additis 11., diei 3. Iulij, quod eſt obſeruandum, ne erretur in computo.

Aduertendum tamen huiuſmodi regulas non valere pro annis, qui interceſſerunt à correctione Kalendarij facta à Julio Cæſa-

re anno P. I. 4669., qui erat Nabon. 704., vſque ad annum P. I. 4721. Nabon. 766., tùm ob anticipatos intercalares, tùm ob diem ablatum menſi Februarij, & additum menſi ſextili ab Auguſto anno P. I. 4706., ideo anno P. I. 4683., quo contigit Actiaca Victoria, Neomenia Thoth ex regulis allatis erat die 243. à Kalendis Ianuarij, qui debebatur diei vltimo Auguſti, ſiue haberet dies 30., ſiue 31., & tamen contigit die 28. ob anticipatos biſſextiles, quod maximè eſt perpendendum, ſic etiam anno P. I. 4713. contigit die 22. Auguſti, cùm deberet contingere die 23., & ſic de alijs.

Ad cognoſcendū autem tùm dies, in quos incidunt Kalendæ aliorū menſium, tùm feriam, in quam incidunt ipſæ Kalendæ, appono præſens Pinacidium.

1. Thoth	30.		3.	7. Phamenoth	30.	180.	1.
2. Paophi	30.	30.	5.	8. Pharmuthi	30.	210.	3.
3. Achyr	30.	60.	0.	9. Pachon	30.	240.	5.
4. Choiac	30.	90.	2.	10. Pauni	30.	270.	0.
5. Tybi	30.	120.	4.	11. Epiphi	30.	300.	2.
6. Mechir	30.	150.	6.	12. Meſſori	30.	330.	4.
				Appendices	5.	360.	6.

Jn prima columna ſunt menſium Ægyptiorum nomina propria. In ſecunda dies cuiuslibet menſis. Jn tertia dies addendi diei Neomeniæ Thoth, vt ſciatur dies Neomeniæ cuiuslibet menſis. Do exemplum: Diximus ſuprà anno P. I. 6424. Neomeniam Thoth competere diei 184. à Kalendis Ianuarij, quæ eſt 3. Iulij, nunc volo ſcire in quam diem incidet Neomenia menſis Pachon, igitur ad 184. addo 240., qui dant 424., à quibus ſubtraho 365., remanent 59., qui numerus competit diei 28. Februarij anni 6425., hac ergo die erit Neomenia Pachon, & ſic de reliquis.

In quarta denique columna ſunt dies addendi anno currenti Nabonaſſari, quo numero diuiſo per 7. fracta indicant feriam, in quam incidit Neomenia illius menſis. Dò exemplum: anno P. I. 6424. eſt annus Nabonaſſari 2460. illi addo 3. & dat 2463., quod diuiſum per 7., remanent fracta 6., dico ergo Neomeniam

Thoth

Thoth incidere in feriam 6., quod patet, nam eo anno lit. Dominicalis eſt D., & diei 3. Iulij eſt affixa litera B. Sic etiam addo 5., & dant 2465., quod diuiſum per 7., remanet 1., & dico Neomeniam Pachon fore feria 1., & ſic eſt, nam diei 28. Februarij eſt affixa litera C., quæ anno P. J. 6425. eſt Dominicalis vſque ad eam diem.

Ad conuertendos autem annos, & dies Ægyptios reformatos in annos, & dies Julianos, aduertendum eſt in quantitate dierum vtroſque concordare, quare, cum hæc Æra inchoauerit anno P. I. 4685. die 29. Auguſti, datis annis illius, ſi addas annos 4684. habebis annum P. I. intra quem in Auguſtò iniuit annus Ægyptius ſignatus. Uel ſi ab annis P. I. ſubtrahas annos 4684. habebis annum huius Æræ inchoantem in Auguſto, vt diximus ſuprà. Si autem vis noſſe in quam diem menſis Romani incidat dies ſignatus huius Æræ: Neom. Thoth ſemper ſtatue in die 29. Auguſti, niſi annus ille inchoet immediatè ante annum biſſextilem, tunc enim Neom. Thoth incidit in diem 30. Auguſti, eo quod annus, qui terminat, habeat Appendices 6. Hoc poſito: cuilibet menſi aſſigna dies 30., & Appendicibus dies 5., vel ſex, ſi annus terminat immediatè ante noſtrum biſſextilem, hoc enim pacto facilè cognoſces in quam diem Iulianam incidant dies menſium Ægyptiorum. Dò exemplum: D. Ambroſius *Epiſtolarum lib.* 10. *Ep.* 83. *ad Ep. Emilia in fine* ſic ait: Sicut 76. anno Imperij Diocletiani factum eſt, nam tunc 28. Pharmutij menſis, qui eſt 9. Kal. Maij Dominicum Paſcha celebrauimus. Si vis noſſe quinam eſſet annus, & dies ſignatus in Æra comm. vide quo anno incæperit Æra Diocletiani, & inuenies illius initium anno Æ. C. 284. die 29. Aug. igitur ad 283. (nam 284. fuit annus primus huius Æræ] adde 76., & dant 359., hic ergo erat annus Æ. C. à S. Doctore ſignatus, quo in Auguſto iniuit annus 76. Diocletiani.

Porrò dies 28. Pharmutij eſt 238. à Neom. Thoth., quæ hoc anno, vtpote præcedente annum 360. biſſextilem, iniuit die 30. Auguſti, quæ eſt dies 242. à Kal. Ianuarij. Hanc ſummam, dempta vnitate, adde ad 238., dabunt 479., à qua ſubtrahe 365. anni 359., remanent dies 114. anni 360., qui nume-

numerus in biſſextili competit diei 23. Aprilis, qui eſt 9. Kal. Maij; vides ergo benè dixiſſe S. Patrem eo anno fuiſſe celebratum Paſcha die 28. Pharmutij, ideſt 23. Aprilis, fuit enim Nouil. Niſan Aprilis die 2. 16. 22., & Plenil. die 17. 14. 44. Litera verò Dominicalis A., quæ eſt affixa ipſi diei 23. Aprilis.

DE ALIJS ÆRIS, QVÆ VTVNTVR ANNIS ÆGYPTIACIS.

LECTIO XXVII.

ÆRa Philippea à Philippo Aridæo Alexandri M. Fratre nomen ſumpſit, & ipſa quoque vtitur annis Ægyptiacis vagis. Initium habuit anno Nabon. 425. P.I. 4390. die 12. Nouembris cùm eâdem die inijſſet Neomenia Thoth anni 425., mortuo Alexandro menſe Iulio, ſiue Quintili præcedente. Igitur, datis annis huius Æræ, illis adde 424., & habebis annos Nabonaſſari, vel ab annis Nabon. ſubtrahe 424. & habebis annos Æræ Philippi.

Æra Alexandrina diuerſimodè ab Auctoribus explicatur, aliqui enim ſub hoc nomine intelligunt Periodum Calippinam, quæ cæpit anno P. J. 4384., & vtitur annis Julianis. Alij cum Beueregio intelligunt Æram Seleucidarum, de qua agemus infra Lect. 28. Alij deniq. Æram Alexandrinam denominant ab Vrbe Alexandria, quæ vtitur quidem annis Ægyptiacis, ſed reformatis, & illius initium ſtatuunt in annum P. I. 4997. Æræ Com. 284., die 29. Auguſti, de qua egimus ſuprà.

Hæc æra dicitur etiã Æra Diocletiani, Æra Martyrũ, & Æra Ægyptiaca, eáq; vtuntur ſępe Antiqui Hiſtorici Orientales, & D. Ambroſius *lib.* 10. *ep.* 83. cum alijs.

Ad illam conuertendam in annos Æræ Com. ſerua hanc regulam; datis annis huius Æræ, illis adde 283., & habebis annos Æræ communis à die 29. Auguſti, vſque ad 31. Decembris, vel adde 284., & habebis annos Æræ communis à Ianuario ad

Digitized by Google

ad 29. Auguſti. E contrà, ſi ab annis Æræ com. auferas 283., habebis annum huius Æræ incipientem die 29. Auguſti, ſi verò auferas 284., habebis eundem annum terminantem ad eandem diem. Do exemplum: ab anno 1712. aufero 283., remanent 1429., & hic eſt annus huius Æræ incipiens die 29. Auguſti anni Æræ comm. 1712.

Æra Iezdegirdica à Iezdegirdo vltimo Perſarum Rege nomen habuit, & vtitur annis Ægyptiacis vagis, cæpit autem anno P. I. 5345., Æræ comm. 632. die 16. Iunij, Nabon. 1380. Coiac 1., vt vult Beueregius, quare ad conuertendos annos Æræ comm. in annos huius Æræ, ſi minor ſit, quàm 1300. ſubtrahe 631., ſi verò excedat 1300. ſubtrahe 630., & reſiduum dabit annum huius Æræ. E contrà annos huius Æræ conuertere volens in annos Æræ comm., ſi præcedat 670., adde 631., ſi ſubſequatur, adde 630., & reſultans eſt annus Æræ communis. Dò exemplum: ab anno 1712., cùm excedat 1300., ſubtraho 630., & remanet 1082. iniens hoc anno.

Ad cognoſcendum autem quandonam annus incipiat, ſiue Neom. menſis primi, qui eſt Feruardin, annum Iezdegirdicum per 4. diuide, quotum ſubtrahe à 167., & reliquus ſit dies à Kal. Ian., quo Feruardin init, ſi autem nullum remanet fractum, vnitatem ex quoto ſubtrahe; ſed poſt annum Iezdeg. 433. Ch. 1064. vnitas ex quoto ſubducenda eſt etiamſi fractum 1. remaneat. Dò exemplum: anno Chriſti 1712. eſt Iezdegirdicus 1082., qui diuiſus per 4. remanet quotus 270., & duo fracta, nihil ergo eſt à quoto ſubducendum; igitur 270. ſubduco à 167., quod quia fieri non poteſt, addo 365., & dat 532.; à quo ſubtraho 270., & remanent 262., qui numerus competit diei 19. Septembris, cui numero addo 11. dies correctionis, & dant 30. Jgitur die 30. Septembris ſtylo Gregoriano hoc anno 1712. incipit annus Perſicus 1082. Nomina menſium Perſicorum, ſiue Ieſdegirdæ, vide *in Beueregio, Ricciolo, & infrà in noſtro Kalendario Lect.* 51.

Aduertendum primò, quòd Neomenia Feruardin ſemper incidit in eamdem diem cum Neomenia Choiac, anni Nabonaſſarei.

Aduertendum ſecundò in inquirendo die Kalendarum nullam

L eſſe

eſſe mentionem habendam diei biſſextilis, ſeu excreſcentis, ideoque dicimus diem 262. à Kalendis Ianuarij competere diei 19. Septembris, licèt in biſſextili competat diei 18., quod eſt maximè aduertendum etiam in anno Nabonaſſaræo, quoties Inquiritur initium anni ex annis ipſius Æræ.

DE ÆRA SELEVCIDARVM, SIVE GRÆCORVM, ET ALIJS ÆRIS.

LECTIO XXVIII.

HEbræi poſt Græcorum Monarchiam, cuius fundamenta iecit Alexander Magnus, vt etiam Orientales fere omnes vtebantur Æra, quam Alexandream dixerunt, nec non Æram Græcorum, Contractuum, Seleucidarum, Dhilkalnain, hoc eſt Bifrontis, & annos Græcorum, omnibus enim his nominibus appellatur. Eſt autem duplex, alia Syriaca ſiue Hebraica, alia Chaldaica ſiue Antiochena; prima iniuit anno P. J. 4402. in Niſan; ſecunda verò in Tyſri, ſiuè idibus Octobris, vel, vt vult Beueregius, Kalendis eiuſdem menſis, ſed dubitatur an inierit eodem anno P. I. 4402., vel 4403. poſt menſes 18. ab incepta prima, hęc autem ſecunda eſt probabilior opinio, nam ex 1. Machab. c. 6. 16. Mortuus eſt Rex Antiochus Illuſtris anno 149. Ærę Hebraicę, qua vtitur iſte liber 1., & annus coincidit cum anno 4550. P. J. à Martio, ſiue Aprili vſque ad Ianuarium, nam ex tunc incipit annus 4551. Rursùs ex lib. 2. Machab. cap. 2., qui vtitur Æra Chaldaica, habetur Lyſiam Antiochi Eupatoris Curatorem ſcripſiſſe Epiſtolam Iudæis poſt mortem Antiochi Illuſtris anno 148. in menſe Dioſcori, qui eſt Adar, ſiue Februarius, & Eupatorem illis ſcripſiſſe die 15. menſis Xantici, qui eſt Niſan anni 148., ſi ergo hæc Æra incæpit anno P. I. 4402. in Autumno, annus, quo ſcripſerunt cepiſſet anno P. I. 4549., & per conſequens ſcripſiſſent ante mortem Antiochi. Dicendum eſt ergò incipere anno P. I. 4403., ſi enim ad 148. addas 4402. habebis

an-

annum illum incæptum in Autumno anni 4550., & eos ſcripſiſſe huiuſmodi Epiſtolas in Vere anni P. J. 4551. cùm anno præcedenti in Æſtate mortuus eſſet Antiocus Illuſtris.

Jgitur, vt facilè poſſis annos Æræ huius conuertere in annos P. I. & è contra: datis annis Æræ adde 4401., & habebis annum P. I., vel ab annis P. I. ſubtrahe 4401., & habebis annum huius Æræ Hebraicæ. Si verò demas 4402. habebis annum Æræ Chaldaicę incipientem ab Autumno, vel ſi demas 4403. habebis annum Æræ Chaldaicæ deſinentem in Autumno. Dò exemplum: Ab anno P. I. 6425. ſubtraho 4401., & remanet annus 2024. Æræ Hebraicæ, & 2023. Æræ Chaldaicæ incipiens in Autumno, vel 2022. deſinens eodem Autumno.

Dantur etiam alię Æræ, vt Dionyſij Mathematici, quæ cæpit anno P. I. 4429.. Tyriorum anno 4589.. Laudicenorum anno P. I. 4666.. Edeſſenorum anno P. I. 4402.. Aſcalonitarum anno P. I. 4671. ab Auguſti exordio. Conſtantinopolitana anno Chriſti 330. P. I. 5043. die 11. Maij, verùm his parum vtuntur Hiſtorici, ideò iam dicta ſufficiant ne omninò illas prætermiſſe videamur.

DE ANNIS, MENSIBVS, ET ÆRA ARABICA, SIVE TVRCICA.

LECTIO XXIX.

Arabes, & Turcæ annos ſuos non à Sole, ſed à Luna tantùm dimentiuntur, annoſq; conſtituunt menſium, ſiue Lunationum 12., quarum quælibet habet dies 29. horas 12. Kelachin 792. ſiue minuta 44., ciuiliter verò dies 30., & 29. intercalariter, ſed in anno abundanti, ſiue Emboliſmali vltimo menſi dant dies 30., cùm in anno communi non habeat niſi dies 29. De quo Ricciolius, Mullerus, & Beueregius..

Menſes ſuos Arabes auſpicantur non à Lunæ Syzygia vera, vel media, ſed à prima Phaſi, videlicet cùm primùm poſt Solis occaſum Luna ſe conſpiciendam præbet, quod non fit niſi poſt-

quam præteriere horæ 27. 30. à renouatione vera, vel media, Menſium autem nomina habebis infrà in Kalendario Turcico Lectione 48.

Jidem vtuntur Æra Muhamedis, ſiue Maumetis, hic autem illam auſpicatus eſt ab anno Æræ communis 622. die 16. Iulij, quæ incidit in feriam 6., ideoq; Turcę hanc diem feſtiuam habent. Fuit autem Lunæ renouatio Aſtronomicè die 14., Ciuiliter die 15., ſed prima Phaſis non apparuit niſi in Ueſpere præcedente diem 16., vt docet Mullerus.

Ratio autem auſpicandi ab hac die ſuam Æram hęc fuit: Cum eo tempore Chriſtiani annos ſuos dinumerarent à Diocletiani perſecutione in Martyres, & Maumetes hac nocte ob ſua flagitia fugiſſet à Mecha ad Urbem Medinam, ideò illam dixit ſuum Martyrium, & lingua Arabica Hegiram, voluitq; ab ea Æram ſuam auſpicari.

Ad conuertendos annos Turcarum in annos Æræ communis, & è contrà, dant varias regulas Ricciolius, Mullerus, & alij, pro quo.

Aduertendum annos Lunares Arabicos eſſe precisè dierum 354. h. 18. m. 44. neglectis ſect. 38. 10. qui ſunt in anno Lunari. Annos verò 30. Lunares dare pręcisè dies 10631., neglectis m. 19. 5. qui ſunt in anno Gregoriano, Annum verò Solarem dare dies 365. h. 6., per nos autem dies 365. h. 5. m. 49. 12. quare anni eorum 30. Solares dant dies 10957. h. 12. & hic excedit Lunarem diebus 326. h. 12., quę in totum ſunt horę 7836., Cyclum ergo efformant non 19. annorum, ſed 30., quem nos Cyclum Arabicum dicemus, cuius anni 19. ſunt communes dierum videlicet 354., & 11. Emboliſmales dierum 355. addita vna die menſi vltimo anni, ſunt autem Emboliſmales 2. 5. 7. 10. 13. 15. 18. 21. 24. 26. 29. hoc præſuppoſito.

Ad conuertendos annos Ærę comm. in annos Hegiræ hac vtere regula. Ab annis datis ſubtrahe 621., reſiduum diuide per 33. & quotientem adde illi reſiduo, ille enim erit annus Hegiræ decurrens, & occupans aliquam partem illius anni Æræ Com., ratio autem quare diuidatur per 33. eſt iſta, quia anni 33. Solares dant per ipſos dies 12053. 6., anni autem 33. Lunares dant dies

dies 11694. h. 2. m. 24., Solares ergo excedunt Lunares diebus 359. h. 3. m. 36., à quibus ſi detrahas annum integrum Lunarem dierum 354. h. 8. m. 48. remanent tantum dies 4. h. 18. m. 48., igitur ſingulis annis 33. Solaris excedit Lunarem anno integro, & ideo tot anni adduntur, quot ſunt quotientes. Nunc dò exemplum: Volo ſcire anno 1712. Æræ comm. quis ſit annus Hegiræ. Subtraho ab illis 621., & remanent 1091., quæ diuiſa per 33. dant quotientem 33., quod additum ad 1091. dat annum 1124., hic ergo annus Hegiræ occupat partem anni Ch. 1712.

Ad conuertendos autem annos Hegiræ in annos Ch., & videndum quonam anno, & die incipiat: Anno propoſito, ſubtrahatur vnitas, vt habeantur anni completi, hi autem diuidantur per 30., qui eſt Cyclus Arabicus; quot enim erunt quotientes toties anni Arabici anticipabunt annos Iulianos per dies 326., & horas 12., qui dies conſtituunt horas 7836., quotiens ergo multiplicandus eſt per 7836., & ſi in prima diuiſione remanent fracta, multiplicanda ſunt etiam per 7836., & reſultatum diuidendum per 30., quotiens enim dabit horas per regulam proportionis, & ipſe addendæ ſunt ad ſummam primæ multiplicationis, deindè tota ſumma, eſt diuidenda per 8766., quot videlicet ſunt horæ, quæ conſtituunt annum Julianum, & hoc pacto quotiens indicabit annos Iulianos, ideo quotientem ſubtrahe ab anno propoſito Hegiræ, & eius loco adde annos 622., qui eſt annus primus Hegiræ, hoc enim pacto habebis annum Æræ Chriſti, quo terminauit annus propoſitus. Rursùs reſiduum diuiſionis factæ per 8766. diuide per 24., adeo vt ex horis dies conſtituas, & ſi fracta excedant 12. adde quotienti vnitatem, quotientem verò ſubtrahe à 196., hic enim eſt dies 15. Iulij, qui præceſſit diem primum Hegiræ, quòd ſi numerus ſubtrahendus excedit 196. huic adde 365., & dabit 561., ſed annorum quotienti adde vnitatem, hoc enim pacto habebis annum, & diem à Kalen. Ianuarij, quo terminauit annus propoſitus in forma Iuliana, cui ſi addas dies ablatos per correctionem Gregorianam, habebis diē in forma Gregoriana, & die ſubſequenti incipiet annus primo loco propoſitus. Dò exemplum: Volo ſcire quo anno, & die in-

incipiat annus Hegiræ 1124. aſſumo ergo 1123.

Hoc pacto 30)1123(37. Jgitur tùm 37. tùm 13. multiplico

13. per 7836. 7836.

37. 13.

289932. 30)101868(3395.

3395. 18.

8760)293327(33. Huic numero addo 1.

24)4049(168. ob fracta 17., & dant 169.

Ab annis Hegirę	1123.		A diebus	196.
Subtraho	33.		Subtraho	169.
Remanent	1090.		Remanent	27.
Addo	622.		Annus ergo Hegirę 1123. terminat anno Æ. comm.	
& dant	1712.		1712. die 27. à Kal. Ia-	

nuarij Stylo Iuliano, & die 38. à Kal. Stylo Gregoriano, quæ eſt dies 7. Februarij.

Ex quo patet annum Hegiræ 1124. incipere die 28. Ianuarij Stylo Veteri, & 8. Februarj Stylo Gregoriano anno Æ. Ch. 1712.

Sed ad indagandum an bene proceſſerit hæc regula, duobus modis id fieri poteſt: primò vide, qua die terminauit annus præcedens 1122., & cognito quòd terminauerit die 38. à Kalendis Januarij Stylo Iuliano, his adde dies 355. anni 1123., fuit enim Emboliſmalis, & dant dies 393., à quibus ſubtrahe dies 365. anni Iuliani 1711., & remanent dies 28. à Kal. Januarij, non verò 27., vt apparebat ex computo dierum.

Alia regula eſt iſta. Vide eo anno in quam feriam incidat Neomenia menſis primi, quod fit hoc pacto: Annus propoſitus diuiditur per 210. hi enim anni dant hebdomadas exactas, ideò de quotiente non curatur, reſiduum diuide per 30., & quotientem multiplica per 5.. Uide etiam fracta, ablata ab eis vnitate, quot annos habeant cauos ideſt dierum 29., & quot plenos ideſt dierum 30. Cauos multiplica per 4., & plenos per 5., ratio harum multiplicationum eſt, quia anni 30. præter integras hebdomadas dant dies 5., ideo quotiens multiplicatur per 5., anni caui præter hebdomadas 50. dant dies 4., & anni pleni ideſt Emboliſma-

Digitized by Google

liſmales dant dies 5., ideo illi per 4., iſti per 5. multiplicantur; deinde omnes iſtæ multiplicationes colliguntur in vnum, addito 6., quod indicat Neomeniam anni primi Hegiræ, & reſultatum diuiditur per 7. ſi nihil remanet, indicat Neomeniam illius anni incidiſſe in feriam ſeptimam; ſi remanent fracta, eorum denominator indicat feriam, in quam incidit Neomenia.

Hoc pactò 210)1124(0.
30) 74(2.
14.

Quotiens 2.
multiplicatus per 5.
dat 10.

remanent 13. in quibus continentur
anni Emboliſmales 5.
qui multiplicati per 5.
dant 25.

anni caui	8.
qui multiplicatur per	4.
dant	32.
Reſultatũ ex Emboliſ.	25.
Ex quotiente	10.
Character anni primi	6.
Hi numeri per add. dãt	73.

Si autem diuidas 73. per 7. remanent 3. fracta, ergo Neomenia huius anni 1124. incidit in feriam tertiam, quod probatur hoc pacto: annus 1712. habet Cyclum Solarem 13., qui in forma Iuliana dat Lit. Dominicalem F. E., & Stylo Gregoriano C. B., ſi ergo menſe Ianuarij Lit. Dom. erat F., feria 3. fuit die 29., cui eſt affixa Lit. A. Ergo annus 1123. terminauit die 28., & non die 27. Stylo Iuliano. Rurſùs Stylo Gregoriano in Ianuario erat Lit. Dom. C., ergo feria 3. incidit in diem 9. Februarij ſignatam Lit. E., & annus præcedens terminauit die 8., & non die 7. Februarij. Dicendum eſt ergo hoc anno non benè proceſſiſſe calculum, qui raro errat, corrigendus tamèn per duas regulas ſupra poſitas.

Cognita Neom. Mucharam, ſiue menſis primi, ſi velis cognoſcere in quam feriam incidant Neomeniæ aliorum menſium: vide quot menſes præterierint completi ad illum cuius Neomeniam requiris: cauos ideſt dierum 29. ſimpliciter enumera, plenos per

2.

2. multiplica, nam caui præter hebdomadas 4 dant diem 1. pleni autem dies 2.; multiplicationis reſultatum vni cum numero feriæ, in quam incidit Neom. Mucharam, deinde totum diuide per 7., nam fracta indicabunt feriam, in quam incidit Neomenia menſis quæſiti. Dò exemplum: Volo ſcire anno 1124. in quam feriam incidat Neom. menſis Ramadam, qui eſt nonus in anno Arabico. Octo menſes dant quatuor cauos, & quatuor plenos. Caui dant 4., pleni dant 8., in totum 12., quibus addo 3. Neom. Mucharam, & dant 15., quod diuiſum per 7., remanet 1., igitur dico Neom. Ramadam fore hoc anno feria 1., & ita eſt, nam incidit in diem 2. Octobris Stylo nouo, cui eſt affixa Lit. B., quæ hoc anno eſt Dominicalis. Hæc de anno Arabico dicta ſufficiant.

DE MODO INVENIENDI DIES MENSIUM IN ANNIS ROMANIS.

LECTIO XXX.

Romani ante Julium Cæſarem habebant menſes quatuor dierum 31. videlicet Martium, Maium, Iulium, & Octobrem, quos ideo plenos vocabant; cæteros verò dierum 29. ideò dictos menſes cauos. Rurſus primum diem cuiuſlibet menſis dicebant kalendas, quintum in cauis, & ſeptimum in plenis dicebant Nonas, tertiumdecimum in cauis, & quintumdecimum in plenis Idus, vel Eidus vocabant; dies reliquos, qui præcedebant Nonas, dicebant ante Nonas; qui erant poſt Nonas ante Jdus; & qui poſt Idus ante kalendas menſis ſubſequentis; ad conuertendos autem hos dies in dies menſium vulgarium, vel è contrà his vtere regulis.

Ad cognoſcendos dies ante kalendas adde menſi dies duos, deindè ſubtrahe datum numerum, nam reliquum ſignabit diem ante kalendas, vel diem menſis vulgarem. Dò exemplum: Volo ſcire ſexto kalendas Martij cui diei vulgari competat. Februario dierum 28. addo 2., & dant 30. ſubtraho 6., & dant 24., ideo

ideò dico id competere diei 24. Februarij, & idem replicatur etiam in anno biſſextili, licèt competat diei 25., vtroque enim die dicitur ſexto kal. Martij.

Pro Nonis, & Jdibus adde diem vnum, deindè datum numerum ſubtrahe à die ſignato pro Nonis, & Idibus menſium cauorum, & plenorum. Dò exemplum: Volo ſcire die 2. Ianuarij quænam ſit in anno, ſeù forma Romana, cùm Ianuarius ſit menſis cauus, habet Nonas die 5., addo vnitatem, & dat 6., ſubtraho 2., & remanent 4., dico ergo diem 2. Ianuarij eſſe 4. Nonas. Idem dic de alijs.

Aduertendum etiam in eandem feriam incidere diem 1. 8. 15. 22. 29., quare ſi menſis incidat in feriam 6. erit etiam F. 6. dies. 8. 15. 22. 29., & F. 1. dies 3. 10. 17. 24. 31., & ſic de alijs.

DE MODO COGNOSCENDI QVOLIBET ANNO LITERAM DOM.

LECTIO XXXI.

Dies anni in 7. diuiſos ab ipſo Mundi Conditore accepimus, qui die ſeptima requieuit ab omni opere, quod patrarat, & hanc diuiſionem ſeruaſſe Hebræos credibile eſt, cùm eis præceperit, vt diem ſeptimam feſtiuam haberent. Ad cognoſcendum autem in quam diem menſis Romani incidat quælibet feria, & præcipuè prima, à qua aliæ omnes regulantur, methodum dedit Soſigenes; diuiſo enim anno in dies 365., cum biſſextili 366.; Dies omnes ſignauit ſeptem Literis, quæ Dominicales dicuntur, eò quòd indicent diem Dominicum, ſiuè feriam primam, dies ergo prima Ianuarij ſignatur Litera A., dies ſecunda Litera B., & ſic ſucceſſiuè; quare ſi annus conſtaret præcisè diebus 364. haberemus in anno hebdomadas 52. completas, verùm cum habeamus 365., hinc eſt, quod ſuperſit vnus dies, & in biſſextili 2., vnde fit, vt ſi v. g. dies prima Ianuarij ſit in Dominica, anno ſequenti erit feria 2., & Dominica non erit niſi die 7. Ianuarij, cui eſt affixa Litera G., vel, ſi fuerit biſſextilis,

lis, dies prima Ianuarij, incidet in f. 3., & Dominica in diem 6. Ianuarij, cui eſt affixa Litera F., ideo idem Soſigenes adinuenit Cyclum Solarem annorum 28. quibus completis annus redit ad eandem formam, nam anni 28. præter hebdomadas 1456., dant dies 21. annorum communium, & 14. Biſſextilium, in totum hebdomadas 5. exactas. Deindè cuilibet numero Cycli aſſignauit ſuam Lit. Dom., itaut cognito Cyclo eo anno currente, poſſit cognoſci etiam quænam ſit Lit. Dominicalis. Verùm, vt diximus ſupra Lectione 8., Pontifices poſt mortem Iulij Cæſaris non benè percipientes ordinem biſſextilium hanc regulam non obſeruarunt; ideò ab anno P. I. 4669. ad 4718. vti debemus pinacidio, quod dedimus ſuprà Lectione 8., & vtendum eſt regula non Iulij Cæſaris, nec Auguſti, ſed Pontificum, quæ eſt media. Ab anno autem 4718., qui fuit 5. Æræ communis vſq; ad annum correctionis Gregorianæ vtendum eſt Cyclo, quem dedimus Lectione 14., quo etiam vti poſſunt omnibus ánnis ſubſequentibus illi, qui non vtuntur correctione Gregoriana, hi autem vti poterunt Cyclo Soſigenis à nobis reformato vel Cyclo Gregoriano, quos dedimus ſupra Lect. 14.

Alia etiam datur regula ad dignoſcendas Lit. Dom. in annis Æræ comm. ab anno 5. illius, nam primis quinque annis, vt diximus, non fuit ſeruatus ordo datus à Julio Cæſare, ſiue ab Auguſto ob Biſſextilem anticipatum.

Igitur dato quolibet anno Æræ comm. ſummam diuide per 4., & quotientem adde ſummæ propoſitæ, ſunt enim Biſſextiles, qui iam pręterierunt, adde etiam 5. & reſultatum diuide per 7., fracta ſubtrahe ab 8., & numerus reſiduus dat tibi Literam Dominicalem: videlicet 1. dat A., 2. B. ſic de alijs, & hoc in forma Juliana. Quod ſi à tota ſumma ſubtrahas dies detractos per correctionem Gregorianam, & deindè diuidas ſummam per 7. habebis Literam Dominicalem Stylo Gregoriano. Dò exemplum: Uolo ſcire quænam ſit futura Litera Dominicalis Anno Æræ comm. 1712.

ſic

ſic ergo operor — 1712.
Totam ſummam diuido per 4. — 428.
Addo 5. — 5.

Tota ſumma eſt — 2145.
Qua diuiſa per 7. remanent fracta — 3.

Hæc ſubtracta ab 8. dant 5., ergo Lit. Dominicalis Stylo Juliano eſt E. Si autem à 2145. ſubtraho 11. remanent 2134., quę diuiſa per 7. dant fracta 6., hæc ſubtracta ab 8. remanent 2. Igitur Stylo Gregoriano Lit. Dominicalis eſt B. poſt diem 28. Februarij.

Ex hac noſtra Doctrina deducitur improbabilem eſſe opinionem Ricciolij in ſua Chronologia *lib. 9. cap. 7. fol. 389.* vbi ait D. Benedictum Abbatem obijſſe anno Æræ Chriſti 547. in Sabbatho Sancto, cùm ex noſtro computo eo anno eſſet Litera Dominicalis F. vt patet. Nam anni — 547.
diuiſi per 4. dant — 136.
quibus additis — 5.

dant — 688.
quæ diuiſa per 7. remanent fracta 2.

Si duo ſubtrahas ab 8. remanent 6., qui numerus competit Literæ F., quæ eſt ſexta ab A., quare dies 21. Martij ſignata Litera C. incidit in feriam quintam, non in ſeptimam, & licèt Plenilunium inciderit in Martij diem 22. h. 4. m. 21. Paſcha tamen non debuit celebrari niſi die 24. Martij, quæ ſignatur Litera Dominicali F.

Probabilius ergo videtur S. Patrem Benedictum obijſſe die quidem 21. Martij, ſed anno 543., vt vult Hoſtienſis, & alij Diſcipuli S. Benedicti in Sabbatho, cùm eo anno eſſet Litera Dominicalis D., quæ eſt affixa diei 22. Martij, non tamen in Sabbatho Sancto, vt volebat Fauſtus, & Aimonus, ſed potius in Sabbatho præcedente Dominicam Paſſionis, fuit enim eo anno Nouilunium Aſtronomicum Martij die 21. h. 10. m. 0., & Eccleſiaſticum, ſeu Ciuile die 22., Plenilunium verò Aſtronomicum Aprilis die 5. h. 4. m. 22., quâ die potuit

Paſcha celebrari cum ſignetur Litera Dominicalis D.

Ad id quod dicunt hi Auctores fuiſſe Sabbathum Sanctum reſpondeo, quòd, ſicut errauerunt dicentes fuiſſe eo anno Indictionē ſecundā, cùm eſſet ſexta, ſic potuerunt errare ſumendo Sabbathum ante Dominicam Paſſionis pro Sabbatho Sancto.

Minus probabilis eſt etiam opinio Petauij, & aliorum aſſerentium S. Benedictum obijſſe anno Æ. C. 542. cùm enim eo anno deceſſerit Theodibaldus Gothorum Rex, cui ſubſtitutus fuit Ararius, eoq; poſt nonnullos menſes occiſo, electus fuerit Thotila, quo regnante obijt S. Pater, poſtquam ei prædixiſſet, quæ in eius vita narrantur, improbabile eſt totum hoc accidere potuiſſe ſpatio trium menſium incompletorum; cùm prætereà hòc anno Lit. Dom. fuerit E., & dies 21. Martij inciderit in feriam ſextam, & Plenilunium die 15. Aprilis, quare non niſi die 20. debuit Paſcha celebrari.

Deducitur ſecundò improbabile eſſe quod habetur in Breuiario Franciſcano die 25. Maij, videlicet S. P. Franciſcum obijſſe anno Æræ Chriſti 1226. quarto Nonas Octobris in Sabbatho, dicendum eſt enim vel quinto Nonas, vel die Dominico, cùm eo anno Litera Dominicalis eſſet D., quę eſt affixa diei quartæ Octobris, quod probatur ſic, anni ——— 1226.

ſi diuidantur per 4 quotiens eſt ——— 306.

quibus adde ——— 5.

dant in totum ——— 1537.

Hæc diuiſa per 7., remanent fracta ——— 4.

Hęc ſubtracta ab 8., remanent 4., qui numerus indicat Literam Dominicalem D., ſi ergo mortuus eſt die Sabbathi contigit mors ipſius die 3. Octobris, ideſt quinto Nonas Octobris. Si verò volunt mortuum eſſe quarto Nonas dicendum eſt obijſſe die Dominico.

Deducitur tertiò verum eſſe S. Franciſcum de Paula obijſſe anno 1507. die 2. Aprilis, in quam incidit Paraſceue, ſiuè feria ſexta hæbdomadę Sanctę. Nam eo anno Litera Dom. fuit C. quarè dies 2. Aprilis, cui eſt affixa Litera A. incidit in feriam ſextam.

Rur-

Rurſus Plenilunium Aſtronomicum incidit in Martij diem 28. h. 3. m. 15. Eccleſiaſticum verò in Martij diem 29., cui eſt affixa Litera D., non potuit ergo celebrari Paſcha niſi die 4. Aprilis, cui eſt affixa Litera C.

Deducitur quartò verum eſſe, quod dicitur de S. Philippo Nerio, quòd obierit anno 1575. die 26. Maij, in quam diem incidit Feſtum Corporis Chriſti, nam eo anno erat Litera Dominicalis B., quæ eſt affixa diei 29. Maij, ergo dies 26. erat feria quinta. Rurſus eo anno Plenilunium Aſtronomicum Paſchale fuit Martij die 26. h. 16. m. 27. ergo die 27. cui eſt affixa Litera B. fuit Paſcha, & die 26. Maij Feſtum Corporis Chriſti. Hac eâdem regula vti poterit ad indagandam veritatem quotieſcumque in aliqua hiſtoria non ſolùm ſignatur annus, & dies Menſis, ſed etiam feria, vel Feſtum aliquod mobile.

Hæc eadem regula deſeruire poterit ad dignoſcendas Literas Dom. in annis ante Æram Chriſti, poſitis tamen nonnullis limitationibus, videlicet: dato anno à Mundi creatione, cuius Literam Dominicalem requiris, ab allata ſumma ſubtrahe Cyclos completos Gregorianos annorū 400., reliquū diuide per 4., & quotientem adde ſummæ diuiſæ, ſi autem ſit ſumma intra ſæculum primum, ideſt ab 1. ad 99. adde 6., ſi intra ſecundum à 99. excluſiuè, ad 199. adde 5., ſi intra ſæculum tertium à 199. excluſiuè, ad 299. adde 4., ſi intra ſæculum quartum à 299. ad 400. adde 3., quibus ſummis per regulas additionis ſimul vnitis reſultatum diuide per 7. & fracta ſubtrahe ab 8., quod enim ſupereſt indicat Literam Dominicalem illius anni. Dò exemplum: Volo ſcire anno à Creatione 1656., quo contigit Diluuium, quænam eſſet Litera Dominicalis, igitur ab hac ſumma ſubtraho 1600., qui numerus dat quatuor Cyclos Gregorianos exactos, & ſigno fracta ——— 56.
quæ ſumma diuiſa per 4. dat quotientem ——— 14.
cùm autem ſit intra ſæculū primū Cycli Gregor. addo 6.

Hæ ſummæ per regulas additionis dant ——— 76.
qui numerus 76. ſi diuidatur per 7. remanent fracta 6.

Hęc fracta ſubtracta ab 8. remanent 2., qui numerus indicat B., hęc ergo fuit Litera Dominicalis à die 29. Februarij per reliquum anni 1656., cùm à Kalendis Januarij ad 29. Februarij fuerit C.

Aliud exemplum affero pro anno Mundi 2514., quo contigit Exodus, igitur ab hac ſumma ſubtraho 2400. qui numerus dat Cyclos Gregorianos ſex exactos, reliquum eſt —— 114.
quæ ſumma diuiſa per 4. dat quotientem —— 28.
cũ autẽ ſit intra ſæculũ ſecundũ Cycli Gregoriani addo 5.

quæ tres ſummæ per regulas additionis dant in totum 147.

Si verò 147. diuidatur per 7. nullum remanet fractum, igitur ſubtraho 7. ab 8., & remanet 1., quod indicat eo anno fuiſſe Literam Dominicalem A. Stylo Gregoriano.

Sit tertium exemplum. Volo ſcire, quænam erat futura Litera Dominicalis Stylo Gregoriano anno Mundi 3999. Ab hac ſumma ſubtraho —— 3600.

qui num. dat Cyclos 9. Gregorianos, & remanent fracta 399.
quæ diuiſa per 4. dant quotientem —— 99.
& cùm ſit intra quartum ſæculum addo —— 3.

Hæ ſummæ per regulas additionis dant —— 501.
quę diuiſa per 7. remanent fracta 4., qui numerus ſignat D., hæc igitur fuit Litera Dominicalis pro anno propoſito 3999., & anno 4000. debebat eſſe Litera Dominicalis C. B., erat enim annus biſſextilis, & anno 4001., qui fuit primus Æræ Ch. A. Si autem leges tabulam à nobis allatam Lectione octaua fol. 17. inuenies in computo Pontificum correcto ab Auguſto per ſuſpenſionem Biſſextilium fuiſſe Literam A., ſed ex computo Auguſti ſignari Literam B., eò quòd annus 4. Æræ Ch. non fuerit biſſextilis, vt oportebat.

DE

DE MODO INVENIENDI NUMERUM CYCLI, VEL PERIODI CUIVSLIBET.

LECTIO XXXII.

IAm diximus ſuprà annos ſingulos Cycli dici ſimpliciter Cyclos, ſic dicitur anno, qui immediatè præceſſit Æram comm. fuiſſe Cyclum Solarem 9. Lunarem 1., Indic. 3. Si autem noſſe velis ſingulis annis quinam ſit Cyclus decurrens, adde annis Æræ currentis 9., deindè totam ſummam diuide per 28., nam fracta dabunt Cyclum currentem. Adde 1., & ſummam diuide per 19. habebis ex fractis numerum Aureum. Adde 3., & diuide per 15., nam fracta dabunt Cyclum Indictionis. Dò exemplum: Volo ſcire anno 1712. quinam erunt Cycli, ad 1712. addo 9., & dant 1721., quæ diuiſa per 28., fracta ſunt 13., hic eſt Cyclus Solaris huius anni. Addo 1., & dant 1713., quæ diuiſa per 59. remanent fracta 3., hic eſt Aureus numerus. Addo 3., & dant 1715., quæ diuiſa per 15. remanent 5., hic eſt Cyclus Indictionis.

Poſſunt etiam cognoſci Cycli ex Periodis, hi enim in illos Cyclos diuiduntur, per quos conſtituuntur, & quia Periodi Ludouici Magni, Solis Aurea, & Victorini conſtituuntur per Cyclos Solarem, & Lunarem, ideò ſi anni harum Periodorum diuidantur per 28., vel per 19. fracta dabunt huiuſmodi Cyclos reſpectiuè. Eodem pacto quia Periodus Iuliana conſtituitur per Cyclos Solarem, Lunarem, & Indictionis, ideò ſi annum huius Periodi currentem diuidas per 28., per 19., per 15., dabunt fracta reſpectiuè huiuſmodi Cyclos. Dò exemplum: anno 1712., qui eſt P. I. 6425. volo ſcire quinam ſint futuri Cycli, ideò diuido ſūmā 6425. per 28., & remanent 13. fracta, hic eſt Cylus Solaris. Diuido per 19., & remanent 3., hic eſt Cyclus Lunaris. Diuido per 15., & remanent 5., hic eſt Cyclus Indictionis eo anno decurrens.

Pro cognoſcendis Epactis multiplica Cylum Lunarem eo anno cur-

currentem per 11., & reſultatum diuide per 30.; ſi nihil remanet eſt Epacta 30. ſiue *, ſi remanent fracta illa eſt Epacta in forma Iuliana. Quòd ſi à tota ſumma ſubtrahas dies ſublatos per correctionem Gregorianam, deindè diuidas per 30., fracta dabunt Epactas in forma Gregoriana. Dò exemplum: anno 1712. Cyclus Lunaris eſt 3., qui multiplicatus per 11. dat 33., ab his ſubtraho 30., remanent 3. hæc ergo eſt Epacta in forma Iuliana. Si autem à 33 ſubtrahas 11., qui ſunt dies ablati per correctionem Gregorianam, remanebunt 22. Epactæ huius anni Stylo Gregoriano.

1.	57.	476.	6916.
2.	114.	420.	5852.
3.	171.	364.	4788.
4.	228.	308.	3725.
5.	285.	252.	2660.
6.	342.	196.	1596.
7.	399.	140.	532.
8.	456.	84.	7448.
9.	513.	28.	6384.
10.	38.	504.	5320.
11.	95.	448.	4256.
12.	152.	392.	3192.
13.	209.	336.	2184.
14.	266.	280.	1064.
15.	323.	224.	7980.
16.	380.	168.	
17.	437.	112.	
18.	494.	56.	
19.	19.	532.	
20.	76.		
21.	133.		
22.	190.		
23.	247.		
24.	304.		
25.	365.		
26.	418.		
27.	475.		
28.	532.		

Verùm ſi cognitis Cyclis, velis cognoſcere ex his Periodum Victorini, vel Iulianam affero præſens Laterculum, in quo ſunt quatuor columnæ numerorum. In prima columna ſunt anni Cyclorum expanſi, videlicèt vſque ad 15. Cyclus Indictionis, vſq; ad 19. Lunaris, & vſque ad 28. Solaris. In ſecunda columna ſunt numeri annorum correſpondentium annis Cycli Solaris. In tertia columna numeri annorum correſpondentium Cyclo Lunari, & in quarta numeri correſpondentes Cyclo Indictionis. Hoc poſito: ſcio, exempli gratia, anno 1712. eſſe Cyclum Solarem 13., Lunarem 3., Indictionis 5., volo indagare quinam ſit annus Periodi Victorini, & video in Laterculo Cyclo Solari 13. correſpondere in ſecunda columna 209., & Cyclo Lunari 3. in tertia columna correſpondere 364., quod additum ad 209. dat 573., qui numerus cum excedat Periodum Victorini, ſubtraho ab eo integram Periodum 532., & remanet 41., dico ergo eo anno eſſe Per. Victorini 41. Quòd ſi velis etiam cognoſcere Periodum Iulianam, diuide numerum reſultatum 573. per 15., & remanent fracta 3.,

quæ

A.P.I. quæ ſubtraho à Cyclo Indictionis eo anno curren-
532. te qui eſt 5. , & remanent 2. Vide Cyclo Indic-
1064. tionis 2. numerum ei correſpondentem in quarta co-
1596. lumna, eſt enim 5852. , huic adde ſummam prio-
2128. rem 573. , quæ ſimul vnita dant 6425. , & hic eſt
2660. annus P. I. currentis anno 1712. Quòd ſi numerus
3192. ſubtrahendus à Cyclo Indictionis currenti eſſet ma-
3724. ior ipſo Cyclo , huic adde 15. Cyclum integrum.
4256. V. g. demus numerum ſubtrahendum eſſe 10., & Cy-
4788. clum 5. huic addo 15., & dant 20., à quo ſubtraho 10.
5320. & remanent 10.
5852.
6384. Appono etiam hìc annos P. J. , in quibus terminat Pe-
6916. riodus Victorini, & ſunt iſti.
7448.
7980.

DE MODO INVENIENDI QVOLIBET ANNO, ET MENSE NOVILUNIA , ET PLENILVNIA ASTRONOMICA.

LECTIO XXXIIJ.

AD hæc Nouilunia , & Plenilunia dignoſcenda affero infrà poſitas tabulas à Mullero excerptas , in quarum prima ſunt Epactæ Aſtronomicæ pro annis millenis , & centenis . In ſecunda Epactæ annorum 100. expanſorum . In tertia Epactæ ſingulorum Menſium , tùm in anno communi , tùm in Biſſextili . Jn quarta ſunt Epactæ , à quibus ſubtrahi debent Epactę collectæ ſiuè in Nouilunijs, ſiuè in Plenilunijs . Dò exemplum: Volo ſcire anno Æræ Chriſti 33. in quam diem inciderit Plenilunium menſis primi Niſan , cum in eo ex noſtro computo fuerit Paſcha , & Chriſtus Crucifixus. Annus hic eſt P.J. 4746., efformo ergo computum hoc pacto.

Digitized by Google

Anno 4746. ſunt Epactæ

	D.	h.	m.	ſec.
4701.	22.	16.	53.	0.
45.	17.	23.	45.	7.
Martij	29.	11.	15.	57.
Reſultant	70.	3.	54.	4.
Num.ma.	89.	14.	12.	10.
Subtrahe	70.	3.	54.	4.
Nou.Mar.	19.	10.	18.	6.

Anno 4746. ſunt Epactæ

	D.	h.	m.	ſec.
4701.	22.	16.	53.	0.
45.	17.	23.	45.	7.
Aprilis	1.	9.	47.	50.
Reſultant	42.	2.	25.	57.
Num. maior.in Pl.	45.	7.	6.	5.
Subtrahe	42.	2.	25.	57.
Plenil.Aprilis die	3.	4.	40.	8.

Vides ergo anno P. I. 4746. Nouil. Niſan incidiſſe in diem Martij 19. h. 10. m. 13. ſec. 6.

Plenilunium verò in diem Aprilis 3. h. 4. m. 40. ſec. 8.

Die ergo 2. Aprilis in ſerò ſeù ad occaſum Solis Chriſtus Dominus celebrauit Phaſe cum Diſcipulis ſuis, & die 3. quæ erat 15. Niſan fuit Crucifixus; quod autem ipſa dies 3. fuerit Paraſceue, ſiuè f. 6. probatur, nam eo anno Lit. Dom. erat D., & diei 3. Aprilis eſt affixa Lit. B.. Die 5. Aprilis cui eſt affixa Lit. D. eo anno Dominicalis reſurexit à mortuis.

Aduertendum, quod ſi computum fiat in annis poſt correctionem Gregorianam addendi ſunt poſt ſubtractionem dies, qui per talem correctionem fuere ſublati. Do exemplum: Volo ſcire in quam diem incidat Plenilunium Niſan, ſiuè menſis Martij anno 1712., qui eſt Periodi Iuliani 6425., & efformo laterculum hoc pacto.

	Anni	Epactæ
Aſſumo à prima Tabula Epactas ſæculorum	6401.	d. 7. h. 21. m. 36. 50.
Et à ſecunda annorum 100. expanſorum	24.	d. 24. h. 22. m. 39. 33.
A tabula menſium anni biſſextilis Epactas Martij		d. 0. h. 22. m. 31. 53.
Iſtæ Epactæ dant in totum		d. 33. h. 18. m. 48. 16.

Hanc

Digitized by Google

Hanc ſummam ſubduco à numero immediatè maiori Pleniluniorum qui eſt ----	d. 45. h. 7. m. 6. 5. d. 33. h. 18. m. 48. 16.
Erit ergo Plenilunium Niſan Stylo Iuliano Martij --- ----	d. 11. h. 12. m. 17. 49.
Huic numero addo dies 11. ſubtractos per correctionem Gregorianam quare Sylo nouo erit Plenilunium Martij die ---------- ----	d. 11. d. 22. h. 12. m. 17. 49.
Ad cognoſcendum in quam diem incidat Nouilunium, datam ſummam 33. & cet. ſubtraho à numero immediatè maiori Nouil. qui eſt	d. 60. h. 1. m. 28. 7. d. 33. h. 18. m. 48. 16.
Erit ergo Nouilunium Stylo veteri Martij die -------	d. 26. h. 6. m. 39. 51.
Additis diebus 11. ablatis per correctionem dant dies 37., qui excedunt dies menſis, ideò ſubtraho dies 31. Martij, remanent 6., & dico die 6. Aprilis h. 6. m. 39. 51. fore Nouilunium Menſis ſecundi, ſiue Aprilis, ----	d. 11. d. 37. d. 31. d. 6. h. 6. m. 39. 51.
De factò Aſtronomi illud ſignant in nocte diei -----	d. 6. h. 6. m. 37.

Tabula Epactarum Aſtronomicarum ex Mullero iuxtà Ptolemæum.

A.P.I.	D.	H	M.	Sec.	Syzyg.	A.P.I.	D.	H.	M.	Sec.	Syzyg.
1.	20.	4.	50.	33.		4001.	23.	14.	6.	0.	49475.
101.	15.	20.	33.	50.	1237.	4101.	19.	5.	49	16.	50711.
201.	11.	12.	17.	6.	2474.	4201.	14.	23.	32.	33.	51948.
301.	7.	4.	0.	23.	3711.	4301.	10	13.	15.	50.	53185.
401.	2.	19.	44.	40.	4448.	4401.	6.	4.	59.	6.	54422.
501.	28.	0.	11.	0.	6185.	4501.	1.	20.	42.	23.	55659.
601.	23.	15.	54.	17.	7421.	4001.	27.	1.	9.	43.	56896.
701.	19.	7.	37.	33.	8658.	4701.	22.	16.	53.	0.	58133.
801.	14.	23.	20.	50.	9895.	4801.	18.	8.	36.	16.	59369.
901.	10.	16.	4.	7.	11132.	4901.	14.	0.	19.	33.	60606.
1001.	6.	6.	47.	23.	12369.	5001.	9.	16.	2.	50.	61843.
1101.	1.	22.	30.	40.	13606.	5101.	5.	7.	46.	6.	63080.
1201.	27.	2.	58.	0.	14843.	5201.	0.	23.	29.	23	64317.
1301.	22.	18.	41.	16.	16079.	5301.	26.	3.	56.	43.	65554.
1401.	18.	8.	24.	33.	17316.	5401.	21.	19.	40.	0.	66791.
1501.	14.	2.	7.	50.	18553.	5501.	17.	11.	23.	16.	68028.
1601.	9.	17.	51.	6.	19790.	5601.	13.	3.	6.	33.	69264.
1701.	5.	9.	34.	23.	21027.	5701.	8.	18.	49.	50.	70501.
1801.	1.	1.	17.	40.	22264.	5801.	4.	10.	33.	6.	71738.
1901.	26.	5.	45.	0	23500.	5901.	0.	2.	16	23.	72975.
2001.	21.	21.	28.	16.	24737.	6001.	25.	6.	43.	43	74212.
2101.	17.	13.	11.	33.	25974.	6101.	20.	22.	27.	0.	75449.
2201.	13.	4.	54.	50.	27211.	6201.	16.	14.	10.	16.	76086.
2301.	8.	20.	38.	6.	28448.	6301.	12.	5.	53.	33.	77923.
2401.	4.	12.	21.	23.	29685.	6401.	7.	21.	30.	50.	79959.
2501.	0.	4.	4.	40.	30922.	6501.	3.	13.	20.	6	80396.
2601.	25.	8.	32.	0.	32159.	6601.	28.	17.	47.	26.	81633.
2701.	21.	0.	15.	16.	33395.	6701.	24.	9.	30.	43.	82670.
2801.	16.	15.	58.	33.	34632.	6801.	20.	1.	14.	0.	81907.
2901.	12.	7.	41.	50.	35869.	6901.	15.	16.	57.	16.	85347.
3001.	7.	23.	25.	6.	37106.	7001.	11.	80.	40.	33.	86380.
3101.	3.	15.	8.	23.	38343.	7101.	7.	0.	23.	50	87617.
3201.	28.	19.	35.	43.	39580.	7201.	2.	26.	7.	6.	89054.
3301.	24.	11.	19.	0.	40816.	7301.	27.	20.	34.	26.	90291.
3401.	20.	3.	2.	16.	42053.	7401.	23.	12.	17.	43.	91528.
3501.	15.	18.	45.	33.	43290.	7501.	19.	4.	1.	0.	92765.
3601.	11.	10.	28.	50	44527.	7601.	14.	19.	44.	16.	94001.
3701.	7.	2.	12	6.	45764.	7701.	10.	11.	27.	33.	95238.
3801.	2.	17.	55.	23.	37001.	7801.	6.	3.	10.	50.	96475.
3901.	27.	22.	22.	43.	48238.	7901.	2.	18.	54.	6.	97712.

Tabula

Tabula Annorum 100. expanſorum cum ſuis Epactis, & Syzygijs, correſpondentibus.

A.P.I.	D.	H.	M.	S.	Syzyg.	A.P.I.	D.	H.	M.	S.	Syzyg.
1.	11.	15.	11.	20.	12.	27.	28.	7.	29.	30.	333.
2.	22.	6.	22.	40.	24.	28.	9.	9.	56.	47.	346.
3.	3.	8.	49.	57.	37.	29.	21.	1.	8.	7.	358.
4.	14.	0.	1.	17.	49.	30.	2.	3.	35.	24.	371.
5.	20.	15.	12.	37.	61.	31.	12.	18.	46.	44.	383.
6.	6.	17.	39.	53.	74.	32.	23.	9.	58.	4.	395.
7.	17.	8.	52.	13.	86.	33.	5.	12.	25.	21.	408.
8.	28.	0.	2.	33.	98.	34.	16.	3.	36.	4.	420.
9.	10.	2.	29.	50.	111.	35.	26.	18.	48.	0.	432.
10.	20.	17.	41.	10.	123.	36.	7.	21.	15.	17.	445.
11.	1.	20.	8.	28.	136.	37.	19.	12.	26.	37.	457.
12.	12.	11.	19.	47.	148.	38.	0.	14.	53.	54.	470.
13.	22.	2.	31.	7.	160.	39.	11.	6.	5.	14.	482.
14.	5.	4.	58.	23.	173.	40.	21.	21.	16.	34.	494.
15.	15.	20.	9.	44.	185.	41.	3.	23.	44.	51.	507.
16.	26.	11.	21.	3.	197.	42.	14.	14.	55.	11.	519.
17.	8.	13.	48.	20.	210.	43.	25.	6.	6.	30.	531.
18.	19.	4.	59.	40.	222.	44.	6.	8.	33.	47.	544.
19.	0.	7.	26.	57.	235.	45.	17.	23.	45.	7.	556.
20.	10.	22.	38.	17.	247.	46.	28.	14.	56.	27.	568.
21.	22.	13.	49.	37.	259.	47.	9.	17.	23.	44.	581.
22.	3.	16.	16.	53.	272.	48.	20.	8.	35.	4.	593.
23.	14.	7.	28.	13.	284.	49.	2.	11.	2.	21.	606.
24.	24.	22.	39.	33.	296.	50.	13.	2.	13.	41.	618.
25.	7.	1.	6.	50.	309.	51.	23.	17.	25.	0.	630.
26.	17.	16.	18.	10.	321.	52.	4.	19.	52.	17.	643.

Tabula Annorum 100. expanſorum cum ſuis Epactis, & Syzygijs correſpondentibus.

A.P.I.	D.	H.	M.	S.	Syzyg.	A.P.J.	D.	H.	M.	S.	Syzyg.
53.	16.	11.	3.	37.	655.	77.	11.	20.	59.	8.	952.
54.	27.	2.	42.	57.	667.	78.	22.	12.	10.	28.	964.
55.	8.	4.	42.	14.	680.	79.	3.	14.	37.	45.	977.
56.	18.	19.	53.	34.	692.	80.	14.	5.	49.	4.	989.
57.	1.	22.	20.	51.	705.	81.	25.	21.	0.	24.	1001.
58.	11.	13.	32.	71.	717.	82.	6.	23.	27.	41.	1014.
59.	22.	4.	43.	3.	729.	83.	17.	14.	39.	1.	1026.
60.	3.	7.	10.	48.	742.	84.	20.	5.	50.	21.	1038.
61.	33.	22.	22.	8.	754.	85.	10.	8.	17.	38.	1051.
62.	25.	13.	33.	28.	766.	86.	20.	23.	28.	58.	1063.
63.	6.	16.	0.	45.	779.	87.	2.	1.	56.	14.	1076.
64.	17.	7.	12.	5.	803.	88.	12.	17.	7.	34.	1088.
65.	28.	22.	23.	25.	813.	89.	24.	8.	18.	54.	1100.
66.	10.	0.	50.	42.	816.	90.	5.	10.	46.	10.	1113.
67.	20.	16.	2.	2.	828.	91.	16.	1.	57.	30.	1125.
68.	1.	18.	29.	13.	841.	92.	26.	17.	8.	50.	1137.
69.	13.	9.	40.	48.	853.	93	8.	19.	36.	7.	1150.
70.	24.	0.	51.	58.	865.	94.	19.	10.	47.	27.	1162.
71.	5.	3.	19.	15.	878.	95.	0.	13.	14.	44.	1175.
72.	15.	18.	30.	35.	890.	96.	11.	4.	26.	4.	1187.
73.	27.	9.	41.	55.	902.	97.	22.	19.	37.	24.	1199.
74.	8.	12.	9.	11.	915.	98.	2.	22.	4.	40.	1212.
75.	19.	3.	20.	31.	927.	99.	14.	13.	16.	8.	2224.
76.	0.	5.	45.	48.	945.	100.	25.	4.	27.	20.	1236.

Digitized by Google

TABULA EPACTARUM MENSIVM.

In anno communi.						Jn anno Biſſextili.					
Menſes	D.	H.	M.	S.	Syz.	Menſes	D.	H.	M.	S.	Syz.
Ianuar.	0.	0.	0.	0.	0.	Januar.	0.	0.	0.	0.	0.
Februar.	1.	11.	15.	57.	1.	Februar.	1.	11.	15.	57.	1.
Martius	29.	11.	15.	57.	2.	Martius	0.	22.	31.	53.	2.
Aprilis	1.	9.	47.	50.	3.	Aprilis	2.	9.	47.	50.	3.
Maius	1.	21.	3.	47.	4.	Maius	2.	21.	3.	47.	4.
Iunius	3.	18.	19.	43.	5.	Iunius	4.	8.	19.	43.	5.
Iulius	3.	19.	35.	40.	6.	Iulius	4.	19.	35.	40.	6.
Auguſt.	5.	6.	51.	37.	7.	Auguſt.	6.	6.	51.	37.	7.
Septemb.	6.	18.	7.	33.	8.	Septemb.	7.	18.	7.	33.	8.
October	7.	5.	23.	30.	9.	October	8.	15.	23.	30.	9.
Nouemb.	8.	16.	39.	27.	10.	Nouemb.	9.	16.	39.	27.	10.
Decemb.	9.	3.	5.	23.	11.	Decemb.	10.	3.	55.	23.	10.

Tempus à quo ſubtrahuntur Epactæ.

	D.	H.	M.	S.	Syz.		D.	H.	M.	S.	Syz.
Plenil.	15.	18.	22.	2.	1.	Nouil.	30.	12.	44.	3.	1.
Plenil.	45.	7.	6.	5.	2.	Nouil.	60.	1.	28.	7.	2.
Plenil.	74.	19.	50.	8.	3.	Nouil.	89.	14.	12.	10.	3.
Plenil.	104.	8	34.	12.	3.	Nouil.	119.	2.	56.	13.	3.

DE VARIIS TEMPORVM DIVISIONIBVS.

LECTIO XXXIV.

EGimus vſque modò de temporis menſuris, nunc dicendum eſt aliquid de varijs eiuſdem temporis diuiſionibus.

Prima temporis diuiſio eſt in tempus verum, & in Prolepticum; Tempus verum eſt illud, quod incæpit à Mundi Creatione; Tempus Prolepticum eſt tempus imaginarium, quod fictione Mathematica nobis effingimus fluxiſſe ante Mundum conditum, eo pacto, quo Mathematici fingunt etiam ſpatia imaginaria, & ſic dicimus annis 713. ante Mundum conditum fuiſſe annum primum P. I., & Cyclum Solis 1., Lunæ 1., Indictionis 1., quia, ſi eo anno fuiſſet conditus, habuiſſemus huiuſmodi Cyclos.

Varro aliam affert temporis diuiſionem, videlicèt in tempus incognitum, ſiue Adilon, fabuloſum, ſiue Mythicum, & hiſtoricum, ſiue Doricon.

Tempus incognitum ſtatuit à Mundi creatione ad diluuium Ogygis, non enim nouerat ipſe diluuium Noeticum, vt dicemus infrà.

Fabuloſum dicit tempus, quod fluxit à diluuio Ogygis ad primam Olympiadem, quia quidquid eo tempore accidit, fuit à Poetis multis fabulis inuolutum.

Hiſtoricum denique dicit tempus, quod à prima Olympiade ad nos fluxit.

SS. PP. tempus diuidunt in illud veteris teſtamenti, & noui, ità vt tempus veteris teſtamenti ſit totum id, quod fluxit à Mundi creatione ad Chriſti Natiuitatem, noui verò, quidquid continetur in libris Euangeliorum, Actuum Apoſtolorum, Epiſtolarum Canonicarum, & Apocalypſis.

Diuus Auguſtinus, Damaſcenus, & alij, tempus diuidunt in ſeptem ætates, ſumpta ſimilitudine ab ætatibus hominum, qui

qui primò ſunt infantes, deindè Pueri, poſtea Adoleſcentes, & ſic ſucceſſiuè. Hac ergo diuiſione vtemur etiam nos, ità vt vnaquæque ætas terminet ſemper ad aliquod ſingulare Dei beneficium humano generi collatum.

Prima Mundi ætas incæpit ab illius creatione anno P. J. 714. die 2. Aprilis, & terminauit ad finem diluuij, cùm Deus humanum genus liberauit ab aquarum ſubmerſione anno M. 1657. P. I. 2370. die 6. Maij, præcipiens Noe, vt egrederetur de Arca. — A. M. P. J. 714. — 1657. 2370.

Secunda Mundi ætas incæpit à fine diluuij anno P. I. 2370. ad promiſſionem Abrahę factam de eo faciendo in gentem magnam, vt habetur Gen. 12. præcepitque ei, vt egrederetur de Ur Chaldeorum anno P. J. 2796. — 426. 2796.

Tertia Mundi ętas incæpit ab anno P. J. 2796. cum Abraham egreſſus eſt de Vr Chaldæorum vſq; ad annum P. I. 3227. cùm Populus liberatus fuit ab Ægyptiaca captiuitate die 29. Martij. Hi autem anni 430. ſunt completi, & inchoauit annus 431. — 430. 2227.

Quarta ętas eſt ab egreſſu de Ægypto ad fundationem Templi Salomonici anno P. I. 3706. in menſe Zio, qui cæpit die 1. Aprilis: anni 480. incompleti, videlicèt anni 479., & menſe vnò. — 480. 3706.

Quinta ætas eſt à iactis fundamentis Templi vſq; ad liberationem Populi à captiuitate Babylonica factam per Cyrum anno P. I. 4177. — 471. 4177.

Sexta ætas eſt à ſolutione captiuitatis, vſque ad Chriſti Natiuitatem: ex quo patet à Mundi creatione ad Chriſti Natiuitatem fluxiſſe annos 3999. completos, & menſes 9., nam anni Mundi 4000. complendi erant anno P. I. 4714. die 2. Aprilis. — 536. 4713.

Denique ſeptima Mundi ætas incępit à Chriſti Natiuitate, & adhùc decurrit.

DE PRIMA MUNDI ÆTATE.

LECTIO XXXV.

PRimam Mundi ætatem ſtatuimus quidem à Mundi creatione vſq; ad diluuium, ſed valdè incertum eſt, & diſcordant Auctores in aſſignando anno, quo realitèr fuit conditus, vt vidimus ſuprà Lectione 20. Igitur, omiſſis alijs opinionibus, ſequor ſententiam Tirini, Bochij, Uſſerij, Blanchini, aliorumque, qui ſtatuunt Mundum conditum anno P. I. 714. annis 4000. ante Æram communem, cuius opinionis varia fundamenta aſſignant ijdem Auctores, hoc vnum ſufficiat, quòd in tanta diuerſarum opinionum multiplicitate tutior via eſt media, & cum huiuſmodi ſit illa, quæ dat Mundo annos 4000. ante Æram, ideò illam amplector.

Diſputatur autem, tùm à Chronologis, tùm à Diuinæ Scripturę Expoſitoribus qua anni tempeſtate fuerit conditus, alij enim volunt fuiſſe creatum in Æſtate, alij in Hyeme, quorum parùm probabilis eſt opinio. Alij in Autumno, alij in Vere, quorum fundamenta videri poſſunt in Toſtato, & Expoſitoribus, ego autem illorum opinionem ſequor, qui Vere Orbem creatum affirmant. Certum eſt autem ex Diuina Scriptura *Gen.* 1. fuiſſe creatum Cælum, & Terram die Dominica, ſiuè feria 1., & alijs quinque diebus omnia alia mixta, vt dicemus infrà, die autem Sabbathi, ſiue feria 7. requieuiſſe Deum ab omni opere, quod patrauerat.

Quæritur etiam, qua die menſis tùm Solaris, tùm Lunaris Mundum creare cæperit, & licèt videatur quæſtio omninò inutilis, cùm præcipuè nihil habeamus certi in Diuina Scriptura, & nullum ſit fundamentum certum aſſerendi in alterutram partem ob fallaces annorum menſuras, dicam tamen quod ſentio.

Et primò ſupponendum eſt dierum, & annorum menſuram deſumendam eſſe ab Aſtrorum, & præcipuè Solis, & Lunæ curſu, iuxtà id, quod dixit Deus *Gen.* 1. Fiant Luminaria in firma-

Digitized by Google

mamento Cæli, & diuidant diem, & noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos; omnium autem exactiſſima menſura, quam vſque in hunc diem nouerint homines eſt Gregoriana, quæ aſſerit annum Solarem, ſiuè Solem ſuum curſum perficere ſpatio dierum 365. h. 5. m. 49. 12., Lunam verò ſuum, ſpatio dierum 29. h. 12. m. 44. 3. 10. 50.

Supponendum ſecundò tanquam certum annum primum Æræ comm. inchoaſſe feria 1., ſiue die Dominica, quod nullus Chronologorum negat, ex quo ſequitur annum præcedentem terminaſſe in f. 7. ſiuè Sabbathum.

Cùm ergo, vt vidimus, Mundi Creationem Deus incæperit feria 1., ſequitur ab ea die ad diem primam Æræ communis interceſſiſſe hebdomadas præciſas, hoc autem habetur ſi dicamus creationem Cæli, & Terræ factam à Deo die 2. Aprilis anno P. I. 714., cùm enim interceſſerint anni 4000., qui in forma Gregoriana dant dies 1460970. hebdomadas autem 208710. exactas, ſi ab his ſubtraho dies 91., ſiuè hebdomadas 13., quę interceſſerunt à die prima Ianuarij ad primam Aprilis incluſiuè, & ad 2. Aprilis excluſiuè, remanent dies 1460879., hebdomadæ autem 208697. exactæ, ſiuè præciſę, ideſt ſine fractis.

Verùm ſi quis aſſerat: eo quidem anno Mundi creationem contigiſſe, ſed non ea die 2. Aprilis, tenebitur tamen aſſerere id incidiſſe in aliquam ex illis diebus, quibus eſt affixa Lit. A., quæ iuxtà Kalendarium Gregorianum infrà notandum erat eo anno Lit. Dominicalis. Quòd ſi quis velit alio anno creationem contigiſſe tenebitur ſemper aſſerere incidiſſe in feriam primam, & per conſequens dare hebdomadas exactas ſine fractis.

Dato ergo, quòd Deus Mundum creare cæperit die 2. Aprilis, dicendum eſt Solem creaſſe die 5. Aprilis f. 4., illumque collocaſſe in Gradu 15. Arietis.

Quoad annum Lunarem, cum habeamus ex Tabulis Aſtronomicis anno P. I. 714. Plenilunium Martij contigiſſe die 2. Aprilis, ſequitur die 5. eiuſdem menſis, cum Deus Lunam creauit, eam poſuiſſe in gradu 20. Scorpionis, ità vt non eſſet, neque in coniunctione, neque in oppoſitione cum Sole, ſed coniun-

genda foret cum eo die 17. eiuſdem menſis. Hæc in noſtra hypotheſi verificantur, quòd ſi quis alio anno ponat Mundi creationem, tenebitur etiam cætera omnia mutare, ſaluo tamen, quod à die prima Mundi ad vltimam ante Æram compræterierint hebdomadæ exactæ ſine vllo fracto.

DE OPERE SEX DIERVM, SIVE DE MVNDI CREATIONE.

LECTIO XXXVI.

UT aliquid dicamus de Mundi creatione, aduertendum eſt primò aliquos voluiſſe Mundum à Deo fuiſſe creatum vnico inſtanti in tota ſua perfectione, quòd tamen repugnat Diuinæ Scripturæ, de quo vide Expoſitores. Nos ergo dicimus f. 1. die 2. Aprilis Deum creaſſe Cælum, & Terram, vt habetur *Gen.* 1.; per Cælum autem intellige cum Beda, Alcuino, & alijs apud Pererium, & Salianum, Cælum Empyrꝭum Sedem Beatorum, nec improbabilis eſt illorum opinio, qui aſſerunt eodem tempore creauiſſe etiam Angelos.

Cælum Empyræum cum Leſſio in opuſculis, ſolidum eſſe aſſero quoad ſuperficiem concauam, & conuexam, fluidum verò quoad illius ſoliditatem, ſeu craſſitiem.

Nomine Terræ venire aſſero Orbem elementarem, ſiue totum id, quod eſt à centro ad ſuperficiem concauam Empyræi: Si enim Pererius, & Salianus volunt nomine Terræ venire non tantùm Terram, ſed etiam aquam, cur nobis non licebit dicere venire etiam Aerem? Igitur erat tunc circa centrum huius Orbis Terra, circa Terram Aqua, circa Aquam Aer, qui occupabat totum illud ſpatium, quod interiacet inter ſuperficiem conuexam Aquæ, & ſuperficiem concauam Empyræi. Creauit etiam eâdem die lucem, quid autem eſſet lux illa, diſputant Expoſitores, quos vide.

Feria ſecunda die 3. Aprilis creauit Deus firmamentum in medio Aquarum, vt diuideret Aquas ab Aquis, *Gen.* 1. pro quo dico

dico nomine firmamenti venire ſubſtantiam quandam ſolidam; nomine verò Aquarum non venire Aquas formalitèr, ſeù vniuocè, ſed analogicè, idèſt entitatem illam fluidam, & perſpicuam, quam nos Aerem dicimus; ad quid enim ponere Aquas ſuper firmamentum, quæ ibi ſemper eſſent in ſtatù violento? Quòd veræ Aquæ non ſint ſuper firmamentum aſſerunt D. Bonauentura, Pererius, Toſtatus, Gaudentius à Brixia, cum alijs, & ſicut ex Aqua condenſata factum fuiſſe firmamentum aſſeruit Salianus, eodem modo nos dicimus factum fuiſſe ex Aere condenſato, eiuſdemque rationis, ſeù naturę eſſe corpus, quod eſt ſuprà firmamentum, ac illud, quod eſt infrà.

Cùm autem Diuina Scriptura firmamento dederit nomen Cæli, quod prius dederat Empyræo, & poſtea in eodem capite Aeri, cum ait: Volucres Cæli; hinc ſequitur bene poſſe dici primum Cælum eſſe Aerem; Secundum Firmamentum; Tertium Empyręum, ad quod elatus fuit D. Paulus, cum ait: raptum fuiſſe vſque ad tertium Cælum, vbi audiuit arcana verba.

Feria 3. die 4. Aprilis dixit Deus congregentur Aquæ in locum vnum, & appareat arida, quod cum Saliano dicimus factum eſſe hoc pacto: Terram, quæ erat mathematicè ſphęrica, ſeù rotunda alibi eleuauit in montes, alibi depreſſit in profunditates, quò fluxerunt Aquæ, illaſque Aquarum congregationes vocauit Maria, ideòque volunt aliqui tantam eſſe Maris profunditatem, quanta eſt montium, altitudo, quatuor videlicèt milliarium, quod tamen Ricciolio non placet. Verùm, quidquid ſit de profunditate Maris relatiuè ad montium altitudinem, probabile eſt hoc pacto apparuiſſe aridam, ſiue Terram, quę eâdem die à Deo accepit virtutem germinandi herbas, flores, & fructus, nec non omnia foſſilia, quę in ea generantur.

Feria 4. die 5. Aprilis creauit Deus Luminaria, videlicèt Planetas, & Stellas fixas. Quoad Planetas licèt aſſererent veteres Auctores ſingulos eſſe ſuo Cęlo affixos, Moderni tamen communiter aſſerunt non dari huiuſmodi Cælos ſolidos, ſed totum illud ſpatium, quod eſt à firmamento ad ſuperficiem conue-

xam

xam Aeris eſſe fluidum, illudque Ætherem vocant; alij tamen inter Ætherem, & Aerem ignis ſphæram collocant; nos verò dicimus nullo modo dari ſphæram ignis, cum hoc non ſit elementum, neque ſubſtantia, ſed accidens, exceſſus videlicèt caloris. Aerem verò ab Æthere non differre, niſi accidentalitèr, eò quòd in prima, ſiue infima Aeris regione ſiſtant vapores, & exhalationes craſſę; in ſecunda vapores, & exhalationes frigidæ; in tertia vapores, & exhalationes calidæ, ideòque tres iſtę regiones vocantur etiam Atmoſphęra Terrę.

Prima regio extenditur ad duo milliaria, vel, vt volunt alij, ad duo milliaria ſub zona torrida, ad 500. paſſus ſub temperata, & multò minus ſub frigida, ita vt conficiat figuram oualem, & ratio eſt: quia hæc regio tantum extenditur, quantum protenduntur radij Solis reflexi, hi autem magis protenduntur ſub zona torrida, quam ſub frigida, ergo &c.

Secunda ſeu media Aeris regio extenditur ad quatuor milliaria, quantum videlicèt, eleuantur montes ſuper terræ planitiem.

Tertia denique Aeris regio extenditur ad 52. milliaria ſuper terram. Corpus autem illud, quod eſt ſuper tertiam Aeris regionem, alij dicunt ſphæram ignis, alij Ætherem, nos dicimus eſſe Aerem, ſed depuratum, vt plurimum, à terræ vaporibus, & exhalationibus, quod probatur: quia vbi ſunt eadem accidentia, ibi debet eſſe eadem ſubſtantia, ſed in Æthere eſt fluiditas, perſpicuitas, & alia accidentia, quæ ſunt in Aere, ergo dicendum eſt eſſe Aerem.

Dices Aer eſt corpus corruptibile, Æther verò incorruptibile, ergo ſunt diuerſę ſubſtantiæ. Reſpondeo primò, multos eſſe Auctores, qui coruptibilitatem Cęlis, ſiue Ætheri tribuunt, inter quos Reita, Semeri, & alij, ergo nos idem poſſumus aſſerere; quòd ſi quis velit eſſe incorruptibile, dicemus cũ Cabeo Aerem etiam, aliaque elementa eſſe incoruptibilia, nã hic Auctor *l.* 4. *tex.* 1. *f.* 5. *c.* 1. aſſerit elementa non tranſmutari ad inuicẽ, & per conſequens Aerem ſemper remanere Aerem, Terram remanere Terram, Aquam remanere Aquam, ſiuè ſint in mixtis, ſiuè extrà illa; corruptionem verò competere ſolis mixtis. Si ergo corpus illud, quod occupat ſpatium vſque ad

ſuper-

ſuperficiem concauam firmamenti eſt Aer, ſequitur etiam debere dici Aerem corpus illud, quod eſt ſuprà firmamentum vſque ad Empyrçum, nam Diuina Scriptura vtrique tribuit idem nomen, cum ait: diuiſitque Aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his, quæ erant ſuper firmamentum, vbi nomine Aquæ diximus venire non Aquas vniuocè, ſed analogicè, videlicèt corpus perſpicuum, & fluidum veluti Aqua, cuiuſmodi eſt Aer.

In hoc ergo Æthere collocauit Deus Planetas ſeptem, videlicet Lunam, Mercurium, Venerem, Solem, Martem, Iouem, cum quatuor minoribus Stellis, quæ Iouis Satellites dicuntur, & Saturnum cum duobus Satellitibus, ita vt Luna ſit magis terræ propinqua, Saturnus magis diſtans, çteri verò occupent, iuxtà Ptolemæum, locum eo ordine, quo illos enumerauimus, ſed iuxtà Tychonem, & alios diuerſum.

Præter Planetas creauit etiam ſtellas fixas, quas omnes ferè aſſerunt eſſe firmamento affixas; Ego tamen dico non eſſe improbabilem illorum ſententiam, qui volunt has etiam eſſe à firmamento ſeparatas, & eodem modo moueri ſicut Planetæ; quòd probatur, nam Cynoſura tempore Hyparchi diſtabat à Polo Gradibus 12. m. 24., tempore Clauij diſtabat Gr. 3. m. 30., nunc verò diſtat Gr. 2. m. 29. 28. vt docet Caſſinus relatus à Maluaſia *in ſua Ephemeride fol.* 185.

Rurſus Aſtronomi obſeruarunt ſingula ſigna Zodiaci receſſiſſe à proprio loco per Gr. 30., & ideò conſtellationen. Arietis eſſe in eo loco, & in ea diſtantia ab Æquatore, in qua erat conſtellatio Tauri, cōſtellationem verò piſcium occupaſſe locum Arietis, & ſic de alijs. Denique Stella, quæ anno 1572. de nouo apparuit in Caſiopæa, altera, quæ anno 1596. in Ariete, quæ anno 1600. in Cygno, quæ anno 1604. in Serpentario, & quæ anno 1638. in Cçto probabile eſt non fuiſſe de nouo creatas, ſed fuiſſe in Periggo dum apparebant, & in Apoggo dum abſcondebantur, vel ideò viſas, quia multæ ſimul coniungebantur, ſed hoc totum fieri non poſſet, ſi eſſent firmamento affixæ, quia eundem ſemper locum tenerent, ergo dicendum eſt eſſe ab eo ſeparatas, quod tamen cognoſci facilitèr

tèr non poteſt ob maximam earum diſtantiam à terra ; aſſerunt enim Aſtronomi diametrum terræ eſſe leucarum horariarum 2000. Lunam verò diſtare à terra 59. ſemidiametris terræ, videlicèt leucis horarijs 59000., Mercurium ſemid. 764., Venerem ſemid. 1438., Solem ſemid. 2000., Martem ſemid. 3047., Iouem ſemid. 10799. Saturnum ſemid. 20000., leucis videlicèt horarijs 20000000.. Denique Stellas fixas diſtare à centro terræ ſemid. eiuſdem terræ 20000000., ideſt leucarum hòrariarum viginti millia millionibus; Cùm ergo tanta ſit à nobis diſtantia, quid mirum ſi non bene percipimus an ſint Cęlo, ſiuè firmamento affixæ.

Verùm dices: Stellę fixæ ſeruant ſemper eandem diſtantiam inter ſe, quod fieri non poſſet niſi eſſent firmamento affixæ. Reſpondeo id non eſſe mirandum, quia habent ęqualem motum, per conſequens ſemper æqualiter diſtant, ideò enim quando Sol eſt Lunę coniunctus poſt dies 14. illi opponitur; quia motus horum Planetarum eſt inæqualis; idem dic de alijs Planetis.

Hinc deduco ſydera, & Planetas non moueri duplici motu, vt aſſerebant veteres, altero violento motu primi mobilis ab ortu in occaſum ſpatio vnius diei, altero proprio ab occaſu in ortum, quod Sol perficiat ſpatio vnius anni, Luna vnius menſis, & ſic de alijs; ſed dico moueri vnico motu proprio ab ortu ad occaſum, non circularitèr, ſed ſpiralitèr, ita vt Sol v. g. completo motu ſuo diurno, non ſit in eodem loco vndè receſſerat, ſed aliquantum recedat ab vno polo, & accedat ad alium, ſic à die 21. Iunij vſque ad 21. Decembris recedit à polo arctico, & accedit ad antarcticum, & à die 21. Decembris ad 21. Iunij magis accedit ad arcticum, & recedit ab antarctico, ita vt reperiatur in linea Æquinoctiali circa dies 21. Martij, & 21. Septembris; hoc pacto, ſpatio vnius anni, ſiue dierum 365. h. 5. m. 49. 12. reperitur in eodem loco, vbi erat prius. Sicut ergo aſſerebant veteres Solem ſingulis diebus conficere Gradus 360. ab ortu in occaſum motu primi mobilis, & motu proprio ab occaſu in ortum conficere ſingulis diebus ſecunda 51. 40. 20. 40., ità nos dicimus ſpatio horarum

24.

24. conficere Gradus 359. m. 59. 8. 19. 39. 20., ità vt ad complendos Gradus 360. deficiant ſecunda 51. 40. 20. 40., quæ ſpatio dierum 365. h. 5. m. 49. 12. dant Gradus 360., & hoc pacto Sol, euoluto anno, redit ad eundem locum. Idem dic de Luna pro ſuo curſu menſtruo, & de alijs Planetis reſpectiuè; Stellę autem fixę ſpatio horarum 24. conficiunt Gr. 360., ideò ſemper apparent in eodem loco, & ſi mutant locum, vt diximus, eſt mutatio inſenſibilis, quæ non perficitur niſi ſpatio multorum annorum.

Concludo ergo cum D. Auguſtino fieri poſſe, vt Cælo immobiliter ſtante, ſydera omnia diuerſos inter ſe, & aduerſos curſus, quos in ipſis ſpectamus, perficiant. Idem ſentire videtur D. Chriſoſtomus in Epiſtolam ad Hebręos, Lactantius, & alij. Denique cum Clauio aſſero Aſtronomorum experientijs fidem habendam eſſe, donèc in contrarium aliud quid afferatur, quo demonſtretur vera non eſſe, quę de Stellarum motu diximus.

Feria 5. die 6. Aprilis creauit Deus aquatilia, & Volatilia.

Feria 6. die 7. Aprilis creauit quadrupedia, & ſerpentia, ac denique eâdem die hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. *Gen.* 1.

Feria 7. die 8. Aprilis requieuit Deus ab omni opere, quod patrauerat, & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quod Cornelius explicat hoc pacto. Actu feſtum inſtituit, çolique voluit ab Adamo, eiuſque Poſteris ſacro otio, & cultu Dei, maximè recolendo beneficium creationis illo die completę, ideòque fuit hoc præceptum Sabbathi Diuinum, non naturale, ſed poſitiuum, vnde à Chriſto, & Apoſtolis feſtum à Sabbatho tranſlatum eſt ad Dominicam, ideſt à die ſeptima ad primam creationis, & quia tempore Ægyptiacę ſeruitutis ab hominum memoria exciderat, ideò Deus pręcepit Moyſi, vt illud renouaret, quod factum eſt cum pluit manna per ſex continuos dies, non autem die Sabbathi, vt habetur *Exod.* 16. 23. Ex quo deducitur, quòd licèt Romani anni dies partiti fuerint in octo, & Gręci in decem, apud Hebręos tamèn continuaſſe ſemper diuiſionem ſeptenariam, quamuis in Ægypto diē Sabbathi non colerent, & ideò bene affirmamus à die prima

creationis incluſiuè vſque ad primam Æræ communis excluſiuè intercesſiſſe hebdomadas exactas abſque fractis, cum annus primus incæperit feria prima, & vltimus terminauerit feria ſeptima, vt diximus ſuprà.

DE SECVNDA MVNDI ÆTATE, ET DILUVIO.

LECTIO XXXVII.

Licèt incertus ſit annus, quo venit diluuium, cum ex Diuina Scriptura ſolùm habeamus incidiſſe in annum 600. vitæ Noè *Gen. cap.* 7. 6. nihilominus Auctores, qui ſequuntur vulgatam editionem, illud ſtatuunt in annum *1656.*, P. I. *2369.*, quam opinionem ego ſequor.

Diſputatur etiam, an contigerit in Vere, vel in Autumno, quarè dicendum eſt, quòd, qui aſſerunt Mundum fuiſſe creatum in Autumno, tenentur etiam aſſerere eâdem tempeſtate veniſſe diluuium, nam Scriptura ait: menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis cæpiſſe pluere aquas, qui verò creationem ponunt in Vere, eodem quoque tempore diluuium contigiſſe aſſerunt, quarè horum ſententiam ſequor. Quò ad diem, qua cæpit, certum eſt fuiſſe 17. menſis ſecundi, ſed licèt probabile ſit menſes fuiſſe Lunares, dubitatur tamen, an menſium Neomeniam auſpicarentur à die illa, in quam incidit Nouilunium verum, vel medium, aut à prima Phaſi, cum ergo ſit opinandi libertas, ego ſupponam Neomeniam fuiſſe auſpicatos Hebręos omnes à prima Phaſi: hoc poſito, cum anno P. I. *2369.* pluuia diluuij incęperit die 17. menſis ſecundi, dicendum eſt incidiſſe in diem 5. Maij, & ratio eſt quia Nouilunium menſis ſecundi fuit Aprilis die 17. h. 11. m. 48. *56.*; prima Phaſis die 18. 21.; ergo ad occaſum Solis diei huius incæpit menſis ſecundus, & 5. Maij fuit dięs 17. menſis ſecundi, anno verò ſequenti dies 27. menſis ſecundi incidit in 5. Maij, quarè ſtetit Noè in Arca per annum integrum, licèt enim ingreſſus ſit in Arcam die 10. menſis ſecundi,

cundi, tamen credibile eſt non ſtetiſſe ibi permanenter, niſi à die 17., qua cępit pluuia.

Aduertendum eſt Græcos habuiſſe huius diluuij cognitionem valdè obſcuram, quarè in ſuis faſtis duo commemorant diluuia, vnum Ogygis anno Æræ Argiuæ 51., P. I. 2922.; alterum Deucalionis circa annum P. I. 3139.; verùm, vt optimè aduertit Blanchinus in ſua hiſtoria vniuerſali: Primò certum eſt vnum tantùm fuiſſe diluuium vniuerſale: Secundò diluuia Ogygis, & Deucalionis eſſe potius relationes primi diluuij ab illis comparatas ab Hebræis, quam diluuia diſtincta. Tertiò diluuium Deucalionis fortè eſſe immerſionem Ægyptiorum in mare rubrum; ſed, quidquid ſit, ſi fuerunt diluuia diſtincta, non fuerunt tamen vniuerſalia.

KALENDARIUM.

Pro anno Mundi 1656., P.I. 2369., Cyclo Lunari 13., Solari Iul. 17., Greg. 56., Lit. Dom. Jul. G. A., Gregoriana C. B., iuxtà computum Judaicum A.

C. 21.	Martij	Neomen. menſis primi	
D. 19.	Aprilis	Neom. menſis ſecundi	
F. 28.	Aprilis	10. menſis ſecundi	Ingreſſus eſt Noè in Arcã *Gen. cap.* 7.
F. 5.	Maij	17. menſis ſecundi	Aquę diluuij inundauerũt ſuper Terram. *Gen.* 7. 11.
E. 18.	Maij	Neom. menſis tertij.	
C. 13.	Iunij	27. menſis tertij	Pluuia continuauit vſque ad hanc diem incluſiuè.
D. 14.	Iunij	28. menſis tertij	Ceſſauit pluuia. *Gen.* 7. 17.
D. 13.	Sept.	Neom. menſis ſeptimi	
A. 1.	Octobr.	19. menſis ſeptimi	Dies 150. ab inchoato diluuio, & cæperunt minui aquæ. *Gen.* 8. 3.
B. 9.	Octobr.	27. menſis ſeptimi	Requieuit Arca ſuper mõtes Armeniæ. *Gen.* 8. 3.
B. 11.	Decemb.	Neom. menſis 10.	Apparuerunt cacumina montium. *Gen.* 8. 5.

P 2 Pro

Pro anno Mundi 1657., P. I. 2370., Litera Dominicali Juliana F., Gregoriana A.

B. 9.	Ianuarij	Neom. menſis vndecimi	
F. 20.	Ianuarij	12. menſis vndecimi	Noè, aperta feneſtra, emiſit Coruũ *Gen.* 8. 6.
D. 8.	Februarij	Neom. menſis duodecimi	
F. 17.	Februarij	10. menſis duodecimi	Emiſit Columbam, quę reuerſa eſt in Arcam. *Gen.* 8.
F. 24.	Februarij	17. menſis duodecimi	Rurſus emiſit Columbã, quæ reuerſa eſt ad eum portans ramum oliuæ. *Gen.* 8. 11.
F. 3.	Martij	24. menſis duodecimi	Emiſit Columbam, quę non eſt reuerſa in Arcam. *Gen.* 8. 13.
F. 10.	Martij	Neom. menſis primi	Anni 601. vitę Noè, Imminutę sũt aquę ſuper terrã. *Gen.* 8. 13.
A. 9.	Aprilis	Neom. menſis ſecundi	
F. 5.	Maij	27. menſis ſecundi	Dixit Deus ad Noè: Egredere de Arca tu, & Uxor tua &c. *Gen.* 16.

Igitur à prima die pluuię ad egreſſum Noè ex Arca præteriere dies 365., vel 366. incluſis terminis. Quòd ſi dies menſis enumerentur à Nouilunio Aſtronomico, pluuia incępit die 3. Maij, & eâdem die anno ſequenti egreſſus eſt Noè de Arca.

Aduertendum hìc Spondanum velle dies 27. ſeptimi menſis, qua requieuit Arca ſuper montes Armenię, fuiſſe menſem ſeptimum ab inchoato diluuio, & 25. Nouembris, nos autem dicimus fuiſſe menſem ſeptimum anni.

Jn ſuprà poſito Kalendario dies omnes ſignaui propria litera, vt facilius cognoſcatur, in quam feriam inciderit, tùm Stylo Juliano, tùm Gregoriano.

DE

Digitized by Google

DE ABRAHAM, ET TERTIA MVNDI ÆTATE.

LECTIO XXXVIIJ.

NAtiuitas Abrahæ eſt valdè incerta, cum alij velint illum natum anno 70. vitæ Tharæ, alij verò anno 130., ratio dubitandi, eſt quia *Gen.* 11. habetur: Vixit Thare 70. annis, & genuit Abraham, Nachor, & Aram, ergo eo anno Abraham natus eſt, ſed reſpondent alij per illa verba intelligendum eſſe, quod anno 70. Thare cępit generare filios, & Abraham ponitur primo loco, non ordine ætatis, ſed dignitatis, quæ reſponſio confirmatur, quia ibidem dicitur Thare mortuum eſſe in Haram ętatis annorum 205. cum Abraham eſſet annorum 75., quando egreſſus eſt de Haram, vt habetur *Gen.* 12., ſi ergo ab annis 205. ſubtrahas 75. remanent 130., quo anno vitæ Thare neceſſe eſt natum eſſe Abraham, quarè hoc anno illum natum ſtatuimus anno P. I. 2722., Mundi 2009., à diluuio 352.

Alia quoque eſt ratio dubitandi circa tertiam Mundi ętatem, quæ initium ſumit ab Abrahamo, videlicèt à quonam anno vitę ipſius ſint inchoandi anni 430., vel 400. peregrinationis, de quibus loquitur Diuina Scriptura. Alij enim volunt enumerandos eſſe ab anno 75. vitę Abrahæ, quo anno egreſſus eſt de Haram, vt habetur *Gen.* 12.: Alij ab anno 85., cum Dominus illi promiſit ſemen, & ſe illi daturum terram Chanaam in poſſeſſionem, vt habetur *Gen.* 15. Alij ab anno 86., cum natus eſt ei Iſmael, vt habetur *Gen.* 16. Alij ab anno 99. cum Deus dedit ei pręceptum Circumciſionis *Gen.* 17. Alij ab anno 105., cum Iſmael perſequebatur Iſaac, ideoque Abraham eiecit Jſmaelem è domo ſua, vt habetur *Gen.* 21. Alij denique ab anno 125. cum Abraham voluit filium immolare *Gen.* 22.

Nos igitur dicimus annos 430. peregrinationis, de quibus *Exod.* 12.40., & *Gal.* 3.17. inchoandos eſſe ab anno 75. vitę Abrahæ, ex tunc enim cępit eſſe peregrinus ſuper terram, erat

autem

autem annus P. I. 2796., Mundi 2083., à Diluuio 426., ante Æram communem 1918. Quo verò ad annos 400., de quibus *Gen.* 15. 13., *Iudith* 5. 9., *Actorum* 7. 6., dicendum eſt ibi ſcripturam ponere annos in numero rotundo, vel dic annos 400. computandos eſſe à perſecutione, quam intentauit Iſmael contrà Jſaac anno Abrahę 105., à quibus ſi demas annos 30. remanent 75. ætatis Abrahæ. Ità graues Auctores *in Claui Dauid f.* 92.

DE EXODO, ET QVARTA MUNDI ÆTATE.

LECTIO XXXIX.

EXitus Jſraelitarum de Ægypto eſt Epocha omnium celeberrima apud Hebręos, verùm illam ſtatuere eſt valde difficile, Auctores enim diuerſimodè loquuntur, nobis autem placet hanc Æram ſtatuere cum Marshamo in annum P. I. 3227., Mundi 2514., à diluuio 857., completis annis 430. peregrinationis, Cyclo Solari Iul. 7. Greg. 114., Cyclo Lunari 16., Jndictionis 2., Lit. Dom. Iul. F., Gregoriana A. quarè hic afferā Kalendarium pro hoc anno, ſignatis diebus, quibus aliquid memorabile contigit, vt habetur *Exodi cap.* 12., & 16.

Hinc deducitur primum Phaſe celebratum fuiſſe in terra Ægypti die 28. Martij f. 3., & eos tranſiſſe mare rubrum die 1. Aprilis f. 7., Manna cępiſſe pluere die 30. Aprilis f. 1., Sabbathum primum, quod celebratum fuit à Populo Hebręo incidiſſe in diē 6. Maij f. 7., & Pentecoſtem in diem 18. Maij f. 5.

Cùm autèm Moyſes mortuus ſit anno 40. ab exitu, P. I. 3267., die 7. menſis Adar, quæ incidit in diem 28. Februarij, cuius Neomenia fuit die 22., ſequitur Populum non potuiſſe eodem anno ante Paſcha tranſire Iordanem, vt vult Cornelius à Lapide, ſed id contigiſſe anno ſequenti, P. I. 3268.

KA-

KALENDARIVM.

Pro anno P.J. 3227., Mundi 2514., Cyclo Solari Iul. 7., Greg. 114., Cyclo Lunari 16., Lit.Dom.Iul.F., Greg. A., Æræ Iudaicæ 2275., Cyclo 119., & annis 14.

D. 15.	Martij	Neom. menſis primi	
F. 24.	Martij	10. menſis primi	Hebræi agnos immolandos præparant *Exod.* 12. 3.
C. 28.	Martij	14. menſis primi	Jn ſerò Populus immolauit Agnos, & in noctis medio percuſſit Dñus omne primogenitum Ægypt. *Ex.* 12. 29.
D. 29.	Martij	15. menſis primi	Populus in manè egreſſus eſt de Ægypto *Exod.* 12. 37.
E. 30.	Martij	16. menſis primi	Dies 2. Azimorũ, à qua incluſ. enumerãtur dies 50. ad Pẽt.
G. 1.	Aprilis	18. menſis primi	Populus trãſit per mare rubrũ, & Ægyptij mergũtur 12. 28.
F. 14.	Aprilis	Neom. menſis ſecundi	
F. 28.	Aprilis	15. menſis ſecundi	Venerũt in deſertũ Sin, & murmurauerũt contra Dñũ 16. 1.
G. 29.	Aprilis	16. menſis ſecundi	In veſperè cothurnices operuerunt caſtra *Exod.* 16. 13.
A. 30.	Aprilis	17. menſis ſecundi	Manè pluit manna, quod continuauit per ãnos 40. vſq; ad tranſitũ Iordanis *Ex.* 16. 15.
F. 5.	Maij	22. menſis ſecundi	Feria. 6. collegerunt ſinguli manna pro die Sabbathi.
G. 6.	Maij	23. menſis ſecundi	Sabbathum primum, quod celebrauit Populus *Ex.* 16. 30.
G. 13.	Maij	Neom. menſis tertij	Perexit Populus ad Montem Sinai *Exod.* 19. 1.
E. 18.	Maij	6. menſis tertij	Dies Pentecoſtes, qua ſecũdò data eſt Lex à Deo *Ex.* 19.

DE

DE FVNDATIONE TEMPLI SALOMONIS, ET QVINTA MUNDI ÆTATE.

LECTIO XL.

HAbemus quidem ex libro 3. Regum cap. 6. Salomonem iecisſe Templi fundamenta anno 480. ab exitu Jſraelitarum, & quarto Regni ſui, ſed cum alibi etiam habeatur fluxiſſe annos 580., vt probat Ricciol. *l. 6. c. 8. ſuæ Chronologiæ*: hinc oritur occaſio dubitandi; Nos igitur ſequentes opinionem communiorem cum Marshamo dicimus fluxiſſe annos 480., ideò quartam Mundi ætatem terminaſſe anno P. I. *3706.* annis 1008. ante Æram communem, in quo annis tantum 4. diſcrepamus à Ricciolio, qui fundationem Templi ponit annis 1012. antè Æram. Anno igitur P. I. *3706.*, Mundi *2993.*, A Diluuio *1336.*, Ab Exodo 480. terminat quarta Mundi ętas, & incipit quinta.

Æquè incertum eſt quanto tempore perſtiterit hoc Templum, pro quo reſpondeo probabile eſſe ſtetiſſe annis 401. completis, ità vt cum fundamenta iacta fuerint anno P. I. *3706.* Menſe Zio, ſiue ſecundo, cuius Neomenia incidit in diem 2. Maij, & incenſus fuerit à Nabuzardam Duce Regis Nabucdonoſor anno P. I. 4107. menſe 5., verificatur ſtetiſſe annis 401., & menſibus tribus. Quòd autèm incenſum fuerit hoc anno, probatur, nam incenſus fuit anno 11. Sedeciæ, & 19. Nabucdonoſor, vt habetur *ex 4. Regum cap.* 25., qui annus coincidit cum anno 141. Nabonaſarri, ſed hic annus coincidit cum anno P. I. 4107. ex regulis ſuprà allatis, ergo hoc anno fuit incenſum Templum, & cum dixerimus ſtetiſſe annis 401. ſequitur fundatum anno P. I. *3706.* Rurſus ſi ab hoc anno demas annos 480. incompletos, remanet annus P. I. 3227. Exodi.

Dubitatur etiam à quo anno ſint inchoandi anni 70. captiuitatis Babylonicæ, pro quo ſciendum eſt tres fuiſſe Iudęorum captiuitates, quarum.

Prima fuit illa, qua Teglath Phalaſar Rex Aſſyriorum tranſtulit

Hæ-

Digitized by Google

Hebræos de Galaat Galileæ in Aſſyriam, vt habetur *l.* 4. *Regum c.* 15. *& l.* 1. *Paralip. c.* 5. hæc autem captiuitas contigit anno 17. Regni Phaceæ in Iſrael. Anno 16. Regis Ioatham, & anno 1. Achaz ipſius filij in Iuda. Anno Templi 260., P. I. 3966., A Roma condita anno 6.

Secunda captiuitas fuit, cum Salmanaſar Rex Aſſyriorum, deſtructa Samaria, Populum Samaritanum tranſtulit in Aſſyriam, in qua captiuitate Tobias Senior cum Tobia filio abductus eſt, & deſtructum fuit Regnum Samariæ, ſiuè Iſraelis, quod ſteterat annis 236., contigit autem anno 9. Oſeæ Regis Iſrael, & anno 6. Æzechiæ Regis Iuda, vt habetur *l.* 4. *Regum cap.* 18. *an.* P. I. 3978., à Roma condita an. 18., ab alia captiuitate annis 13.

Tertia captiuitas fuit illa, qua Nabucdonoſor Iunior filius Nabucdonoſori Senioris tranſtulit Hebræos ex Regno Iudeę in Babylonicam regionem, quod tribus vicibus factum eſt.

Prima enim expeditio contigit anno 8. Ioacim Regis Iuda, vt habetur *l.* 4. *Regum c.* 24., *&* 2. *Paralip. c.* 36. anno P. I. 4093., in qua expeditione abductus eſt Daniel cum Socijs eius. Secunda expeditio contigit anno 11. Ioacim, cùm enim hic tributum Regi Nabucd. ſoluere negaſſet, Nabucd. cum exercitu adueniens, occiſo Ioacim, in eius locum conſtituit Ioacim filium eius, qui etiam dictus eſt Iechonias, quem tamèn poſt tres menſes regno priuauit in eius locum conſtituens Patruum ipſius Mattathiam, qui etiam dictus eſt Sedecias, de quibus Regibus vide 4. *Regum*, *&* 2. *Paralip. cap.* 36. In hac ſecunda expeditione abducti fuerunt Ezechiel Propheta, & Mardochæus, contigit autem anno Templi 390., & de hoc anno loquitur Ezechiel *cap.* 4. *v.* 5.; fuerunt enim eo anno tres Reges Iuda, videlicet Ioacim occiſus, Ioacim captiuus, & Sedecias expilati Regni Adminiſtrator, incidit hic annus in annum P. I. 4096., à Roma condita 136., Nabonaſarri anno 130., A Samaria exciſa 118., & à prima captiuitate Galaatidarum 130.

Tertia expeditio contigit Sedecię anno 10. cùm Nabucdonoſor, obſeſſa Ieroſolyma, poſt menſes 18. obſidionis illam expugnauit, &, vrbe exciſa, Templum incendit anno 11. Sedeciæ,

incidit autem in annum P. I. 4107., Templi 401., à Roma condita 147., Nabonaſari anno 141., & ab excidio Samariȩ 129.

Concordant Auctores, quòd anni 70. captiuitatis, de quibus loquuntur Ieremias *cap.* 25., *&* 29,, *& Daniel. cap.* 9. ſint numerandi ab hac tertia captiuitate, quæ contigit ſub Nabucdonoſore, ſed diſputatur à quanam ex his tribus expeditionibus ſint inchoandi, an videlicet à prima anni P. I. 4093., vel à ſecunda anni 4096., vel ab hac tertia anni P. J. 4107. Nos ergo, iuxtà Canonem Babylonicum, dicimus annos 70. enumerandos eſſe ab hac tertia, ab anno videlicèt P. I. 4107., ſi enim annus primus Cyri incidit in annum Naboſ. 210., qui eſt P.I. 4176., ſi ab his ſubtrahas annos 70. incompletos, incidit annus primus captiuitatis in annum P. I. 4107.

DE CYRO, ET SEXTA MVNDI ÆTATE.

LECTIO XLI.

EX Canone Babylonico relato à Marſhamo *f.* 630. dignoſcitur captiuitatem Iudæorum Babylonicam terminaſſe anno P. J. 4176., à Roma condita 216., ante Æram communem 538. Cyrus enim, vt probat idem Auctor, natus eſt anno Nabonaſ. 149. ex Cambyſe, & Mandane Sorore Cyazaris, quem ipſe vult fuiſſe Aſſuerum Eſtheris maritum. Cyrus ergo anno P. J. 4155., victo Aſtyage, qui in Scriptura dicitur Darius Medus, illi Regni adminiſtrationem conceſſit, & Cyaſaris filij Darij filiam, & hæredem Regni in vxorem duxit, quarè iure belli, expugnata Babylone, Chaldæa eſt potitus, deindè iure vxoris Media, & Aſſyria illi obuenit, & cum eſſet genere Perſa dictus eſt Monarca Perſarum.

Aduertendum eſt autem Monarchiam Aſſyriorum in Aſſyrijs terminaſſe anno P. I. 3831., vel, vt vult Petauius, 3818. cum Sardanapalus victus fuit ab Arbace Medorum Rege, qui in Niniue conſtituit Regem ſibi tributarium, ſicut etiam Proreges ſtatuit

ſtatuit Babylone, & in Perſide, & ex tunc Reges Medi dicti ſunt Monarchæ Aſſyriorum. Anno verò P. I. 3967. Nabonaſarus, excuſſo iugo Medorum, ſe Regem Babylonis inſtituit, à quo anno incipit Æra Nabonaſarri, & Aſſyriorum Monarchia ex tunc tranſiuit ad Babylonios, ſiue Chaldæos. Sed anno Nabonaſ. 161., P. I. 4127. Darius Medus, indicto bello Chaldæis, & Eulæo flumine prætergreſſo, Suſam vrbem expugnauit, quę erat validum Chaldæorum propugnaculum, totâque illa regione potitus eſt. Verùm anno P. I. 4176. Cyrus, occiſo Balthaſarre, qui etiam dicitur Euilmerodach, Babylonem expugnauit, & Chaldæorum regno potitus eſt. Poſt duos annos, mortuo Cyaſare Cyri Socero, Cyrus factus eſt Monarca, nec deinceps amplius dicta eſt Aſſyriorum, Medorum, Babyloniorum, ſiue Chaldæorum Monarchia, ſed Perſarum, cùm, tùm ſub Medis, tū ſub Chaldæis ſeruaret nomen Monarchiæ Aſſyriorum. Aduertendum eſt autem Ricciolium velle Salmanaſarrum, & Senacheribum fuiſſe Reges Babylonios, quod negat Marshamus, aſſerens fuiſſe Reges in Niniue, & non Babylone.

Aduertendum præterea Ricciolium velle Darium Medum non fuiſſe Aſtyagem Auum vxoris Cyri, vt docet Marshamus, ſed Nabonidum, qui Balthaſſarri ſucceſſit in Regno Babylonis, & à Cyro, expugnata Babylone, occiſus fuit, vtraque opinio eſt probabilis, ſed hæc Riccioli probabilior, melius enim per iſtam explicatur Prophetia Danielis, qui vixit tùm ſub Nabucdonoſore, tùm ſub Balthaſſarre, tum ſub Dario Medo, illoſque hoc ordine recolet, & ſaluatur Monarchia Cyri, cuius pars altera illi obuenit ex Patris hæreditate ſibi ab Aſtyagis violentia vindicata, ſcilicet Regnum Perſarum, altera ſcilicet Media, & Suſiana iure vxorio ei deuoluta, & tertia ſcilicet Babylonica armis acquiſita. Babylonis expugnationem ponit Ricciolius anno antè Æram 536., nos verò 538., P. I. 4176., Mundi 3463.

DE CHRISTI JESU NATIVITATE, ET SEPTIMA MVNDI ÆTATE.

LECTIO XLII.

SIcut certum eſt de fide Ch. Ieſum Dei Filium fuiſſe incarnatum in B. Virginis Vtero, & omnes fere conueniant fuiſſe conceptum die 25. Martij, & natum die 25. Decembris diebus aliquot poſt Solſtitium Hyemale, contrà nouam illorum opinionem, qui id accidiſſe aſſerebant circa Æquinoctium Autumnale, qui nullo modo ſunt audiendi, dubitatur tamen quo anno id contigerit, cum præcipuè veteres Hiſtorici vſi ſint Æra Mundi, quæ ferè in ſingulis eſt diuerſa. Ideò afferam hic ſeptem opiniones, omnes probabiles, quas ſingulas ſignabo varijs characteribus, in quibus ſi concordent, erit opinio illa probabilis, ſi verò diſcordent cognoſci poterit, in quo erret Auctor. Opinio omnium prima eſt.

I.	Kepleri, M. Antonij Capellæ, & aliorum, qui volunt Chriſtum natum.	an. P. I. 4708.
II.	Natalis ab Alexandro, & aliorum.	an. P. I. 4709.
III.	Sulpicij Seueri, Vallemontij, & aliorum.	an. P. I. 4710.
JV.	Clementis Alexandrini, Baronij, Spondani, Tornielli &c.	an. P. I. 4711.
V.	S. Epiphanij, Saliani Bardi, & aliorum.	an. P. I. 4712.
VI.	Bedæ, Salmeronis, Grandamici, Ricciolij nobiſcum.	an. P. I. 4713.
VII.	Jo: Georgij, Heruarti, & aliorum.	an. P. I. 4714.

Omnes igitur aliæ opiniones, quæ ponunt Chriſti Natiuitatem, vel antè annum P. J. 4708., vel poſt 4714. pro improbabilibus ſunt habendæ, niſi afferant rationes congruentes.

Characteres autem ſunt 1. Anni P. J., ſecundò anni ante Æram, vel ipſius Æræ communis, tertiò anni Æræ Iulianæ, ſiue à kalendarij reformatione facta à Iulio Cęſare, quartò anni ab Urbe Roma condita, quintò Anni Olympiadum, ſextò Anni à Trium-

Triumuiratu Octauiani Cæſaris Auguſti, ſeptimò Ab Actiaca Victoria, octauò A morte Cleopatræ, nonò Conſules, qui eo anno Romanam Rempublicam adminiſtrabant. Jdeo non eſt admittenda opinio Baronij, & Spondani, qui ex characteribus ab ipſis ſignatis ponunt Chriſti Natiuitatem incidiſſe in annum P. J. 4711., & ſtatim anno ſequenti ponunt annum primum Æræ communis, quem certum eſt incidiſſe in annum P. I. 4714., debebant ergo annum primum Æræ communis ponere tribus annis poſt eius Natiuitatem. Idem dic de alijs Auctoribus, qui, vt plurimùm, errant in aliquo ex aſſignatis characteribus.

Anni P. I.	Ante Æra Chr.	Æræ Iuli-anæ.	Ab Or. Condi-to.	Olym-piadũ.	A triũ viratũ.	Ab Act. Victo-ria.	A morte Cle-opatrę.	Conſules
4708	6.	40.	748.	193. 3.	38.	26.	25.	D. Lelius Balbus C. Antiſtius Nepos
4709.	5.	41.	749.	193. 4.	39.	27.	26.	C. Cæſar Octauianus 12. Lucius Cornelius Sulla
4710.	4	42.	750.	194. 1.	40.	28.	27.	Caluiſius Sabinus L. Paſſienus Rufus
4711.	3.	43.	751.	194. 2.	41.	29.	28.	C. Cornelius Lentulus M. Ualerius Meſſalinus
4712.	2.	44.	752.	194. 3.	42.	30.	29.	C. Cæſar Octauianus 13. M Plautius Siluanus
4713.	1.	45.	753.	194. 4.	43.	31.	30.	Coſſius Cornelius Lẽtulus L. Calphurnius Piſo
Anni	Æræ	Chr.						
4714.	1.	46.	754.	195. 1.	44.	32.	31.	C. Iulius Cęſ. Aug. Nepos L. Emilius Paulus
4715.	2.	47.	755.	195. 2.	45.	33	32.	P. Vinicius Nepos P. Alfenius Varus

Inter has opiniones, quarum quęlibet ſuos habet ſectatores, & ſua fundamenta, ego ſequor ſeptimam, quę Chriſti Natiuitatem ſignat anno P. I. 4713., anno videlicet præcedente annum primum Æræ commu.: moueor ad hoc, quia ex traditione habetur Chriſtum Ieſum natum die 25. Decembris feria prima, ab anno autem P. I. 4707. ad 4719. nunquam dies 25. Decembris

bris incidit in feriam primam, niſi anno P. J. 4713., quod patet ex laterculo à nobis poſito Lectione VIIJ., vbi columna quarta eo tantùm anno habetur Lit. Dominicalis B., quæ eſt affixa diei 25. Decembris. Confirmatur quia anno primo Æræ Chriſti ex omnium conſenſu fuit Litera Dominicalis A., ergo anno præcedenti fuit B., vel ergo credendum non eſt traditionibus ſuprà allatis, vel dicendum Chriſtum Ieſum natum anno P. I. 4713. die 25. Decembris, & Circumciſum octaua die, quæ incidit in primam Ianuarij anni P. I. 4714., qui fuit annus primus Æræ communis.

DE CHRISTI MORTE.

LECTIO XLIIJ.

QVoad Chriſti mortem duo ſunt diſtinguenda, quæ, quia à multis confunduntur, ideò errant, & prius quærendum eſt quot annis Chriſtus vixerit; ſecundò quo anno P. I. illius mors contigerit; & quoad primum certum eſt improbabiles eſſe opiniones illorum, qui ei dant, vel minus annis 30., vel plus annis 37., & ideò non eſt audiendus Tertullianus, qui vult vixiſſe Chriſtum annis 29.; ſed notandum eſt, quod in aſſignandis annis vitæ ipſius, cùm ex communi omnium conſensù certum ſit Chriſtum natum circa Solſtitium hyemale, & habeamus ex dicta Scriptura fuiſſe Crucifixum in Paſchate idèſt circà Æquinoctium veris, ſequitur, vt qui dant illi annos v. g. 33. vitæ, intelligendi ſint de annis incompletis, videlicet 32., & menſibus 3., idem dic de omnibus alijs opinionibus. Afferam hic opiniones Auctorum, quę aliquam habent probabilitatem.

J.	Lactantij Firmiani, Clementis Alexandrini, & aliorum, qui dant Chriſto annos vitæ.	30. ideſt	29. 3.
II.	Africani.	31.	30. 3.
III.	Apollinaris Ep. Laodicęę.	32.	31. 3.
IV.	Epiphanij, Euſebij, Ricciolij nobiſcum.	33.	32. 3.
V.	Saliani.	34.	33. 3.

VI.

Digitized by Google

VI. Scaligeri.	35.	34. 3.
VIJ. M. Antonij Capellæ, & Pauli Midelb.	36.	35. 3.

Cardinalis Noris vult Chriſtum natum anno P. I. 4709., & mortuum anno P. I. 4742. quarè per ipſum vixit annis 32., & menſibus tribus.

Vallemontius vult eum natum anno P. I. 4710., & mortuum anno P. I. 4746., qui erat Æræ communis 33., quarè per ipſum vixit annis 35., & menſibus tribus. Idem dicendum de alijs, qui alijs annis ponunt Chriſti Natiuitatem, & mortem.

Quoad annum, quo contigit Chriſti mors, ſciendum eſt habere aliquam probabilitatem opiniones illas, quæ eam ſtatuunt intrà annos P. J. 4741., & 4749., Æræ communis intrà 28., & 36. incluſiuè, ideò afferam hic laterculum, in quo erit ſignata Litera Dominicalis eo anno decurrens, deinde in quam diem inciderit Plenilunium Niſan Aſtronomicum, iuxtà tabulas Mulleri, & Riccioli; denique in quam diem inciderit decimaquinta ciuilis à prima Phaſi, vt facilè cognoſci poſſit, in quam diem inciderit Paſcha, ſiuè celebraretur à Judæis in Plenilunio, ſiuè die decimaquinta ciuili.

Anni Æ.cõ.	L.Dom.	Pleniluniũ Aſtronomicũ. d. h. m. ſec. Feriæ	Dies 15. ciuilis
28.	D. C.	29. 7. 8. 41. Martij F. 2.	Martij 30. F. 3.
29.	B.	17. 5. 20. 24. Aprilis F. 1.	Aprilis 18. F. 2.
30.	A.	6. 17. 30. 4. Aprilis F. 5.	Aprilis 8. F. 7.
31.	G.	26. 22. 18. 45. Martij F. 2.	Martij 28. F. 4.
32.	F. E.	12. 19. 22. 3. Aprilis F. 1.	Aprilis 15. F. 3.
33.	D.	3. 4. 40. 8. Aprilis F. 6.	Aprilis 4. F. 7.
34.	C.	23. 13. 28. 48. Martij F. 3.	Martij 25. F. 5.
35.	B.	11. 7. 1. 30. Aprilis F. 2.	Aprilis 13. F. 4.
36.	A. G.	30. 19. 50. 11. Martij F. 6.	Aprilis 1. F. 1.

Aduertendum eſt nos habere de fide Chriſtum fuiſſe Crucifixum in die Paraſceue, quod eſt ante Sabbathum, ideſt Feria 6. in die ſolemni Paſchatis, ſiuè eam celebrauerint ipſa die F. 6., ſiuè die ſequenti, vt volunt aliqui; Paſcha autem celebrabatur à

Iu-

Iudæis die decimaquinta menſis Niſan, numerando diem primam, vel à Nouilunio Aſtronomico, vel à ciuili; Ex quo deducitur diem decimumquintum Aſtronomicè non incidiſſe in feriam 6. niſi annis Æræ communis 33., & 36., ciuilem verò nunquam.

Licèt autem allatæ opiniones omnes ſint probabiles, nec careant ſuis ſectatoribus, ego tamen adhæreo opinioni Epiphanij, Euſebij, Ricciolij, Vallemontij, & aliorum, qui Chriſti mortem ſignant anno P. I. 4746., Æræ comm. 33. die 3. Aprilis feria 6. Lit. Dom. D.: Moueor, tùm quia eo anno incidit Plenilunium Niſan in eamdem diem 3. Aprilis, vt patet ex tabulis Aſtronomicis, tùm etiam quia Phlegon Trallianus Hadriani libertus ſignat Ecclipſim magnam, & excellentem inter omnes, quæ ante eam acciderint, ità vt Stellæ in Cælo viſæ ſint hora ſexta anno quarto Olympiadis 202., cuius anni initium fuit in Æſtate anni P. I. 4745., & terminauit in Æſtate anni P. I. 4746., hæc igitur fuit Ecclipſis, quæ contigit in morte Chriſti Ieſu, de qua ait Matthæus, Marcus, & Lucas: tenebræ factæ ſunt per vniuerſam terram ab hora ſexta vſque ad horam nonam, alijs enim annis ſiuè præcedentibus, ſiuè ſubſequentibus, nec Phlegon, nec Ptolemæus vllam memorabilem Ecclipſim ſignant.

Concludo ergo ex ſuprà allatis Ieſum Chriſtum natum die 25. Decembris in media nocte, incipiente videlicet hora 1. illius diei, ſeu hora 7. cum dimidia ab occaſu ſolis anno P. J. 4713. ità vt die octaua à Natiuitate fuerit Circumciſus prima die Ianuarij P. I. 4714., qui fuit annus primus Æræ communis. Crucifixum autem anno P. I. 4746., Æræ communis 33. die 3. Aprilis feria 6. horis 18. ab occaſu ſolis, & hora 21. expiraſſe; Ex quo deducitur vixiſſe annos 32. dies 99., & horas 13. cum dimidia, non verò dies 68., vt vult Ricciolius.

Deducitur etiam die 2. Aprilis Sanctiſſimum Sacramentum inſtituiſſe eâdem die, qua Mundum creauerat, & qua Moyſes cum populo tranſierat mare rubrum.

Deducitur ſecundò probabile eſſe Hebræos eâdem die 3. Aprilis Paſcha celebraſſe, eò quòd nondum erat in vſu ritus Rabbinicus non celebrandi Paſcha in ferijs ſecunda, quarta, & ſexta.

Ve-

Verùm dices: Spiritus Sanctus deſcendit ſuper Apoſtolos die Dominico, vt habetur ex traditionibus, ſed talis erat etiã Pentecoſtes Iudæorum, ideſt quinquageſimus à die ſecunda Azimorum, ſiuè à die Paſchatis excluſiuè, ergò Paſcha celebrauerunt in Sabbatho. Reſpondeo cum Cornelio à Lapide, & alijs eo anno Hebręos celebraſſe Pentecoſtem die Sabbathi qui erat quinquageſimus à die ſecunda Azimorum, & Spiritum Sanctum deſcendiſſe ſuper Apoſtolos non ipſo die Pentecoſtes Iudęorum, ſed die ſequenti, qui exinde fuit Pentecoſtes Chriſtianorum, quia Deus per nouam legem voluit abrogari legem veterem, quod factum eſt ſubſtituendo diei Sabbathi diem Dominicum, & Pentecoſti Judæorum Pentecoſtem Chriſtianorum, ſicut ergo Judæi ſanctificant Sabbathum, qui eſt vltimus dies hebdomadæ creationis, ità nos ſanctificamus Dominicam, qui eſt primus Creationis, & ſicut illis erat feſtiuus dies Pentecoſtes ob datam legem Moyſi in Monte Sina, ità nobis eſt feſtiuus Pentecoſtes ob datam legem gratiæ in Cęnaculo Montis Sion.

DE KALENDARIO ROMANO.

LECTIO XLIV.

POſtquam egimus de temporis menſuris, quibus variæ vtuntur Nationes, opere pretium erit Kalendarium efformare iuxtà vniuſcuiuſq; Gentis conſuetudinem.

Dabo igitur hic primo loco Kalendarium Romanum, & vt breuitati ſtudeam, ſignabo tantùm diem primam cuiuslibet menſis in prima columna. In ſecunda Columna ſignabo Epactam illi diei competentem, aduertendo quòd Epactæ procedunt ordine retrogrado, nam ſi, v. g., primo Januarij competit *, ſecundo competet Epacta 29., tertio 28., & ſic ſucceſſiuè. In tertia Columna Literas Dominicales, quæ per dies menſis ſucceſſiuè ordinatè procedunt. In quarta Columna dies, qui vnicuiq; menſi competunt. In quinta dies collectos, qui competunt vltimæ diei cuiuslibet menſis; Aduertendo quòd in biſ-

R ſexti-

ſextili, ſicut additur dies vna Februario, ſic etiam additur dies vna diebus collectis à Februario ad Decembrem. Epactæ ſignatæ deſeruiunt ad cognoſcendum, qua die ſit Nouilunium Ciuile, ſiuè Eccleſiaſticum, incidit enim in illam diem menſis ſignatam Epactâ eo anno currente; ad cognoſcendum autem Epactas, vide ſupra Lect. 13. fol. 37. laterculum, in quo ſignantur anni Cycli Lunaris, & Epactæ illis correſpondentes.

Do exemplum: Anno Æræ 1712. erit Cyclus Lunaris 3., cui competit Epacta XXII., hæc autem ſignat diem 9. Ianuarij, eo igitur die erit Nouilunium Ciuile, ſiuè Eccleſiaſticum, & ſic de alijs menſibus; & quia eadem Epacta ſignat diem 9. Martij, ideo Dominica ſubſequens, quæ incidit in diem 13., erit Dominica Paſſionis, die 20. Dominica Palmarum, & die 27. Paſcha Reſurrectionis.

Ad cognoſcendum in quam diem incidat quolibet anno Feria 1., ſiuè dies Dominicus; Soſigenes adinuenit Cyclum Solarem annorum 28., quem dedimus ſuprà Lectione 14. Verùm cum compertum ſit annum non conſtare diebus 365. h. 6., ſed 365. h. 5. m. 49. 12., ideò Aloyſius Lilius alium Cyclum adinuenit annorum 400., quo completo redit eadem Litera Dominicalis. Illum vide Lectione 14.

Si ergo velis ſcire v. g. diei 10. Septembris quænam Epacta, vel Litera Dominicalis, vel dies à kalendis Januarij competat, aſſume diem primum illius menſis, cui inuenies competere Epactam 23. ergo ordine retrogrado diei 10. competit Epacta 14., eidem diei primæ Septembris competit Litera Dominicalis F., quæ competit etiam diebus 8. 15. 22. 29. eiuſdem menſis, ergo diei 10. competit A. Tandem dies 31. Auguſti eſt 243. à kalendis Ianuarij, ergo diei 10. Septembris competit 253. in anno communi, & 254. in biſſextili.

KA-

KALENDARIUM ROMANUM.

Menſes	Dies	Ep.	L. Dom.	Dies mẽſ. in an.cõ.	Dies col-lecti	In Biſ-ſextili	Collecti
Ianuarius	1.	*	A.	31.	31.	31.	31.
Februar.	1.	29.	D.	28.	59.	29.	60.
Martius	1.	*	D.	31.	90.	31.	91.
Aprilis	1.	29.	G.	30.	120.	30.	121.
Maius	1.	28.	B.	31.	151.	31.	152.
Junius	1.	27.	E.	30.	181.	30.	182.
Julius	1.	26.	G.	31.	212.	31.	213.
Auguſtus	1.	24.	C.	31.	243.	31.	244.
Septemb.	1.	23.	F.	30.	273.	30.	274.
October	1.	22.	A.	31.	304.	31.	305.
Nouemb.	1.	21.	D.	30.	334.	30.	335.
Decemb.	1.	20.	F.	31.	365.	31.	366.

DE KALENDARIO HEBRÆO.

LECTIO XLV.

Diximus ſuprà Hebræos annum ordinare non à Solis, ſed à Lunæ motu cum ordine ad Solem, & apud ipſos alium eſſe annum ſacrum, qui incipit à menſe Niſan in Vere; alium Hiſtoricum, qui incipit à menſe Tishri in Autumno. Pro quo ſciendum eſt anno Æræ Chriſti 358. R. Hilillel tradidiſſe quaſdam regulas ad inueniendas Neomenias cuiuſlibet anni, & menſis. Supponit ergo Mundum conditum anno P. I. 954. die 25. Septembris, qua die iuxtà tabulas Mulleri fuit Nouilunium. Verùm Æram ſuam inchoat non ab eo anno, ſed à præcedenti P. I 953. die 7. Octobris horis ſex poſt Meridiem ad Meridianũ Ieroſolymæ, & per eaſdem tabulas conſtat eodem anno, & die fuiſſe Nouilunium horis 8. m. 24. 9. poſt Meridiem, quæ differentia oritur à diuerſitate Meridianorum, quod parùm officit. Si ergo velis conuertere annos P. I. in annos huius Æræ

ab annis P. I. ſubtrahe 952., vel annis Æræ Iudaicæ adde annos 952., & habebis intentum. Rurſus cum anno 1. Æræ comm. in Autumno incæperit annus Æræ Iudaicæ 3762., ideò annis Ærę noſtræ ſiuè commu. adde 3761., & habebis annum Iudaicum in Autumno inchoantem; è contrà ab anno dato Ærę Iudaicę ſubtrahe 3761., & habebis annum Æræ noſtræ, a quo annus ille Iudaicus incæpit.

Cognito anno Æræ Iudaicæ, ad cognoſcendum in quam diem, & feriam incidat, multa ſunt aduertenda, & primò, quòd anni Iudaici propoſiti ſumma diuidatur in Cyclos decemnouales; pro quo eſt aduertendum ipſos etiam vti hoc Cyclo ad cognoſcendos præcipuè annos Emboliſmales, in quo parùm diſcrepant à noſtro, licèt eorum à noſtro diſcordet, ideò vtrumque hic aſſigno non qualis eſt in anni Iudaici Neomenia, ſed in noſtro Ianuario, ſic v. g. anno Æ. com. 1712. eſt Cyclus Romanus 3., & Iudaicus 19. vſque ad Octobrem, ex tunc enim incipit Judaicus Cyclus 1.

Cyclus Judaicus ad Romanum accommodatus.

			*			*			*		*			*			*		*
Romanus	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
Iudaicus	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.
	*		*			*			*		*			*			*		

Qui aſteriſmo ſignantur ſunt Emboliſmales, cæteri ſunt communes.

Cognitis Cyclis, qui continentur in ſumma annorum, multiplicandi ſunt per numeros infrà afferendos, & videndum eſt in fractis, quinam ſint anni completi communes, & qui Emboliſmales, vno ſemper prætermiſſo, qui denominator dicitur, & eſt incompletus. Quòd ſi nulla ſint fracta, tunc aſſumatur vnus Cyclus, & prætermiſſo denominatore, 18. qui remanent, diſtinguantur in communes, & Emboliſmales.

Aduertendum ſecundò menſes eorum aſtronomicos (de his enim hic loquimur) conſtare diebus 29. h. 12. kel. 793., qui kel. dant m. 44. 3. 20. Eorum Cyclum conſtare diebus 6939. h. 16. k. 595., ſiuè m. 33. 3. 20.

No-

Notandi ſunt etiam aliqui veluti characteres, qui pro multiplicatione deſeruiunt, vt videbimus, quos hic ſigno. Molad Tohu eſt prima Lunatio huius Æræ, quæ incidit in f. 2. h. 5. k. 204.

Menſis	f. 1.	h.	12.	k.	793.	
An. comm.	f. 4.	h.	8.	k.	876.	
An. Emb.	f. 5.	h.	21.	k.	589.	
Cyclus 19.	f. 2.	h.	16.	k.	595.	
Molad Tohu	f. 2.	h.	5.	k.	204.	

Cyclus 19. eſt minor Iuliano	d.	0.	h.	1.	k.	485.
Annus comm. eſt minor Juliano	d.	10.	h.	21.	k.	204.
An. Emb. eſt maior Iuliano	d.	18.	h.	15.	k.	589.

Hoc poſito: Annum propoſitum huius Æræ diuide per Cyclum 19., Cyclos autem qui reſultant, multiplica per datum characterem f. 2. h. 16. k. 595., fracta autem, abiecto denominatore, qui eſt annus incompletus, reliquos communes multiplica per iam aſſignatum characterem f. 4. h. 8. k. 876., Emboliſmales verò per f. 5. h. 21. k. 589.; Reſultatum ex tribus multiplicationibus vni, addendo etiam characterem Molah Tohu, qui eſt f. 2. h. 5. k. 204.

Sed aduertendum eſt, quòd in his multiplicationibus kelachim conuertuntur in horas, & horæ in ferias, feriæ autem diuiduntur per 7., &, abiecto quotiente, fracta indicabunt feriam, in quam eo anno incidit Neomenia Tishri anni propoſiti. Dò exemplũ: Volo ſcire quinã annus huius Æræ incępit anno Ærę noſtræ 1711., huic addo 3761., & dant 5472., hic ergo annus incępit in Autumno, vt autem ſciam in quam feriam incidat, diuido 5472. per 19. & dant Cyclos 288. exactos ſine fractis, ſed quia ſemper prætermittitur annus incompletus, ideò aſſumo Cyclos 287., quos multiplico vt ſuprà, & præterea annos 12; communes, & 6. Emboliſmales hoc pacto.

Cycli

Cycli 287.	Anni comm. 12.	Anni Emb. 6.
f. 2. h. 16. k. 595.	f. 4. h. 8. k. 876.	f. 5. h. 21. k. 589.
287.	12.	6.
f. 1. 22. 125.	f. 3. 9. 792.	f. 7. 9. 294.

Cycli 287. dant	f. 1. h. 22. k. 125.
An. comm. 12. dant	f. 3. h. 9. k. 792.
An. Emb. 6. dant	f. 7. h. 9. k. 294.
Molad Tohu dat	f. 2. h. 5. k. 204.
Neom. Tishri inc. in	f. 7. h. 22. k. 335.

Vides ergo Neom. Tishri, & totius anni Æræ Iudaicæ 5472. aſtronomicè incidere in f. 7. h. 22. k. 335.

Ad cognoſcendum autem in quam diem menſis incidat, multiplica Cyclos 287. propoſitos per d. o. h. 1. k. 485., annos communes per d. 10. h. 21. k. 204., reſultatum ex hac ſumma adde ſummæ præcedenti, deindè multiplica annos Emboliſmales per d. 18. h. 15. k. 589., & reſultatum ſubtrahe à ſumma præcedenti, annus enim Embol. excedit Julianum diebus 18. &c. hoc pacto.

Cycli 287.	An. com. 12.	Emboliſm. 6.	
D. H. K.	D. H. K.	D. H. K.	Dies à Kalend.
o. 1. 485.	10. 21. 204.	18. 15. 589.	Septéb. 48.
287.	12.	6.	Dies reſul. 36.
17. 7. 955.	130. 14. 288.	111. 21. 294.	12.
130. 14. 288.			
147. 21. 1243.			
111. 21. 294.			
36. o. 949.			

Vides ergo ex ſumma Cyclorum, & annorum communium reſultaſſe dies 147., ex annis Emboliſmalibus dies 111., his ergo ab altera ſumma detractis, remanent 36., qui ſubtrahendi ſunt à die 7. Octobris Stylo Juliano, ſiuè à die 18. Stylo Gregoriano, & quia numerus ſubducendus eſt maior, addo ad 18. dies 30. menſis Septembris, & dant 48., à quibus, ſubtractis 36., remanent 12. Die ergo 12. Septembris Stylo Greg. anno 1711. f. 7. h. 12. k. 335.

erit

erit Nouilunium Aſtronomicum menſis Tishri, & incipiet annus 5472. Æræ Iudaicæ.

Si autem velis ſcire in quam feriam incidant Neomeniæ aliorum menſium, hac vtere regula: vide quantum diſtet menſis propoſitus à Tishri, v. g. Niſan diſtat menſibus 6. in anno communi, & 7. in Emboliſmali, hos numeros multiplica per characterem menſium, & reſultatum adde characteri Tishri, nam reſultatum dat feriam illius menſis v. g. hoc anno Niſan diſtat menſibus 7., eſt enim annus Embol. iuxtà Iudæorum errorem, & ſic operor.

	F.	H.	K.
Menſis character	1.	12.	793.
Multiplicatus per		7.	
Dat in totum	3.	17.	151.
Character Tishri	7.	22.	335.
Erit ergo hoc anno 1712. Neomenia Niſan Aſtronomicè feria	4.	15.	486.

Sed aduertendum eſt dari etiam annum Ciuilem, qui, non conſideratis horis, & Kelachim, ſolùm loquitur de integris diebus, & hic aliquando diſcrepat ab anno Aſtronomico, nunc præcipuè poſtquam inualuere nonnullę Rabbinicę obſeruationes.

Sciendum eſt ergo annum Ciuilem diuidi in communem, & Emboliſmalem: communis eſt vt plurimùm dierum 354.; & Emboliſmalis dierum 384., ille conſtat menſibus 12., qui alternatim habent dies 30., 29. 30., & ſic ſucceſſiuè, in Emboliſmali verò poſt menſem Adar additur alius menſis dierum 30., qui dicitur Ueadar, ſiuè Adar ſecundus, & hic eſt menſis ſeptimus in anno hiſtorico, & decimus tertius in Eccleſiaſtico. Sed quia, vt videbimus infrà, quandoque transfertur Neomenia Tishri, ideò annus aliquando deficit per vnum diem, aliquando ſuperabundat, affero ergo characteres annorum tùm deficientium, tùm ordinariorum, tùm abundantium.

De-

Digitized by Google

	Deficientis	3.		Deficientis	5.
Char.An.cō.	Ordinarij eſt	4.	Emboliſmalis	Ordinarij eſt	6.
	Abundantis	5.		Abundantis	7.

Jgitur vide qua feria incipiat annus ciuilis pręſens, & qua annus ſubſequens, deindè feriam præſentis ſubtrahe à feria ſubſequentis, addito etiam 7. ſi opus fuerit, & in anno communi ſi remanent 3. eſt deficiens dierum 353., ſi 4. ordinarius dierum 354., ſi 5. abundans dierum 355. Jdem dic de Emboliſmali ſi remaneant 5., vel 6., vel 7. Si autem aliquando in communi remanerent 6. eſſet annus abundans dierum 356.

Nunc aſſignandæ ſunt cauſæ huius differentiæ dierum in annis.

Sciendum eſt ergo quatuor ob cauſas Hebręos à Rabbinis edoctos transferre Neomeniam Tishri in diem ſubſequentem.

Prima dicitur Iad, quod indicat eſſe transferendam, eò quòd in computo Aſtronomico reperiantur horę 18., & vltrà.

Secunda dicitur Adù, quod ſignifiat Neomen. Tishri incidere in feriam 1. 4. 6., ab his enim ferijs nunquam annum inchoant.

Tertia dicitur Gatrad, quoties in anno communi character Aſtronomicus Neom. Tishri eſt f. 3. h. 9. k. 406., vel etiam plures habet Kelachim.

Quarta denique dicitur Batu Thakpat, quoties anno proximo poſt Emboliſmalem Neom. Tishri habet f. 2. h. 15. k. 589. vel vltrà, & datur caſus, quòd propter duas ex his cauſis ſit facienda translatio Neomeniæ, vt anno 1711., Æræ Iudaicę 5472. Neom. Tishri habet, vt vidimus, pro charactere 7. 22. 335., ideò propter primam regulam Iad transferendum eſt in feriam ſubſequentem, quę eſt prima, ſed cùm hæc impediatur à ſecunda regula Adu, ideò transfertur in feriam 2., & hæc dicitur translatio complexa, hanc ob cauſam annus pręcedens eſt dierum non 354., ſed 356., incępit enim die 23. Septembris f. 3. anno 1710., & terminauit die 13. Septembris anno 1711. Annus igitur præcedens communis incæpit f. 3., ſubſequens f. 2., ſi ſubtrahas 3. à 2. ſiuè à 9. remanent 6. anni communis non ſolùm abundantis, ſed etiam excedentis.

tis. Et notandum eſt, quòd quoties annus eſt deficiens, menſi Casleu dierum 30. dantur ſolùm 29., è contrà in abundanti menſis marheshuan dierum 29. dantur 30.

Ad cognoſcendum in quam diem menſis incidant Neomeniæ aliorum menſium, vide in quam diem à Kalendis Ianuarij incidat Neomenia Tisrhi, illique adde totos dies menſis, & aliorum, qui ſunt intermedij, ſi numerus excedit 365., illos ſubtrahe, reliquum enim dabit diem à Kal. Ian., in quam incidit Neomenia, quam requiris, ſed aduertendum eſt an annus ſit abundans, an deficiens, & an annus Iulianus ſit biſſextilis, vt poſſit addi, vel minui vnus dies. Do exemplum: Diximus anno 1711. fore Neom. Tishri die 14. Septembris, ad 14. addo 30., & dant 44., à quibus ſubtraho 30. menſis Septembris, & remanent 14. Octobris, in quam diem incidit Neom. Marheshuan, ad 14. addo 29. menſis ſecundi, & dant 43., à quibus ſubtraho 31. Octobris, & remanent 12. Nouembris, in quam diem incidit Neom. Casleù, & cum hic annus ſit deficiens addo non 30., ſed 29. ad 12., & dant 41., à quibus ſubtraho 30. Nouembris, & remanent 11. Decembris, in quā diem incidit Neom. Thebeth, & ſic ſucceſſiuè.

Vel alio pacto: volo ſcire in quam diem hoc anno 5472. incidet Neom. Niſan. Scio Neom. Tishri incidiſſe in 14. Septembris, quę eſt dies 257. à Kal. Ianuarij, huic ſummæ addo 206., dies videlicèt menſium ſeptem Iudaicorum, cum annus ſit Emboliſmalis, ſed deficiens, & dant 463., à quibus ſubtraho 365. anni 1711., & remanent 98., qui eſt dies 7. Aprilis in anno biſſextili, hac ergo die 7. Aprilis anno 1712. habebitur Neom. Niſan feria 5., & ſi ad 7. addas 14. qui dant 21., hac die habebitur Paſcha Iudæorum.

Cognita Neomènia cuiuſlibet menſis, cognoſcitur etiam in quam feriam, & diem menſis Romani incidat dies quælibet menſis Iudaici, nam in eandem feriam incidunt dies 1. 8. 15. 22., & 29.

Rurſus ad cognoſcendum in quam diem incidat Paſcha Iudæorum, duplex datur regula; Prima eſt à Neom. anni Iudaici ſubſequentis hoc pacto: Uolo ſcire anno 1712. in quam diem incidat Paſcha Iudæorum. Video eo anno 1712. fore Neom. Tishri die 1,

Octobris Stylo Gregoriano, quæ dies in anno biſſextili eſt 275. à Kal. Ian., ab ea ſubtraho 163., & remanent 112., quæ in anno biſſextili competit diei 21. Aprilis, hac ergo die erit Paſcha Iudæorum, & die 7. Aprilis Neom. Niſan.

Secunda regula eſt à Neom. Tishri eiuſdē anni Iudaici noſſe in quā diē incidit Paſcha hoc pacto · Paſcha anni Iuliani 1712. eſt anni Iudaici 5472., cuius Neom. Tishri erit, vt vidimus ſuprà, die 14. Septemb. anni 1711., quæ eſt dies 257. à Kal. Ianuarij, cùm autē annus ſit Emboliſmalis, eſſent addendi dies 207., ad indagandam Neomen. Niſan, ſed cùm ſit deficiens, adduntur tantùm dies 206., qui cùm 257. dant 463., à quibus ſubtraho dies 365. anni 1711., & remanent 98., qui numerus in biſſextili competit diei 7. Aprilis, hac ergo die erit Neom. Niſan, cui addo 14., & dant 21. Aprilis, qua die habebitur Paſcha Iudæorum, nos autem celebrabimus Paſcha die 27. Martij, nec mirandum cum Ricciolius *l. 1. Chronol. f.* 28. doceat Cyclo Lunari 3. 8. 11. vno ferè menſe Judæos Paſcha celebrare poſt nos, & ideò etiam anno 1720. nos Paſcha celebrabimus die 31. Martij, & Iudæi die 23. Aprilis.

Sed quæres, an anni Hebræorum inchoari debeant à menſe Niſan, vel à menſe Tishri. Reſpondeo, quòd licèt Moderni, vt vidimus, incipiant à Tishri, Diuina tamen Scriptura, ſaltem ab Exodo, exordium anni inchoat à Niſan, nam *lib. 3. Regum cap. 6.* habetur Templum inchoatum fuiſſe menſe Zio, & ait: iſte eſt menſis ſecundus, & infrà *v. 38.* ait menſem Bul eſſe menſem octauum, Zius autem eſt ſecundus à Niſan, & Bul octauus ab eodē Niſan, ergo Diuina Scriptura ab hoc menſe annos inchoat.

Affero nunc Kalendarium Iudaicum pro anno Æræ comm. 1712., quòd tamen inchoabo ab Autumno anni 1711., vt exordiar à Neom. anni Judaici 5472., & in prima columna habebis dies menſium Romanorum ſignatos Literis Dominicalibus ijſdem diebus competentibus. Jn ſecunda columna habebis dies menſium Iudaicorum.

Sed aduertendum eſt Iudæos ante captiuitatem Babylonicam non habuiſſe menſium nomina propria, quarè illos diſtinguebant per numeros ordinales, videlicèt primus, ſecundus, tertius, &c.

&c. Uerùm poſt captiuitatem ſingulis nomina propria dediſſe, quæ ibidem notabimus, & ſunt potius idiomatis Chaldaici, quàm Iudaici. Rurſùs poſt Monarchiam Græcorum vtebantur etiam nonnullis nominibus Græcis, & Niſan dixerunt Xanticum, Iar ſiuè Zium Artemiſium, Elul Gorpięum, denique Adar, & in Emboliſmali Ueadar, menſē videlicèt, qui præcedit Niſan, dixerunt Dyſtrum, ſiuè Dioſcorum.

Sciendum præterea apud Hebręos præter dies feſtos in Kalendario ſignatos fuiſſe etiam feſtiua omnia Sabbatha, & omnes Neomen. cuiuſlibet menſis. Quotidiè etiam ſacrificaſſe ſummo manè, & in veſperis, quod dicitur Sacrificium Juge.

KALENDARIUM JUDAICUM.

Pro anno Ærę Iudaicę 5472., Cyclo 19., cuius Neom. incidit in annum P.I. 6424., Ærę Ch. 1711., Cyclo 2., Lit. Dom. Gregoriana D. Eſt autem annus Judaicus Emboliſm. deficiens dierum 383.

September.		
E. 14.	1.	Neom. Menſis Tishri, ſiue Ethanim. Primus in anno Hiſtorico, & ſeptimus in anno Eccleſiaſtico, ſiuè ſacro dierum 30., & initium anni Iudaici 5472., Cyclo Lunari Iudaico 19.
E. 28.	15.	Scenopegia, ſiue feſtum Tabernaculorum cum octaua.
October.		
D. 4.	21.	Geſtatio Palmarum, ſiue Salicū.
E. 5.	22.	Octaua Scenopegię cum collecta. Feſtiuitas legis, & Encænia Templi Ieroſolymæ.
G. 14.	1.	Neom. Menſis Marheshuan, ſiue Bul dierum 29.
Nouemb.		
A. 12.	1.	Neom. Menſis Caſleu dierum 29., quia annus eſt deficiens.

Decemb.		
D. 6.	25.	Feſtum ob victoriam Iudith, & Encenia. Feſtum etiam luminarium per dies octo.
B. 11.	1. Neom. Menſis Tebeth dierum 29.	
Ianuarius.		Incipit annus Iulianus 1712. Cyclo Lunari 3., Lit. Dom. Gregoriana C.B.
B. 9.	1. Neom. Menſis Sabat, ſiuè Schebat dierum 30.	
Februar.		
D. 8	1. Neom. Menſis Adar dierum 29.	
D. 22.	15.	Phurim minor, maior autem celebratur anno Emboliſmali in Veadar.
Martius.		
D. 8.	1. Neom. Menſis Veadar dierum 30. ab alijs dicitur Dyſtrus ſiuè Dioſcorus.	
B. 20.	13.	Feſtum ob cædem Nicaronis; Eſther humiliatio.
C. 21.	14.	Phurim maior, ſiuè celebritas ſortium in memoriam liberationis Iudæorum ab inſidijs Aman, & fit per biduum. Per quoſdam ſunt etiam Encęnia Templi à Zorobobele reędificati.
Aprilis.		
F. 7.	1. Neom. Niſan, ſiuè Xantici, qui in anno hiſtorico eſt menſis ſeptimus, ſiuè octauus ſi annus ſit Emboliſm., & in anno Eccleſiaſtico, ſiuè Sacro eſt primus. Dierum 30. Æræ Judaicæ 5472.	
E. 20.	14.	Phaſe ad occaſum Solis.
F. 21.	15.	Prima dies Azimorum, & ſolemnitas Paſchalis cum ſex diebus ſubſequentibus.

G. 22.

G. 22.	16.	Omer. Oblatio manipuli ſpicarum. Ab hac die, incluſis terminis, ſunt dies 50. ad Pentec.
E. 27.	21.	Septima dies Azimorum. Solemnitas omniũ celeberrima, cum collecta.
Maius.		
A. 7.	1.	Neom. Menſis Iar, ſiuè Zij dierum 29., ab alijs dictus Artemiſius.
Iunius.		
B. 5.	1.	Neom. Menſis Siban, ſiuè Siuuan dierum 30.
G. 10.	6.	Pentecoſtes, ſolemnitas ob datam legem Moyſi in Monte Sina.
Iulius.		
D. 5.	1.	Neom. Menſis Thamus, ſiuè Tamuz dierum 29.
Auguſtus.		
E. 3.	1.	Neom. Menſis Ab dierum 30.
Septemb.		
G. 2.	1.	Neom. Menſis Elul dierum 29., hic eſt ſextus menſis anni Eccleſiaſtici, & vltimus anni hiſtorici. Ab alijs hic menſis dicitur Gorpiæus.
October.		
A. 1.	1.	Neom. Menſis Tishri, & anni Æręæ Iudaicæ 5473. Annus hic eſt communis abundans dierũ 355., Cyclus Iudaicus 1.
A. 5.	15.	Scenopegia, vt ſuprà.
G. 21.	21.	Geſtatio Palmarum, ſiue Salicũ.
A. 22.	22.	Octaua Scenopegię.
C. 31.	1.	Neom. Menſis Marheshuan dierum 30., eò quòd annus ſit abundans.
Nouemb.		
E. 30.	1.	Neom. Menſis. Caſleu dierum 30.
Decemb.		
A. 24.	25.	Feſtum ob victoriam Iudith.

G. 30.

G. 30.	1. Neom. Menſis Tebeth dierum 29.	
Ianuarius.		Anni Æræ Ch. 1713., Cyclo Lun. 4., Lit. Dom. Greg. A.
A. 29.	1. Neom. Menſis Sabat, ſiuè Schebat dierum 30.	
Februar.		
B. 27.	1. Neom. Menſis Adar, ſiuè Dyſtri, vel Dioſcori dierum 29.	
Martius.		
G. 11.	13.	Feſtum ob Cędem Nicaronis. Eſther humiliatio.
A. 12.	14.	Phurim maior ſiuè celebritas ſortium &c.
B. 13.	15.	Phurim minor. Encenia Templi à Zorobabele reædificati.
C. 28.	1. Neomen. Niſan, ſiuè Xantici.	
Aprilis.		
B. 10.	14.	Phaſe ad occaſum Solis.
C. 11.	15.	Prima dies Azimorum, & ſolemnitas Paſchalis.

Paſcha Iudæi communiter celebrant intrà hebdomadam Sanctam, ſed aliquando etiam, vel Sabbatho præcedenti, vel Dom. Palm. & tunc nos ritè poſſemus Paſcha noſtrũ celebrare Dom. pręcedenti; quæ eſt Palm.; cùm verò ipſi Paſcha poſtponunt, illud celebrando in Plenilunio menſis ſecundi, tunc errant ideò, hìc ſigno annos in quibus, Judæi à nobis diſcrepant.

PASCHA IUDÆORUM	PASCHA CHRISTIAN.
1710. die 13. Aprilis Dom. Pal.	die 20. Aprilis
1712. die 21. Apr. in Plen. M. 2.	die 27. Martij
1720. die 23. Apr. in Plen. M. 2.	die 31. Martij
1723. die 20. Apr. in Plen. M. 2.	die 28. Martij
1724. die 8. Apr. Sab. Palmarũ	die 16. Aprilis
1727. die 5. Apr. f. 7. Sab. Pal.	die 13. Aprilis
1730. die 2. Apr. f. 1. Dom. Pal.	die 9. Aprilis
1731. die 21. Apr. f. 7. in Pl. M. 2.	die 25. Martij

AD-

ADDITIO AD LECTIONEM PRÆCEDENTEM.

LECTIO XLVJ.

LEctione præcedenti dedimus regulas ad cognoſcendum qua die incipiat annus quilibet Æræ Judaicę, & in quam diem incidat eorum Paſcha, efformauimus etiam Kalendarium pro anno Æræ Chriſti 1712., verùm hìc dabimus initium anni Iudaici pro annis 23., videlicèt ab anno Æræ C. 1708. ad annum 1731., ſignando etiam quolibet anno Paſcha tùm Iudæorum, tùm Chrſtianorum, vt meliùs percipi poſſit, quo anno ipſi errent.

Aduertendum etiam, quòd ſicùt nos in annis Æræ Chriſti, addita vnitate, diuidendo per 19. reperimus numerum Cycli decemnoualis, ità etiam Iudæi diuidendo eorum Æram in 19. reperiunt ſuum Cyclum, qui à noſtro diſcrepat per duas vnitates, vt infrà conſideranti patebit.

1708. Hoc anno nos celebrauimus Paſcha die 8. Aprilis, Iudæi verò die 5. Aprilis; Cyclo Lunari Romano 17. Litera Dominicali G.

Incipit annus Iudaicus 5469., Cyclo Judaico 16. Neom. ex computo dierum incidit in diem 16. Septembris feria 1., ſed ex computo feriæ die 15. feria 7., hâc ergo die init, nam quoties diſcordat computum dierum à computo ferię, ſtandum eſt computo feriæ. Eſt annus communis abundans dierum 355.

1709. Lit. Dom F. Cyclo Romano 18. erit Paſcha Iudæorum die 26. Martij, nobis verò die 31. Martij.

Jncipit annus Iudaicus 5470., Cyclo Lunari Judaico 17., Neom. die 5. Septembris feria 5., licèt per computum feriæ inire debeat feria 4. h. 15. 1030., ſed propter Adù transfertur in feriam quintam. Eſt annus Emboliſmalis deficiens dierum 383., quod patet, nam hic init

f. 5.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5475., Cyclo Lun. Jud. 3., incidit in diem 9. Septembris f. 1. 13. 768., ſed propter Adù transfertur in feriam 2., quę incidit in diem 10. Septembris; eſt annus Emboliſm. deficiens dierũ 383.

1715. Lit. Dom. F., Cyclo Lun. Rom. 6. Paſcha Iudæorum celebrabitur die 18. Aprilis, noſtrum verò die 21. Aprilis.

Neomen. Tishri, & anni Iudaici 5476., Cyclo Lun. Iudaico 4., incidit in diem 28. Septembris f. 7. Eſt annus communis abundans dierum 355., & terminat die 16. Septembris 1716.

1716. Lit. Dom. E. D., Cyclo Lun. Rom. 7. Paſcha Judæorum celebrabitur die 7. Aprilis, noſtrum verò die 12. Apr.

Neom. Tishri, & anni Judaici 5477., Cyclo Lun. Iudaico 5., incidit aſtronomicè in diem 16. Septembris f. 4. 19. 901., ſed propter Adù transfertur in diem 17. Septembris f. 5. Eſt annus communis ordinarius dierum 354.

1717. Lit. Dom. C., Cyclo Lun. Rom. 8. Paſcha Judæorum celebrabitur die 27., noſtrum verò die 28. Martij.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5478., Cyclo Lun. Judaico 6., incidit in diem 6. Septembris feria 2. Eſt annus Emboliſmalis abundans dierum 385.

1718. Lit. Dom. B., Cyclo Lun. Romano 9. Paſcha Judæorum celebrabitur die 16. Aprilis, noſtrum verò die 17.

Neom. Tishri, & anni Judaici 5479., Cyclo Lun. Iudaico 7., init aſtronomicè die 25. Septembris f. 1. 2. 206., ſed propter Adù transfertur in f. ſecundam, quæ eſt 26. Septembris. Eſt annus communis deficiens dierum 353.

1719. Lit. Dom. A., Cyclo Lun. Romano 10. Paſcha Iudæorum celebrabitnr die 4. Aprilis, noſtrum verò die 9. Aprilis.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5480., Cyclo Iudaico Lunari 8., incidit in diem 14. Septembris feria 5. 11. 4. Eſt annus Emboliſmalis abundans dierum 385.

1720. Lit. Dom. G. F., Cyclo Lun. Rom. 11. Paſcha Iudæorum celebrabitur die 23. Aprilis, noſtrum verò die 31. Martij, nam Judæi errant in computo Lunationum.

Neom. Tishri, & anni 5481., Cyclo Lun. Judaico 9. init die 3. Octobris f. 5. Eſt annus com. deficiens dierum 353.

1721. Lit. Dom. E., Cyclo Lun. Rom. 12. Paſcha Iudeorum celebrabitur die 12. Aprilis, noſtrum verò die 13.

Neom. Tishri, & anui 5482., Cyclo Lun. Judaico 10., init die 21. Septembris feria 1. 17. 387., ſed propter Adù tranfertur in diem 22. f. 2. Eſt annus communis abundans dierum 355.

1722. Lit. Dom. D., Cyclo Romano 13., Paſcha Iudęorum celebrabitur die 2. Aprilis, noſtrum verò die 5.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5483., Cyclo Lunari Iudaico 11., init die 11. Septembris feria 6. 2. 183., ſed propter Adù transfertur in diem 12. feria 7. Eſt annus Emboliſmalis deficiens dierum 383.

1723. Lit. Dom. C., Cyclo Romano Lunari 14. Paſcha Iudæorum celebrabitur die 20. Aprilis feria 2., noſtrum verò die 28. Martij, ob errorem Judæorum in computandis Lunationibus.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5484., Cyclo Lun. Iudaico 12., init die 29. Septembris f. 4. 23. 775., ſed propter Adù, & Iad transfertur in feriam 5. die 30. Septembris. Eſt annus communis ordinarius.

1724. Lit. Dom. B. A., Cyclo Lun. Romano 15. Paſcha Iudæorum celebrabitur die 8. Aprilis f. 7., noſtrum verò die 16., celebrandum ritè die 9., cùm Plenilunium aſtronomicum incidat in diem 8. 13. 42.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5485., Cyclo Lunari Iudaico 13., init die 18. Septembris feria 2. Eſt annus communis abundans dierum 355.

1725. Lit. Dom. G., Cyclo Lun. Romano 15. Paſcha Judæorum celebrabitur die 29. Martij f. 5., noſtrum verò die 1. Aprilis.

Neom. Tishri, & anni Iudaici, 5486., Cyclo Lun. Iudaico 14., init die 7. Septembris f. 6., ſed propter Adù transfertur in feriam 7. diem 8. Septembris. Eſt annus Emboliſmalis ordinarius dierum 384.

1726. Lit. Dom. F., Cyclo Lun. Romano *16.* Paſcha Judæorum celebrabitur die *16.* Aprilis f. *3.*, noſtrum verò die 21. Aprilis.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5487., Cyclo Lun. Iudaico 15., init die 27. Septembris ex computo dierum, ſed quia ex computo feriæ init f. 5. 14. *956.*, ideò dicendum eſt inire die 26., & hoc pacto annus præcedens eſt dierum 384. Eſt annus communis abundans dierum 355.

1727. Lit. Dom. E. Cyclo Lun. Rom. 17., Paſcha Iudæorum celebrabitur die 5. Aprilis f. 7., noſtrum verò die 13. Aprilis. Quod tamen poterit ritè celebrari die *6.* Aprilis, cûm plenilunium incidat in eandem diem *6.* 4. 52. 7., & per conſequens intra tres quadrantes diei Dominicæ.

Neom. Tishri, & anni Iud. 5488., Cyclo Lun. Iudaico *16.*, init die 15. Septembris f. 2. 23. 749. ſed propter Iad transfertur in feriam tertiam 16. Septembris. Eſt annus communis ordinarius dierum 354.

1728. Lit. Dom. D. C., Cyclo Lun. Romano 18. Paſcha Judæorum celebrabitur die 25. Martij f. 5., noſtrum verò die 28.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5489., Cyclo Lun. Iudaico 17., init die 3. Septembris f. *6.*, ſed propter Adù transfertur in diem 4. feria 7. Eſt annus communis ordinarius dierum 354.

1729. Lit. Dom. B., Cyclo Lun. Rom. *19.* Paſcha Iudæorum celebrabitur die 13. Aprilis f. 4., noſtrum verò die 17.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5490., Cyclo Iudaico Lun. 18. init die 23. Septembris f. *6.*, ſed propter Adù transfertur in diem 24. f. 7. Eſt annus communis ordinarius dierum 354.

1730. Lit. Dom. A., Cyclo Lun. Rom. 1. Paſcha Iudæorum celebrabitur die 2. Aprilis, noſtrum verò die *9.* Aprilis.

Neom. Tishri, & anni Judaici 5491., Cyclo Iudaico Lun. *19.*, init die 12. Septembris feria *3.* 14. *930.*, Eſt annus

nus Embolisſmalis ordinarius dierum 384.

1731 Lit. Dom. G., Cyclo Lun. Romano 2. Paſcha Iudæorum celebrabitur die 21. Aprilis, noſtrum verò die 25. Martij ob errorem Judæorum in computandis Lunationibus.

Neom. Tishri, & anni Iudaici 5492., Cyclo Iudaico Lunari 1., init die 1. Octobris feria 7.

Ex his collige annis, in quibus habentur Cycli Iudaici 8. 11. 19. Judæos ſemper errare in computationibus Lunationum, ſumendo Lunationem menſis Zij, qui eſt ſecundus in anno Eccleſiaſtico, & octauus in anno Ciuili communi pro Lunatione menſis Niſan, qui eſt primus in anno ſacro, ideò in plenilunio menſis Zij celebrant Paſcha celebrandum in plenilunio lunationis præcedentis Niſan.

DE

Digitized by Google

DE KALENDARIO GRÆCO.

LECTIO XLVII.

DIximus ſuprà, Lectione 10. Græcos Atticos annum inchoaſſe à Nouilunio illo, cuius Plenilunium incideret in Solſtitium Æſtiuum, aut immediatè poſt ipſum, menſes verò eorum Aſtronomicè fuiſſe dierum 29. h. 12. m. 44., ciuilitèr verò primum fuiſſe dierum 29., ſecundum dierum 30., & ſic ſucceſſiuè; ſed quia habebant etiam annos Emboliſmales dierum 384., & hi in Cyclo decennouali erant 3. 5. 8. 11. 14. 16. 19., ideò poſt Poſſideon, qui erat menſis ſextus, addebant alium menſem, quem Poſſideō ſecundum nominabant dierum 30.

Macedones annum inchoabant ab illo Nouilunio, cuius Plenilunium incideret in Æquinoctium Autumnale, aut proximè poſt ipſum, ſeruantes in reliquis formam anni Attici. Uerùm ex Alexandri mandato Artemiſius, qui erat menſis ſeptimus, tranſiuit in locum Dæſij, qui erat octauus, & ſic omnes alij ſucceſſiuè locùm mutarunt, quem ordinem ſeruat Ioſephus in libris Antiquitatum.

Nec prætereundum eſt modernos Macedones ad Iulij Cæſaris exemplum annum ordinaſſe ad Solis curſum, eumque diuiſiſse in menſes 12., quibus nomina dedere Macedonica, ſed ordinem Romanum. Aliquando etiam annum diuiſiſſe in quatuor partes, videlicèt Verem, Æſtatem, Autumnum, & Hyemem, ſingulas verò partes diuiſiſſe in menſes 3., ità vt Dius inchoaret ab Æquinoctio Autumnali. Peritius à Solſtitio brumali. Artemiſius ab Æquinoctio Verno. Lous à Solſtitio Æſtiuo.

Nunc dò Kalendarium, in cuius columna prima ſunt menſes Attici. In ſecunda Macedonici antiqui, quos conuertes in ordinatos ab Alexandro, ſi Artemiſio dabis locum Dæſij, huic locum Panemi, & ſic ſucceſſiuè. In tertia columna ſunt dies menſium Romanorum, in quos incidit Neom. cuiuſlibet menſis poſitj in eadem linea, ſiu ſitè Atticus, ſiuè Macedonicus.

KA-

KALENDARIUM GRÆCUM.

Pro Olimpiadis 622. anno 3. incipiente anno Æræ Ch. 1711. die 16., Iunij, Æræ autem Græcorum ciuili 7219. incipiente anno eodem Æræ C. à Kal. Septembris.

Menſes Attici.		Macedonici.		Romani.
1. Hecatõbęon.	29.	10. Lous	29.	16. Junij
2. Metagitnion.	30.	11. Gorpiæus	30.	15. Iulij
3. Boedromion.	29.	12. Hyperberet.	29.	14. Auguſti
4. Maemacteriõ.	30.	1. Dius	30.	13. Septembris
5. Pyanepsion.	29.	2. Apellæus	29.	13. Octobris
6. Poſſideon. 1.	30.	3. Audinęus 1.	30.	11. Nouembris
Poſſideon 2.	30.	Audinæus 2.	30.	11. Decembris
7. Gamelion.	29.	4. Peritius	29.	10. Iannarij 1712.
8. Antheſteriõ.	30.	5. Dyſtrus, vel		8. Februarij
		Dioſcorus	30.	9. Martij
9. Elapheboliõ.	29.	6. Xanticus	29.	7. Aprilis
10. Munychion.	30.	7. Artemiſius	30.	7. Maij
11. Thargelion.	29.	8. Daeſius	29.	5. Iunij
12. Scirrhophor.	30.	9. Panemus	30.	5. Iulij
1. Hecatõbęon.	29.	10. Lous	29.	3. Auguſti
2. Metagitnion.	30.	11. Gorpiæus	30.	2. Septēb. Æ. Gr. 7220.
3. Boedromion.	29.	12. Hyperberet.	29.	1. Octobris
4. Maemacteriõ.	30.	1. Dius	30.	31. Octobris
5. Pyanæption.	29.	2. Apellęus	29.	29. Nouembris
6. Poſſideon.	30.	3. Audinæus	30.	29. Decembris
7. Gamelion.	29.	4. Peritius	29.	27. Januarij 1713.
8. Antheſteriõ.	30.	5. Dyſtrus, vel		
		Dioſcorus	30.	

Digitized by Google

DE KAL. TURCICO, SIVE ARABICO.

LECTIO XLVIII.

Vidimus ſuprà Lectione 29. quid ſit Æra, & annus Arabicus: modò afferam Kalendarium pro anno Æræ Ch. 1712., Æræ autem Arabicæ, ſiuè Maumedicæ 1124., aduertendo, quòd licèt ex computo dierum incidat in diem 8. Februarij, cùm tamèn ex computo feriæ, & etiam anni præcedentis incidat in diem 9. Februarij, ideò eâ die ſignabimus Neom. menſis Muharram, qui eſt primus in anno, prætermiſſis diebus præcedentibus anni Gregoriani, in quibus die 10. Ianuarij incidit Neom. menſis Dulheggia, qui eſt vltimus in anno Arabico, & cum annus 1123. fuerit Emboliſmalis, habuit dies 30. Habes ergo in prima columna nomina menſium Turcico idiomate, in ſecunda nomina menſium Arabica, cum ſit idioma diuerſum, & in 3. columna dies menſium Rom., in quos incid. Neom.

KALENDARIUM ARABICUM, SIUE TURCICUM.

Pro anno Æræ com. 1712. Hegiræ 1124. Cyclo Arabico 14.

Nomina Turcica.		Nomina Arabicà.				
1. Muharrã dier.	30.	Maaram	9.	Februarij	f.	3.
2. Sepher	29.	Saphar	10.	Martij	f.	5.
3. Rabiul Euuel	30.	Rabia prior	8.	Aprilis	f.	7.
4. Rabiul Achir	29.	Rabia poſterior	8.	Maij	f.	1.
5. Gimaaſil Euuel	30.	Jomada prior	6.	Junij	f.	2.
6. Gimaaſil Achir	29.	Jomada poſterior	6.	Iulij	f.	4.
7. Regeb	30.	Raiab	4.	Auguſti	f.	5.
8. Sahaubam	29.	Shaabam	3.	Septembris	f.	7.
9. Ranazam	30.	Ramadam	2.	Octobris	f.	1.
10. Scherrail	29.	Schauual	1.	Nouembris	f.	3.
11. Zikade	30.	Dulkaadah	30.	Nouembris	f.	4.
12. Zilkigge	29.	Dulcheggia	30.	Decembris	f.	6.
1. Muharã an. 1125.		Maharam	28.	Ianuar. 1713.	f.	7.

Aduer.

Aduertendum eſt autem, quòd ad cognoſcendum in quam diem menſis, & anni Gregoriani incidat principium menſis Ramadam, quo menſe Turcæ ieiunant, videndum eſt in quam diē à Kal. Ianuarij annus Turcicus incipiat, illique addendi ſunt dies 236. nam denominator huius ſummæ dabit diem primam menſis Ramadam. Do exemplum: anno 1712. annus Arabicus 1124., & menſis Muharram init die 9. Februarij, quæ eſt 40. à Kal. Ianuarij, illi adde 236., dant dies 276., & cum denominator huius ſummæ in anno biſſextili competat diei 2. Octobris, dicendum eſt hac die incipere menſem Ramadam, & ieiunium Turcarum, ſi autem datæ ſummæ, ideſt ad 276. addas 30., dabit 306. cuius ſummæ denominator competit diei 1. Nouembris, hac ergo die init menſis Shauuual, & eorum celebritas Paſchalis.

Aduertendum ſecundò, quòd licèt tùm Hebræi, tùm Græci, tùm Turcæ celebrent Neomenias Lunæ, & inchoent ſuos menſes à prima Lunæ Phaſi, Hebræi tamen, & Turcæ ſequuntur proprios calculos, & iuxtà illos inchoant annum, conſequenter etiam alios menſes; in Kalendario autem Greco ſecutus ſùm Tabulas Aſtronomicas, addendo horas 27. 30. Syzygiæ mediæ, ideò anno 1712. Neomeniam Lunę in Martio ſignant Iudæi die 8., Græci die 9., Turcę verò die 10., & Nouilunium Decembris Iudæi cum Turcis die 30., Græci autem die 29.

Aduertendum tertiò, quòd hi omnes dies inchoant ad occaſum Solis diei pręcedentis, ſic v. g. cum dicimus Arabes inchoaſſe annum die 9. Februarij, intelligendum eſt inchoaſſe ad occaſum Solis diei 8. Februarij.

Pro complemento huius Lectionis dò nomina ſingulorū dierum hebdomadæ idiomate Arabico, aduertendo diem vocari Nar, & ſicut nos Itali dicimus (il giorno di Venerdì,) ſic ipſi dicunt Nar al Giema. Hebdomadā autem inchoant à die Sabbathi, qui eſt primus poſt diem Veneris ipſis feſtiuum.

Nomina dierum hebd. Arabica.

Sabbathum	Nar al Septh
Dominica	Nar al Chet
Feria 2.	Nar al Tenit
Feria 3.	Nar al Tellata
Feria 4.	Nar al Arba
Feria 5.	Nar al Chamis
Feria 6.	Nar al Giema d. feſt.

AD-

ADDITIO AD LECTIONEM PRÆCEDENTEM.

LECTIO XLJX.

VIdimus ſuprà Lectione 28., quid ſit Æra, & annus Arabicus, ſiuè Turcicus, & Lectione præcedenti dedimus Kalendarium Arabicum pro anno Ch. 1712., nunc autem ad maiorem dilucidationem ſignabimus, qua die incipiet annus per annos 30., in hoc enim numero includitur integer Cyclus Arabicus annorum 30., & hinc poterit vnuſquiſque efformare Kalendarium pro quolibet ex his annis 30. dando primo menſi dies 30., ſecundo 29., & ſic ſucceſſiuè intercalariter, quòd ſi annus ſit Emboliſmalis dandi ſunt menſi duodecimo dies 30., alijs autem annis tantùm 29.

Aduertendum ſecundò Cyclum Arabicum annorum 30. bene dignoſci, ſi anni Æræ Arabicæ diuidantur per 30., nam denominator fractorum dat Cyclum illius anni. Do exemplum: Anno Æræ Ch. 1710. die 2. Martij iniuit annus Hegiræ 1122., hunc numerum diuide per 30., & remanent 12. fracta, igitur hoc anno decurret Cyclus Arabicus 12., & ſic de alijs.

Aduertendum tertiò, vt diximus Lect. 28. in hoc Cyclo eſſe Emboliſmales annos 2. 5. 7. 10. 13. 15. 18. 21. 24. 26. 29. vndecim videlicèt Emboliſmales dierum 355., & decem, & nouem cauos, ſiuè communes dierum 354.

1710. Litera Dom. E., die 2. Martij feria 1. init annus Hegiræ 1122., Cyclo Arabico 12.

1711. Lit. Dom. D., die 19. Februarij f. 5. init annus Hegiræ 1123. Cyclo 13. Eſt annus Embol.

1712. Lit. Dom. C. B., die 9. Februarij f. 3. init annus Hegiræ 1124., Cyclo 14., licèt ex computo dierum iniret die 8. Februarij, correctum tamen per computum feriæ.

1713. Lit. Dom. A., die 28. Ianuarij f. 7. init annus Hegiræ 1125., Cyclo 15. annus Emboliſ. dierum 355.

1714. Lit. Dom. G., die 18. Ianuarij feria 5. init annus Hegiræ 1126. Cyclo 16.

1715. Lit. Dom. F., die 7. Januarij f. 2. init annus Hegiræ 1127. Cyclo 17.

1715. Lit. Dom. F., die 27. Decembris f. 6. init annus Hegirę 1128. Cyclo 18. an. Embol. dierum 355.

1716. Lit. Dom. E. D., die 16. Decembris f. 4. init an. Hegirę 1129. Cyclo 19.

1717. Lit. Dom. C., die 5. Decembris f. 1. init annus Hegiræ 1130., Cyclo 20.

1718. Lit. Dom. B., die 24. Nouembris f. 5. init annus Hegirę 1131., Cyclo 21., an. Embol. dierum 355.

1719. Lit. Dom. A., die 14. Nouembris f. 3. init annus Hegiræ 1132., Cyclo 22.

Aduertendum per computum dierum hunc annum inire die 13., corrigendum tamen, tùm ex computo feriæ, tùm ex anno prçcedenti, qui cùm fuerit Embolismalis terminauit die 13. Nouembris, ergo an. hic incipit die 14.

1720. Lit. Dom. G. F., die 2. Nouembris f. 7. init annus 1133., Cyclo 23.

1721. Lit. Dom. E., die 22. Octobris f. 4. init annus 1134., Cyclo 24. an. Embol. dierum 355.

1722. Lit. Dom. D., die 12. Octobris f. 2. init annus Hegiræ 1135., Cyclo 25.

1723. Lit. Dom. C., die 1. Octobris f. 6. init annus Hegiræ 1136., Cyclo 26. an. Embol. dierum 355.

1724. Lit. Dom. B. A., die 20. Septembris f. 4. init annus Hegiræ 1137., Cyclo 27.

1725. Lit. Dom. G., die 9. Septembris f. 1. init annus Hegiræ 1138. Cyclo 28.

1726. Lit. Dom. F., die 29. Augusti f. 5. init an. Hegiræ 1139., Cyclo 29., an. Embol. dierum 355.

1727. Lit. Dom. E., die 19. Augusti f. 3. init annus Hegiræ 1140. Cyclo 30., licèt ex computo dierum iniat die 18., corrigendum per computum feriæ.

1728.

Digitized by Google

1728. Lit. Dom. D. C., die 7. Auguſti f. 7. init annus Hegiræ 1141., Cyclo 1.

1729. Lit. Dom. B. die 27. Iulij f. 4. init annus Hegiræ 1142.; Cyclo 2. an. Embol. 355.

1730. Lit. Dom. A. die 17. Iulij f. 2. init annus Hegiræ 1143. Cyclo 3.

1731. Lit. Dom. G., die 6. Iulij f. 6. init annus Hegiræ 1144.; Cyclo 4.

1732. Lit. Dom. F. E., die 24. Iunij f. 3. init annus Hegiræ 1145.; Cyclo 5., an. Embol. dierum 355.

1733. Lit. Dom. D. die 14. Junij f. 1. init annus Hegiræ 1146.; Cyclo 6.

1734. Lit. Dom. C., die 3. Junij f. 5. init annus Hegiræ 1147.; Cyclo 7. an. Embol. dierum 355.

1735. Lit. Dom. B. die 24. Maij f. 3. init annus Hegiræ 1148.; Cyclo 8. f. 3. licèt ex computo dierum debeat inire die 23., corrigendum per computum feriæ, & per dies 355. anni præcedentis.

1736. Lit. Dom. A. G., die 12. Maij init annus Hegiræ 1149.; f. 7., Cyclo 9.

1737. Lit. Dom. F., die 1. Maij init annus Hegiræ 1150., Cyclo 10. an. Embol. dierum 355.

1738. Lit. Dom. E., die 21. Aprilis f. 2. init an. 1151., Cyclo 11.

1739. Lit. Dom. D., die 10. Aprilis f. 6. init annus Hegiræ 1151, Cyclo 12.

Digitized by Google

DE KALENDARIO EGYPTIACO.

LECTIO L.

DIximus ſuprà Lectione 24. quid ſit annus, & Æra Ægyptiaca, quæ etiam dicitur Nabonaſſari; Lectione autem 26. quid ſit annus Ægyptiacus reformatus, ſiue Alexandrinus, qui ambo diriguntur non à Lunæ, ſed à Solis motu; nunc dandum eſt vtrumque Kalendarium pro anno 1712., quod tamen inchoabo ab anno 1711., vt me conformem anni principio in vtraquæ Æra; primus enim incipit die 3. Iulij anno 1711., ſecundus verò 30. Auguſti, & anno 1712. primus die 2. Iulij, ſecundus die 29. Auguſti, quò pacto continuabunt vſque ad annum 1715.

In primâ columnâ habes menſes Ægyptiacos, & in ſecundâ, & tertiâ menſes Romanos, & dies, in quos incident Neomeniæ menſium Ægyptiorum.

KALENDARIUM ÆGYPTIACUM.

Pro annis Æræ Nabonaſ. 2460., & 2461. correſpondentes anni Æræ Chr. 1711., & 1712.

Menſes Ægyptij.	Menſ. Rom. an. 2460.	An. 2461.
1. Thoth.	3. Iulij 1711.	2. Iulij 1712.
2. Paophi.	2. Auguſti.	1. Auguſti.
3. Achir.	1. Semptembris.	31. Auguſti.
4. Choiac.	1. Octobris.	30. Septembris.
5. Tybi.	31. Octobris.	30. Octobris.
6. Mechir.	30. Nouembris.	29. Nouembris.
7. Phamenoth.	30. Decembris.	29. Decembris.
8. Pharmuti.	29. Ianuarij an. 1712.	28. Ianuarij 1713.
9. Pacon.	28. Februarij.	27. Februarij.
10. Pauni	29. Martij.	29. Martij.
11. Epiphi.	28. Aprilis.	28. Aprilis.
12. Meſori.	28. Maij.	28. Maij.
Apendices dierũ 5.	27. Iunij.	27. Iunij.

KA-

KALENDARJVM ALEXANDRINVM.

Pro annis Æræ Alexandrinę 1428., & 1429., qui incidunt in annos Æræ Chr. 1711., & 1712.

Menſes Ægyptiaci.	Menſes Romani.	
Ap. d. 6. an. 1427.	24. Auguſti 1711.	An Ægyptiacus 1429.
1. Thoth. anni 1428.	30. Auguſti.	29. Auguſti.
2. Paophi.	29. Septembris.	28. Septembris.
3. Achir.	29. Octobris.	28. Octobris.
4. Choiac.	28. Nouembris.	27. Nouembris.
5. Tybi.	28. Decembris.	27. Decembris.
6. Mechir.	27. Ianuarij an. 1712.	26. Ianuarij an. 1713.
7. Phamenoth.	26. Februarij.	25. Februarij.
8. Pharmuti.	27. Martij.	27. Martij.
9. Pachon.	26. Aprilis.	26. Aprilis.
10. Pauni.	26. Maij.	26. Maij.
11. Epiphi.	25. Iunij.	25. Iunij.
12. Meſori.	25. Iulij.	25. Iulij.
Apend. dierum 5.	24. Auguſti.	24. Auguſti.
Thoth. 1429.	29. Auguſti.	29. Auguſti.

DE KALENDARIO PERSICO.

LECTIO LI.

Diximus Lectione 26. annos Perſarum eſſe eiuſdem quantitatis, ac Ægyptiaci vagi, & ſolùm ab eis differre primò in Æra, quę apud Perſas eſt Æra Iſdegardis vltimi eorum Regis à Saracenis occiſi anno Æræ Ch. 632. Secundò in anni principio, annus enim Perſicus incipit à Neomenia Coiach, qui eſt menſis quartus Ægyptiacus. Tertiò in nomine menſium. Igitur afferam hic Kalendarium accommodatum huic Æræ pro anno Æræ Ch. 1712., ſed inchoabo ab anno 1711., vt habeatur initium anni Perſici 1081.

KALENDARIUM PERSICUM.

Pro anno 1081.	Pro anno 1711.	Pro an. 1712. 13. 14. 15.
1. Feruardin mah	1. Octobris	30. Septembris
2. Ardabahesht mah	31. Octobris	30. Octobris
3. Chordar mah	30. Nouembris	29. Nouembris
4. Tyr mah	30. Decembris	29. Decembris
5. Mordad mah	29. Ianuarij 1712.	28. Ianuarij 1713.
6. Shariuar mah	28. Februarij	27. Februarij
7. Meher mah	29. Martij	29. Martij
8. Aban mah	28. Aprilis	28. Aprilis
9. Adar mah	28. Maij	28. Maij
10. Di mah	27. Iunij	27. Iunij
11. Beheman mah	27. Iulij	27. Iulij
12. Eſphādarmod mah	26. Auguſti	26. Auguſti
Muſteraka, ideſt Apendices 5.	25. Septembris.	25. Septembris

Aduertendum eſt autem ſingulis menſibus addi mah, quod menſem ſignificat; non additur autem cùm ſolùm indicat diem menſis v. g. 10. Feruardin &c.

DE ILLIS, QVI REMPVBLICAM ADMINISTRARUNT.

LECTIO LII.

CUm ſępe contingat annos ſignari non Cyclis, non Periodis, non Æris, ſed nominibus illorum, qui Rempublicam adminiſtrarunt, ideò eorum pronomina hìc afferam. Hebręorum Rempublicam ab Adamo vſque ad Moyſem incluſiuè adminiſtrarunt Patriarchę per annos 2554.. A' Moyſis morte vſque ad electionem Saul in Regem, regebatur Judaica Reſpublica à Iudicibus per annos 356.. Deindè à Regibus per annos 484., videlicèt vſq; ad captiuitatem Regis Sedecię an. P. J. 4107. ex inde re-

regebatur à Pontificibus, & à Magiſtratu, qui dicebatur Synedrim vſque ad annum P. I. 4610., ex tunc enim Ariſtobolus Pontifex de genere Aſſamonęorum, ſiuè Machabęorum Regiam dignitatem reaſumpſit, quę in eâdem progenie continuauit per annos 64., videlicèt vſque ad mortem Regis Antigoni, quę contigit an. P. I. 4677. Cùm autem tres ante annos Herodes Aſcalonita exterus genere Regiam dignitatem obtinuiſſet, primus fuit Rex Iudęorum exterus, hic autem Innocentes morti damnauit. Secundus fuit Herodes Antipas, qui S. Io: Baptiſtam decolari iuſſit, & Chriſto illuſit. Tertius Herodes Agrippa ſenior, qui S. Jacobum morti damnauit, & S. Petrum in carcerem truſit. Quartus, & vltimus fuit Herodes Agrippa iunior, ſub quo contigit Ieroſolymæ deuaſtatio, neque amplius Iudaicus Populus Reges habuit.

Gręcia per plures annos habuit Reges, ſed deindè gubernatio de Monarchica tranſiuit in Ariſtocraticam, quarè Athenienſes regebantur per Arcontes, qui primùm fuere perpetui, deindè decennales, tandem annui; & ab horum gubernatione ſignabantur anni. Eorum catalogum affert Ricciolius *tom. 3. Chronol. reformata*.

Qui Rempublicam adminiſtrabant Apud Spartanos dicebantur Effores,

Apud Cretenſes, Coſmi.

Apud Corynthios Prytanes.

Apud Smirnęos Stephanophori, & hi erant Sacerdotes.

Apud Chartaginenſes Suffetes *ex Marsh. f. 309.*

Apud Hetruſcos Lucomoni.

Roma à ſui fundatione, quę contigit anno P. J. 3961. per annos 243. habuit Reges, illis autem eiectis, regebatur à Conſulibus, quandoque etiam à Magiſtratu decem virorum, & aliquando à Tribunis plebis; Ut plurimùm autem ſignantur anni per Conſules, quorum Catalogum habes apud Ricciolium *tom. 1., & tom. 3. Chronologiæ*.

DE

DE MONARCHIARUM, REGNORVMQVE FINE.

LECTIO LIII.

Hebreorum gens vt diximus ab Adam vſque ad Moyſem per annos 2514. regebatur per Patriarchas, deindè per annos 413. per Iudices, & Seniores, tandem, mortuo Samuele anno P. I. 3650., ſolus regnauit Saul, poſt Saulem Dauid, poſt Dauid Salomon, & hoc mortuo an. P. J. 3742., diuiſum eſt Regnum Iudaicum ſub Reoboamo, qui dominabatur ſuper Tribus Iuda, & Beniamin, & Samariticum, ſiue Iſraeliticum ſub Ieroboamo, qui dominabatur ſuper reliquas decem Tribus.

Anno P. I. 9378. Salmanaſar Rex Aſsyriorum, capta Samaria, & Oſea Rege Iſrael, finem habuit Regnum Iſraeliticum, quod ſteterat annis 236.

Anno P. I. 4107. Nabucdonoſor, capta Ieroſolymâ, & Sedeciâ Rege Juda, finem habuit Regnum Iuda, quod à morte Samuelis ſteterat annis 467.

Anno P. I. 4610. Ariſtobolus ex genere Aſſamonæorum, ſiuè Machabæorum Regiam dignitatem reaſumpſit, quæ in eius progenie continuauit per annos 64., donec anno P. I. 4674. iuſſu Antonij, Antigono Rege ſecuri percuſſo, regnauit Herodes infanticida. Tandem anno P. I. 4783., Ieroſolyma capta, & templo deſtructo, remanſit illa natio ſine Regibus.

Monarchia Aſſyriorum initium habuit à Belo, quem aliqui volunt fuiſſe Chus filium Cam, de quo *Gen. cap.* 10., vel à Nino eius filio, qui ibidem dicitur Nembroth, circa annum P. I. 2480. Finem habuit ſub Sardanapalo an. P. I. 3850.. Niniue erat Regia Aſſyriorum, & poſt Sardanapalum fuere quidem in ea Regia Reges Aſſyrij, ſed Monarchia tranſiuit ad Medos, quorum Regia Hecbatanes; tranſiuit ab his ad Chaldæos, ſiuè Babylonios, & tandem ad Perſas anno P. J. 4176.

Monarchia Perſarum initium habuit ſub Cyro anno P. I. 4176., cuius

cuius Regia fuit Suſa, & deſijt ſub Dario anno P. I. 4383., cùm ſtetiſſet annis 208.

Monarchia Græcorum cæpit ſub Alexandro anno P. I. 4383., ſed, eo mortuo, diuiſa eſt in partes, & nomen Monarchiæ continuauit in Regibus Syrię, qui Antiochi dicebantur, ſiuè Seleucidæ, quorum Regnum redactum eſt in Prouinciam Romanam à Pompeio anno P. I. 4648.

Monarchiæ Romanorum initium diuerſimodè ſtatuitur, nos cùm Vallemontio dicimus illius initium fuiſſe anno P. I. 4687., cùm Octauianus Cęſar Imperatoris nomen aſſumpſit.

Terminauit autem in Auguſtulo anno Æræ Ch. 475. P. I. 5188. Reuixit anno Æ. Ch. 800. ſub Carolo Magno, & ſtetit ſub Imperatoribus Gallis per annos 112., ſub Germanis vſque, & ad præſens. Ab hoc Imperio diuiſum eſt Orientale anno Æ. Ch. 395. ſub Flauio Arcadio Honorij fratre, & ſtetit vſque ad annum 1453., cùm ſub Conſtantino 13. vel 15. Conſtantinopolim capta eſt à Turcis die 29. Maij f. 3.

Hiſpania Reges habere cæpit ab anno 143. poſt diluuium P. I. 2513., ſed à Romanis ſubacta, Reges habere cæpit Gothos, ſiuè Viſigothos anno Æræ C. 369., qui regnarunt vſq; ad annum 713., quo tempore Mauri, ſiue Saraceni illam inuaſerunt, occiſo Rege Roderico, ibique regnarunt vſque ad annum 1492. cùm, capta Granata à Rege Ferdinando V., Saraceni omninò expulſi ſunt.

Eodem tempore, quo regnabant ibi Saraceni, Chriſtiani proprios Reges habuerunt, quorum primus fuit Pelagius ex Viſigothorum genere anno 716. electus in Regem Aſturiæ, & Legionis, Regumque ſeries continuauit vſque ad annũ 1516. cùm, mortuo Ferdinando, & Iſabella, electus fuit in Regem Carolus v. filius Ioannæ, quæ nata erat ex Ferdinando, & Iſabella. Horum Regum ſeries continuauit vſque ad annum 1700. cum, mortuo Carolo ſecundo, extincta eſt linea recta Caroli v. *Vide Ricciolum, & Vallemontium*.

Galliarum Reges initium habuerunt à Feramundo, à quo lata eſt Lex Salica, fæminas excludens à ſucceſſione, electus autem fuit anno Æræ C. 420., & anno 448. electus fuit Merouæ-

us, à quo ſtirps Merouingia, quæ regnauit vſque ad annum 751. cum, mortuo Chilperico ſecundò, electus fuit in Regem Pipinus filius Caroli Martelli Magiſtri Palatij, & nothi alterius Pipini. Hæc autem eſt ſtirps Carolingia, quæ regnauit vſque ad annum 987., cùm, mortuo Ludouico v. ſine prole, & reiecto Carolo Lotharingię Duce, electus fuit Vgo Capetus, a quo incępit ſtirps Capeta, quæ adhuc regnat.

Anno 1314. regnabat Philippus 4. Pulcher Nepos S. Ludouici, quem Bonifacius 8. excommunicauit, ipſe verò Bonifacium in carcerem trudi iuſſit, & licèt tres poſt ſe reliquerit filios, Ludouicum Vtinum, Philippum Longum, & Carolum Pulchrum, qui ſucceſſiuè Reges fuerunt, nullus tamen reliquit prolem maſculinam, ideòque anno 1328. ſucceſſit in Regno Philippus 6. Valeſius filius Caroli, qui fuit frater Philippi 4., & filius Philippi 3.

Ludouicus xi., de quo ait Uallemontius regnaſſe ſine conſilio, ſine iuſtitia, ſine ratione, mortuus eſt anno 1483., cui ſucceſſit Carolus 8. eius filius, qui mortuus eſt ſine prole anno 1498., ideoque ei ſucceſſit Ludouicus 12. conſanguineus, & , eo etiam mortuo ſine prole, ſucceſſit Franciſcus 1. anno 1515. Hic cum Leone x. iniuit Bononiæ concordatum, in quo, aboleta Pragmatica ſanctione, ſtatutum eſt, vt Rex nominet ad beneficia, & ſoluatur Pontifici prima annata.

Anno 1551. Henricus 2. filius Franciſci primi, & Maritus Catharinę Medicęę fortuitò occiditur, & ſucceſſiuè regnant tres eius filij, Franciſcus 2. Carolus 5., & Henricus 3.. Verùm, hoc à Fratre Dominicano occiſo, finem habuit ſtirps Valeſia anno 1592., quæ regnauit annos 264., eique ſucceſſit Henricus 4. Borbonius ex ſtirpe S. Ludouici per Robertum eius filium. Hoc Rege à Rauigliacco occiſo, ſucceſſit eius filius Ludouicus 13. Pater Ludouici 14. adhùc fæliciter regnantis.

Anno 400. ex Scandia, ſiue Gothia erupit gens illa ferociſſima, quæ Europam, & Africam vaſtauit, & diuiſa eſt in Viſigothos, Oſtrogothos, Vuandalos, Hunnos, & Longobardos.

Anno 464. finem habuit Hunnorum Regnum annis 10. poſt mortem Attilæ eorum Regis.

Anno

Anno 533. finem habuit ſub Gilimer Vuandalorum Regnum, quod cæperat anno 428. ſub Genſerico Arriano.

Anno 553., occiſo Totila, & paulò poſt etiam Teia Oſtrogothorum Regibus, finem habuit in Italia eorum Regnum, quod inceperat anno 476. ſub Odoacre.

Anno 713., Hiſpaniâ à Saracenis occupatâ, finem habuit Gothorum, ſiuè Viſigothorum Regnum, quod incæperat anno 369. ſub Attanarico Rege.

Anno 774. ſub Deſiderio Rege deſijt Regnum Longobardorum in Jtalia, vbi ex Pannonia aduenerant anno 568. ſub Alboino Rege.

De alijs Regnis, & Dominationibus vide Ricciolium, & Vallemontium *t.* 2., vbi eorum ſeriem diſtinctam inuenies.

ANIMADVERSIONES IN VARIOS AUCTORES.

LECTIO LIV.

SI quis aliquam Hiſtoricorum notitiam deſiderat, adeat D. Hieronymum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Bellarminum, Poſſeuinum, Vallemontium, & alios. Ego breuiter dico Moyſem fuiſſe primum hiſtoriarum Auctorem, qui ſacram hiſtoriam edidit in quinque libris Penthatheucon comprehenſam annorum 2450. circiter, licèt autem eam ſpiritu Dei afflatus ediderit, potuit tamen rerum notitiam naturaliter habere ab Amram Patre ſuo, cum quo vixit annos 58., Amram à Leui, cum quo vixit annos 37., vel à Ioſeph, cum quo vixit annos 14., Leui ab Iſaac, cum quo vixit annos 33., Iſaac à Sem, cum quo vixit annos 50., Sem à Mathuſalem, cum quo vixit annos 98., Mathuſalem denique ab Adam, cum quo vixit annos 243. De alijs hiſtoriæ Sacræ Auctoribus vide Auctores citatos.

Jnter omnes prophanos Auctores antiquiſſimi fuere Græci, & inter Græcos ſolius Herodoti hiſtoria ad nos deuenit, cum alio-

rum hiſtoriæ perierint. Hic natus eſt anno P. I. 4230. annis 8. poſt pugnam Marathoniam, & florebat anno P. I. 4269. Mortuus eſt Turij, quæ eſt Colonia Græcorum in Magna Græcia.

Xenophon inſignis Philoſophus, Dux, & Hiſtoricus edidit libros Thucididis, in quibus continetur hiſtoria Græcorum. Scripſit etiam hiſtoriam Cyri Regis Perſarum, quæ eſt potius dicenda compendium dogmatum Principum. Florebat anno P. I. 4320.

Beroſus Chaldæus natus eſt anno P. I. 4388., & ex Plinio *l.* 7. *cap.* 30. docuit Athenis, verùm opera ipſius non extant, ſed Annius Viterbienſis Dominicanus Theologus Cardinalis Pauli Fregoſij, & Magiſter S. Palatij ſub Alexandro 6. circa annum 1500. typis mandauit librum, cui titulus: Deflorationes Chaldaicæ, in quo continetur compendium operum Beroſi, ſiuè hiſtoriæ, quam ſcripſit de Regibus Aſſyrijs. Hic liber à multis reijcitur vt inuentum Io: Annij, ſed à Thoma Maſſa defenditur. Vide ipſius librum, cui titulus Opuſculum Apologeticum.

Manethon Sacerdos Ægyptius floruit paulò poſt Beroſum anno P. I. 4425. ſub Ptolemæo.... Philadelpho, cui ſuam hiſtoriam dicauit. Cùm autem hoc tempore tranſlata fuerit Diuina Scriptura de Hebræo in Græcum à 72. Interpretibus, miſſis ab Eleazaro Pontifice Regi Ptolemæo, id Hæbræis maximè diſplicuit, ideòque die 8. menſis Gebeth, qui eſt menſis decimus ieiunium ſtatuerunt, vt docet Marshamus *fol.* 153., *& Ricciol. in Kalendario Hæbreo*, hac occaſione tàm Beroſus, quàm Manethon Diuinæ legis, & ſacræ hiſtoriæ notitiam habuerunt, illamque deprauare conati ſunt.

Jnter Hiſtoricos Latinos, quorum opera ad nos peruenerunt primum locum tenet Iulius Cæſar, qui ſua edidit Commentaria, in quibus ſignat annos ab Vrbe condita, quos ſi in annos P. I. transferre velis, illis adde 3960.

Titus Liuius vixit ſub Imperio Auguſti, & ſcripſit hiſtoriam Romanam ab Vrbe condita ad ſua vſque tempora in libris 140., vel 142., quorum ſoli 35. ad nos peruenerunt, aliorum tamen habe-

habemus compendium, ſeu Epitomen Lucij Flori, ſed aduerte Titum Liuium errare in Chronologia, nam ponit primos Conſules anno ab V. C. 245. cùm eſſet annus 246., quem errorem continuat, vſque ad annum U. C. 267., quem vult fuiſſe 264. errando per annos 3., & ſic ſucceſſiuè vſque ad annum V. C. 536. ex tunc enim errat per annos 4., vult enim Annibalem in Italiam aduenifſe anno V. C. 532. P. I. 4492. cum eſſet U. C. 536. P. I. 4496. Conſulibus P. C. Scipione, & T. Sempronio Longo.

Primus error Titi Liuij probatur ſic *Lib. 1. decadis 1. cap. 23. in fine* ait: à condita Vrbe ad libertatem præteriſſe annos 244. quo tempore fuit ſub Regibus, electos autem fuiſſe Conſules primos Junium Brutum, & Publium Valerium anno V. C. 245. qui correſpondet anno P. I. 4205. ante Æram Chr. 509., ſed ex Faſtis Capitolinis relatis à Ricciolio *lib. 4. cap. 5. ſuæ Chronologiæ* primi Conſules electi fuerunt anno ante Æram Chr. 508. qui eſt P. J. 4206. ab V. C. 246., ergo errat per annum vnum, quem errorem continuat in ſequentibus annis.

Secundus error probatur, nam *lib. 2. Decadis primæ cap. 21.* ait: Coriolanum in Patriam irruiſſe Coſſ. Nautio, & Furio an. U. C. 264., qui correſpondet anno P. I. 4224., Ante Æram Chr. 490., ſed ex Faſtis Capitolinis conſtat hos non fuiſſe Conſules, niſi anno antè Æ. Chr. 487., P. I. 4227., ab U. C. 267. ergo errat per annos tres, & in eodem errore continuat vſque ad annum P. I. 4492. Immò non ſolùm errat hic Auctor, ſed etiam Chronologia appoſita in fine operum ipſius, dum ponit obſidionem Vrbis factam per Coriolanum anno V. C. 266. qui eſt P. I. 4226. ante Æram Chr. 488.

Tertius denique error probatur, nam *lib. 1. dec. 3.* dum Annibalis deſcenſum in Italiam deſcribit, ait: fuiſſe Conſ. P. Cornelium Scipionem, & T. Sempronium anno V. C. 532., qui correſpondet anno P. I. 4492. A. Æ. Chr. 222., ſed ex Faſtis conſtat hos fuiſſe Conſules anno A. Æ. C. 218., P. J. 4496., ab V. C. 536., ergo patet errare per annos quatuor, in quo errore continuat etiam in Chronico vſque ad annum ab V. C. 703., P. I. 4663. Ante Æram comm. 51., quem ipſe vult fuiſſe an. V. C. 699., P. I. 4659. A. Æ. C. 55.

Poſt

Digitized by Google

Poſt T. Liuium ſub eodem Auguſto ſucceſſiuè floruerunt Cornelius Nepos, Saluſtius; Velleius Paterculus, Q. Curtius, Cornelius Tacitus, Lucius Florus, Suetonius, Iuſtinus abbreuiator operum Throgi Pompeij, & alij.

Poſt Chriſti Aduentum ſacram hiſtoriam concinnarunt Phylo Hebræus natione Alexandrinus ſub Caio Caligola, & Ioſephus Hebræus, qui natus anno Chr. 37. mortuus eſt anno 93.

Inter Chriſtianos primus, qui Eccleſiaſticam hiſtoriam concinnauit, fuit Ægeſippus, qui mortuus eſt anno Chr. 180. & poſt illum alij plures.

Cardinalis Baronius ſcripſit Annales Eccleſiaſticos 12. tomis comprehenſos, quos compilauit Spondanus, Bozouius, & Oldericus Rainaldus; ſed aduertendum eſt hunc Auctorem ponere Chriſti Jncarnationem, & Natiuitatem anno V. C. 751., Olymp. 194. anno 2., Conſulibus Lentulo, & Meſſalino, qui characteres cum alijs, quos ſignat, competunt anno P. J. 4711. & Æra Chr. per ipſum incipit anno ſequenti, qui correſpondet anno P. I. 4712., in quo errat per annos duos, quem errorem continuat vſque ad annum 563., in quo ſignat indictionem 11., ergo retrocedendo anno primo Æræ com. erat indictio 4., quæ competit anno P. I. 4714., & non 4712., in hoc ergò manifeſtè errat, & illius errorem amplectuntur Spondanus, Bozouius, Oldericus, & noſter Coriolanus.

Quoad Chriſti Natiuitatem, ſi Baronius vult illum natum an. P. J. 4711. opinio eſt probabilis, ſed debebat ponere annum primum Æræ poſt annos 3., & non an. ſequenti, vt fecit Vallemontius, qui poſuit Chriſtum natum anno Mundi 4000., qui eſt P. I. 4710., & annum primum Æræ Chr. anno Mundi 4004. qui eſt P. I. 4714.

Chriſti mortē Baronius ponit anno 34. Æræ Chr. Conſulibus Enobarbo, & Uitellio, ſed hi fuere Conſules anno Æ. Ch. 32. P. J. 4745. ergo per ipſum Jeſus Chriſtus vixit annos 33., & menſes 3.

Cardinalis Bellarminus in ſua breui Chronologia aſſerit Chriſtum natum anno primo Æræ Chriſti, vel ergo dicendum eſt eum natum anno P. I. 4714. in Decembri, vel pro [natum] intelligen-

ligendum eſt Circumciſum. Rurſùs ponit annum primum Æræ Chr. anno Mundi 3984., qui eſt P. J. 4714., ſequitur ergo per ipſum Mundum conditum anno P.J. 731. annis 3983. ante Æram Chr., Ponit Romam conditam an. M. 3233., qui eſt P.I. 3963., cùm tamèn iuxtà Varonem fuerit condita an. P. I. 3961., & iuxtà Catonem an. P. I. 3962.

Bardi in ſua Chronologia ponit Chriſti Incarnationem anno Mundi 3967., & annum primum Æræ Chriſt. anno M. 3968., vult ergo Mundum conditum anno P. I. 747. & Chriſtum natum anno P. I. 4713., ſed errat in ſignandis characteribus Conſulum &c. qui omnes competunt anno præcedenti 4712., & ſic ſucceſſiuè in annis ſubſequentibus. Chriſti mortem ponit anno Æræ Ch. 34. Mundi per ipſum 4001., qui eſt P. J. 4747., ſed errat in ſignandis characteribus, tenetur ergo dicere Chriſtum, vel mortuum anno Æræ 33., vel non ſub Galba &c.

Cornelius à Lapide in tabula, quam præponit libro Penthatheucon ſignat Mundum conditum anno P. I. 764. annis 50. poſt noſtram ſententiam. Olympiades ſtatuit anno P. J. 3939., nos verò anno P. J. 3938. Romam conditam anno P. I. 3962., quarè ſequitur opinionem Catonis.

Libertatem ſub Cyro ſignat anno P. I. 4182., cùm per nos fuerit anno 4176., vel iuxtà Ricciol., & Vallemontium 4178.

Chriſti Natiuitatem ſignat anno Mundi 3950., qui eſt P. I. 4713., ſed errat in ſignandis characteribus, qui omnes competunt anno P. J. 4711., igitur tenetur aſſerere annum primum Æræ fuiſſe anno M. 3953., qui eſt annus tertius poſt Chriſti Natiuitatem.

Chriſti mortem ſignat anno Æræ Ch. 34. Mundi 3984., qui eſt P. I. 4747. vult ergo Chriſtum vixiſſe annos 33., & menſes 3.

Vallemontius ponit annum primum Æræ Ch. anno ab orbe condito 4004., ſi autem à 4714. ſubtrahas 4004. remanent 710. qui eſt annus P. I. præcedens Mundi creationem, ergo per ipſum fuit creatus anno P. I. 711.. Romam conditam ſignat anno M. 3252. P. I. 3962., ex quo patet eum ſequi opinionem Catonis.

Chriſti Natiuitatem ſignat anno Mundi 4000., qui correſpondet

det anno P. I. 4710. , Mortem verò ipſius ſignat anno Æræ communis 33. qui eſt annus P. I. 4746., ex quo ſequitur per ipſum Chriſtum vixiſſe annos 35., & menſes 3.

Ricciolius, iuxtà Uulgatam, ponit mundum conditum anno P. J. 530., annis 4184. ante Æram communem.

Chriſti Natiuitatem ſignat anno pręcedente Æram communem, videlicèt P. J. 4713., mortem verò ipſius anno Æræ 33., quarè per ipſum vixit an. 32., & menſes 3.

EXCVRSUS CHRONOLOGICUS.

LECTJO LV.

PRo huius primi libri Coronide pono excurſum Chronologicum anni decurrentis 1712., in quo habetur praxis eorum, quę dicta ſunt in allatis Lectionibus, ſignando feſtum Paſchatis.

Solùm aduerto, quòd vbi dicitur: anno labente, intelligitur annum ibi ſignatum terminare antequam terminet annus decurrens Æræ communis. Ubi verò dicitur: ineunte, intelligitur annum illum iam inchoaſſe poſt Kalendas Ianuarij.

Decurrente Mundi ætate VII. Sæculi 18. an.		12.
Periodi Ludouici Magni an.		9085.
Periodi Solis Aureę an.		9085.
Periodi Julianę an.		6425.
Periodi Dionyſij, ſiuè Victorini an.		41.
Periodi Indictionis Solaris anno.		125.
Periodi Jndictionis Aureę, ſiuè Lunaris an.		155.
Periodi 27. Callipinę an.		65.
Cylco Solari	(Iuliano	13.
	(Gregoriano	112.
Cyclo Lunari, ſiuè Aureo numero		3.
Indictione	(Romana.	5.
	(Genuenſi.	4.
Epacta	(Iuliana.	3.
	(Gregoriana.	22.

Æræ

Æræ ab Orbe condito an.	5711.	labente
Æræ à fine diluuij an.	4055.	labente
A' promiſſione Abrahę facta, & ab illius egreſſu de Haram an.	3629.	
A' Natiuitate Iſaac an.	3604.	
Ab immolatione Iſaaci facta ab Abrahamo an.	3579.	
Ab exaltatione Ioſeph in Ægypto an.	3424.	
Ab egreſſu Populi de Ægypto an.	3198.	labente
Ab ingreſſu Populi in terram promiſſionis an.	3158.	ineunte
Ab vnctione Saul in Regem an.	2803.	
A' reprobatione Saul, & prima vnctione Dauid in Regem an.	2793.	
A' iactis fundamentis Templi per Salomonem an.	2719	labente
A' deſtructione Templi per Nabuſardam an.	2318.	labente
A' libertate Populi per Cyrum an.	2249.	
A' tranſlatione Diuinę Scripturæ facta per 72. Interpretes an.	1997.	
A' prophanato Templo, & martyrio Machabęorũ an.	1879.	labente
Æræ Simonis Fratris Ionathæ	1855.	
Æræ Ægyptiacæ an.	4055.	
Æræ Argiuæ an.	3554.	
Æræ Acticæ an.	3294.	
A' Troia condita an.	3194.	
Ab Excidio Troiæ an.	2921.	
Olympiadis 622. an.	3.	labente
Ludorum Agonalium 407. an.	2.	labente
A' Roma condita (Iuxtà Varronem an.	2465.	
A' Roma condita (Iuxtà Catonem an.	2464.	
Æræ Græcorum, ſiuè Seleucidarum Iudaicę an.	2024.	ineunte
Æræ Hebræorum Chaldaicæ an.	2022.	labente
Ærę Philipeę an.	2036.	labente
Ærę Iulianę, ſiuè à reformatione Kalendarij per Iulium Cæſarem.	1757.	
A' Reformatione Kalendarij per Gregorium 13.	130.	
A' triumuiratu.	1754.	labente
Æræ Hiſpanicæ.	1750.	

Ab Actiaca victoria . — — — — 1742. labente
A' morte Cleopatrę . — — — — 1741. labente
Æræ Ægyptiacæ reformatæ. — — — 1740. labente
Æræ Diocletiani, ſiuè Martyrum. — — 1428. labente
Æræ Antiochenæ. — — — — 1760. labente

Ærę Conſtantinopolitanæ . ------ { Hiſtoricæ 7211. labente
Eccleſiaſticæ 7204. labente
Ciuilis 7219. labente }

Æræ Judaicę iuxtà Hebræorum errorem die 20. menſis Ueadar an. — — — — 5472. labente
Sed iuxtà verum computum Aſtronomicum die 20. menſis Niſan an. -- — — — — 5473. ineunte
Æræ Nabonaſarri die 29. menſis Pacon an. -- — 2460. labente
Ærę Græcorum die 19. menſis Elaphebolion iuxtà Acticos, & menſis Xantici iuxtà Macedones an. 7219. labente
Æræ Alexandrinæ die prima menſis Pharmutij an. 1428. labente
Æræ Arabicę, ſiuè Hegirę die 18. menſis Sepher, ſiuè Saphar an. — — — — — 1124. ineunte
Ærę Perſicę die 29. menſis Shariuar an. — — 1081. labente
Æræ communis Stylo veteri, ſeù Iuliano 17. Kal. Aprilis, ideſt die 16., Martij Lit. Dom. F.E.; ſed Stylo nouo, ſiuè Gregoriano ſexto Kal. Aprilis, ideſt die 27. Martij, Lit. Dom. C.B. an. -- — 1712.

CELEBRABIMUS DIEM SANCTUM PASCHATIS
DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,
CUI SOLI HONOR, ET GLORIA,
QUI
SIT BENEDICTUS IN
SÆCULA.

✻

CHRO-

Digitized by Google

CHRONOLOGIÆ
LIBER IJ.

In quo habentur facta inſigniora, quæ à Mundi Creatione ad hæc vſque tempora acciderunt.

PRÆFATIO.

BReuem temporum Chronologiam allaturus, præmittere cogor, non mirandum ſi Auctores in huiuſmodi ſupputationibus inter ſe diſcrepent, cum ignoretur quo anno prçcisè fuerit orbis conditus, quarè alij vno anno, alij alio creationem ſtatuunt, & pluſquã 150. reperiantur de hoc diuerſę opiniones, ex hoc ergo fonte oritur magna ex parte diſcrepantia etiam in reliquis. Habemus quidem ex ſacris literis hiſtoriam à Mundi creatione in Geneſi; verùm non ſignatur annus, quo fuit conditus, & licèt ibi enumerentur anni vitæ Patriarcharum, Iudicum, Regum, & Pontificum, ignoratur tamèn an ſint anni completi, vel inchoati, quidquid in oppoſitum dixerit Ioſephus *lib.* 1. *Antiquitatum cap.* 5. Præterea, ex Pererio in Danielem, cùm alia ſit computatio incluſiua, alia excluſiua, quę terminos excludit, hinc ſequitur non poſſe nos certò metiri annos in ſacris literis ſignatos.

Addo in annis enumerandis valdè differre verſionẽ 70. Interpretũ à Uulgata, illa enim à creatione Mundi ad Diluuium Noeticum vult interceſſiſſe annos 2256., Vulgata autẽ annos 1656., & ſic de reliquis.

Quò ad profanos hiſtoricos primi, qui ſcripſerunt fuerunt Græci, & tamèn Iulius Africanus relatus à Pererio in Danielem de illis ait: vſque ad Olympiades nihil exploratum in hiſtoria

Digitized by Google

Græcorum inueniri, ſed omnia eſſe confuſis ſcripta temporibus; & Uarro totum tempus, quod à creatione Mundi ad Ogygis Diluuium interceſſit, incognitum dixit, quod verò à dicto Diluuio ad Olympiades, fabuloſum nuncupauit.

Ex his ergo fontibus oritur tanta opinionum diuerſitas inter Chronologos, quarè benè aiebat Dionyſius Halicarnaſęus relatus à Marſhamo *f.* 17. quòd, in temporum ſupputatione ſi quis paucis annis fallatur in vetuſta, & multorum annorum hiſtoria, ferendum eſt, ſed totis duabus, vel tribus ętatibus errare non permittitur. Ego igitur in hac Chronologia illas ſequor opiniones, quæ magis videntur probabiles, alias tamèn veluti improbabiles non reijciens, & ſicut obiectum, quò magis eſt diſtans faciliùs circà illud potentia viſiua fallitur, ità etiàm, quò magis ab hac noſtra ętate diſtant facta maiorum, faciliùs eſt poſſe nos decipi.

Sed ne quis erret in computo, in annis ſignandis non vtar Æra Mundi, vtpotè incerta, ſed Periodo Iulianâ, cuius anni ità inter ſe ſunt diſtincti, vt vnus cum alio confundi non valeat. Utar etiam Æra communi, ſiuè Chriſti, quæ ex omnium vnanimi conſenſu initium habuit anno P. I. 4714., & retrocedendo annos à principio huius Ærę ad Mundi creationem ſignabo duplici notâ, alterâ videlicet P. I., alterâ annorum ante Æram Chriſti, quę duæ notę, ſi in vnum coaleſcant, dabunt ſemper annum P. I. 4714. Explico exemplo. Diluuium pono anno P. I. 2369., qui eſt annus ante Æram Chriſti 2345., hę duę ſummæ ſimul vnitę dant annum P. J. 4714., & ſic de alijs. Uerùm à primo anno Ærę Chriſti, & ſucceſſiuè non amplius ſigno annos P. I., quia id faciliter habetur, ſi cuilibet anno Ærę addas annos 4713., qui ante illam præceſſerunt. Si quis autem noſſe cuperet quot annis à nobis diſtent, quæ geſta ſunt ante Æram Chr., hac vtatur regula: anno ſignato ante Æram, detracta vnitate, addat annos Ærę Chriſti decurrentes, v. g. volo ſcire anno Ærę Chriſti 1712. quot annis pręceſſit Exodus, qui contigit anno ante Æram 1487. detractâ vnitate, & additis annis 1712., dant annos 3198., tot ergo annis pręceſſit Exodus annum 1712.

His

His ergo regulis ſeruatis, habebis in hoc generali Synchroniſmo Ideam quandam Hiſtoriæ, tùm ſacræ, tùm prophanæ, tibique ſufficiet ſcire ordinem rerum, vt optimè notauit Iuſtus Lipſius *in Centuria Miſcel. q. 61.*, ſolùmq; aduerto excitandis ingenijs natum eſſe, non paſcendis, genus hoc cibi; quarè, ſi ea, quę hic libantur perfectiùs quis noſſe deſiderat, adeat Hiſtoricos, à quibus geſta narrantur.

Si autem aliquos annos videris prætermiſſos, ne id per errorem contigiſſe iudices, nam datâ operâ fuit factum, eò quòd illis annis nihil memorabile referant Hiſtorici, ideò poſt annum P. I. 715. ſtatim ſequitur annus 784., poſt hunc 853., & ſic ſucceſſiuè.

Rurſus vbi in annis ante Æram comm. ſigno diem anni Romani, quo accidit, quod enarratur, ſcias id non haberi in hiſtorijs, ſiue ſacris, ſiue prophanis, ſed à me fuiſſe appoſitum ex calculis aſtronomicis; quarè nullam volo id habere certam fidem, ſed putam probabilitatem. Denique concludo plures eſſe Auctores, qui Chronologias concinnarunt, vt Bellarminus, Turſellinus, Bardi, Bochius, Marshamus, Ricciolius, Rainaudus, Coriolanus, & alij multi, ego verò à Creatione Mundi ad Diluuium ſecutus ſum vulgatam editionem; à diluuio ad ſolutionem captiuitatis Iudaicæ, Marshamum, in reliquis verò, Ricciolium.

Creauit

Anni
P.I. a.Æ.C.

714. 4000. CReauit Deus Mundum anno Periodi Victorini 182., Cyclo Solari Juliano 14., Greg. 1. Litera Dom. Juliana D., Gregoriana A., Die 2., Aprilis, Feria 1. . Feria 6., quę incidit in diem 7. Aprilis creauit Adamum, & Euam, qui eadem die peccauerunt. *Gen. cap.* 1. *Cornel. à Lap.*

715. 3999. Eua genuit Caim, & poſt menſes 10. Abel. *Ricciolius*.

784. 3930. Caim occidit Abel fratrem ſuum. *Gen. cap.* 4.

853. 3861. Eua peperit Seth, cum Adam eſſet annorum 130., & Caim genuit filium ſuum primogenitum Henoch. *Gen.* 5.

948. 3766. Seth genuit Enos *Gen.* 5. Adam hoc tempore plures habebat filios, quos alij volunt fuiſſe 30., alij 100. cum totidem fæminis.

1040. 3674. Enos genuit Cainam victurum annos 910. *Gen.* 5.

1108. 3606. Cainam genuit Malalael victurum annos 895. *Gen.* 5. Hoc tempore Iabel Caini pronepos fabricauit tentoria, Jubal verò eius frater inſtrumenta muſica; Rurſus Tubalcaim eorum frater, à Poetis dictus Vulcanus, adinuenit artem fabrilem, & Noema eorum Soror, dicta à Poetis Minerua, artem textilem *Gen. cap.* 4. *Uide etiam Blanchinum in hiſtoria vniuerſali*.

1173. 3541. Malalael genuit Iared victurum annos 962. *Gen.* 5.

1335. 3379. Iared genuit Henoch, qui poſt annos vitæ 300. tranſlatus eſt. *Gen.* 5.

1400. 3314. Henoch genuit Mathuſalem victurum annos 969. *Gen.* 5.

1587. 3127. Mathuſalem genuit Lamech victurum annos 777. *Gen.* 5.

1643. 3071. Moritur Adam annorum 930. *Gen.* 5.

1769. 2945. Lamech genuit Noe viuentibus adhùc progenitoribus ſuis Enos, Cainam, Malalael, Iared, & Mathuſalem. *Gen.* 5.

Cum

Anni
P.I. a.Æ.C.

2248. 2466. Cum Noè eſſet annorum 480. Deus illi præcipit fabricationem Arcæ, & vt prædicet pęnitentiam; Alij volunt fuiſſe Noè annorum 500.

2272. 2442. Naſcitur Sem filius Noè. *Gen. cap. 6.*

2369. 2345. Moritur Mathuſalem in principio huius anni. Noè iuſſus à Deo ingreditur in Arcam cum tota familia, & die 17. menſis ſecundi, quæ incidit in 5. Maij cępit diluuium. *Gen. cap. 7.* Vide ſupra Kalendarium pro hoc anno Lectione *36*.

2370. 2344. Noè egreditur de Arca die 27. Menſis ſecundi, quę incidit in diem 5. Maij, ità vt ſteterit in Arca anno integro Solari. *Gen. 8.*

Finem habet prima Mundi Ætas, & incipit ſecunda.

2371. 2343. HOc anno incipit Æra Ægyptiaca, *de qua Marſhamus.*

2372. 2342. Sem biennio poſt diluuium cum 100. eſſet annorum genuit Arphaxad. *Gen. cap. 11.*

2381. 2333. Noè inebriatur, & maledicit Chanaam filium Cham. *Gen. 9.*

Per hęc tempora Cham genuit Chus, Meſraim, Phut, & Chanaam. Marſhamus vult Cham eſſe Menes primum Regem Ægypti, Blanchinus verò vult Cham eſſe Jouem Amonem, & Meſraim eſſe Oſiridem filium Iouis Amonis, Chus verò eſſe Belum, & Nembroth filium Chus eſſe Ninum, qui fundauit Monarchiam Aſſyriorum. Alij volunt Cham fuiſſe primum Regem Synarum. *Vide Blanchinum.*

2407. 2307. Sale naſcitur filius Arphaxad victurus annos 239. *Gen.*

Salę

Anni
P.I. a.Æ.C.

2437. 2277. Sale genuit Heber, à quo Hebræorum nomen deriuatur, qui vixit annos 464. Viuebat hoc tempore Eſculapius, qui ſcribendi artem adinuenit. *Marſhamus*.

2471. 2243. Heber genuit Phaleg victurum annos 239. *Gen.* 11. Hoc tempore Nembrot fabricauit turrim Babel, & initium habuit idololatria. *Marsh.*

2501. 2213. Phaleg genuit Reu victurum annos 239. *Gen.* 11.

2532. 2182. Reu genuit Sarug victurum annos 230. *Gen.* 11. Per hæc tempora electus fuit in Regem Synarum Xinungus, & in Regem Ægypti Menes *ex Riccioli, Blanchino, & Marshamo*.

2562. 2152. Sarug genuit Nacor victurum annos 248. *Gen.* 11.

2592. 2122. Nacor genuit Thare patrem Abraham victurum annos 205.

2635. 2089. Hoc tempore initium habuit regnum Sicioniorum in Peloponeſo ſub Rege Egialeo, *ex Blanchino, & Uallemontio*; Inuenta eſt etiam ars nauigandi à filijs Iephte.

2719. 1995. Noè moritur annorum 950.

2722. 1992. Anno 130. vitæ Tharæ naſcitur Abraham filius eius. *Gen.* 11.

2731. 1983. Naſcitur Lot filius Aram fratris Abraham. *Gen.* 11.

2732. 1982. Naſcitur Sarai futura vxor Abraham. *Gen.* 11.

2792. 1922. Tharæ cum Abraham, & Lot, totâq; familiâ exit de Ur Chaldeorum, & moratur in Aram. *Gen.* 11.

2796. 1918. Moritur Thare, & Abraham diſcedit de Haram, & pergit in Ægyptum cum eſſet annorum 75., & ab hoc anno incipit peregrinatio annorum 430. ex *Marſhamo Gen. cap.* 12.

Hoc

Hoc anno finem habet ſecunda Mundi Ætas, & incipit tertia.

Anni P.I. a.Æ.C.

2797. 1917. ABraham de Ægypto pergit in Chanam. *Gen. cap.* 13.

2800. 1914. Ob paſtorum contentionem Abraham ſeparatur à Lot. *Gen. cap.* 13.

2802. 1912. Abraham debellat Regem Chodorlaomor, & liberat ab eius manibus Lot. *Gen.* 14.

2808. 1906. Deus promittit Abrahamo filios, eiq; ex Agar naſcitur Jſmael. *Gen.* 15.

Per hæc tempora fertur Nilum fluxiſſe melle mixtum. *Marshamus*.

2821. 1893. Deus Abrahamo præcipit Circumciſionem, eiq; promittit filium ex Sara. *Gen.* 17.

Sodoma, & Gomorra cum alijs finitimis Ciuitatibus vallis Syluestris, igne de Cælo emiſſo, comburuntur, ibiq; oritur Lacus Aſphaltites, vulgò mare mortuum. Lot inebriatur. *Gen.* 19.

2822. 1892. Iſaac naſcitur ex Sara nonagenaria, & Abrahamo centenario: *Gen.* 21.

2826. 1888. Iſmael perſequitur Iſaac, ideòq; ab Abrahamo è domo eijcitur cum Matre Agar.

Hoc anno incipiunt anni 400. peregrinationis, *de quibus Actorum cap.* 7.

2847. 1867. Abraham iuſſus à Deo pergit ad immolandum filium Iſaac. *Gen.* 22.

2859. 1855. Moritur Sara vxor Abraham. *Gen.* 23.

2862. 1852. Iſaac annorum 40. ducit in vxorem Rebeccam. *Gen.* 24.

2872. 1842. Moritur Sem annorum 600. Hoc anno incipit regnum Argiuorum ſub Phoronæo Rege, & hic eſt primus annus Æræ Argiuæ. *Marshamus*.

Z Cum

Anni
P.I. a.Æ.C.

2882. 1832. Cum Iſaac eſſet annorum 60. naſcitur Jacob, & Eſau. *Gen.* 25.

2896. 1818. Moritur Abraham annorum 175. *Gen.* 25.

2921. 1793. Eſau quadragenarius duas ducit vxores. *Gen.* 26.

2922. 1792. Diluuium Ogygis anno 51. Æræ Argiuæ. *Marſhamus.*

2944. 1770. Moritur Iſmael annorum 137.

2958. 1756. Iacob, accepta benedictione à Patre poſt datum ei pulmentum, fugit ad Labam, cum Iſaac eſſet annorum 137. *Gen.* 27. In via apparet ei Dominus. *Gen.* 28.

2961. 1753. Moritur Rebecca annorum 114. *Gen.* 30.

2966. 1748. Iacob ducit in vxorem Liam, à qua ſucceſſiuè habuit Ruben, Simeonem, Leui, & Iudam, cum Rachelem etiam duxiſſet in vxorem. *Gen.* 29.

2970. 1744. Iacob ſuasù Rachelis ducit in vxorem Balam Rachelis ancillam, de qua ſuſcepit Dan, & Nephtali. Suasù Liæ ducit Zelpham eius ancillam, de qua ſuſcepit Gad, & Aſſer. *Gen.* 30.

2972. 1742. Iſacar naſcitur ex Lia, & ſucceſſiuè Zabulon, & Dina. *Gen.* 30.

2973. 1741. Rachel parit Joſephum, cum Iacob eſſet annorum 91. *Gen.* 30.

2979. 1735. Iacob diſcedit à Laban, & luctatur cum Angelo, à quo benedicitur. *Gen.* 32.

2984. 1730. Jacob alloquitur Eſaù, & Dina egreditur, vt videat filias alienigenas, & acciderunt, quæ narrantur. *Gen. cap.* 33. & 34.

2987. 1727. Deus Iacobo apparet, cui præcipit vt pergat in Bethel, eiq; imponit nomen Jſrael. Rachel parit Beniamin, & ex partus dolore moritur. *Gen.* 35.

2988. 1726. Ioſeph, cum 16. eſſet annorum, a fratribus venditur Iſmaelitis. *Gen.* 37.

3000. 1714. Ioſeph annorum 28. tentatur à Dominâ ſua, & in carcerem conijcitur. *Gen.* 39. Mo-

Digitized by Google

Anni
P.J. a.Æ.C.

3001. 1713. Moritur Iſaac annorum 180. *Gen.* 35.

3002. 1712. Ioſeph cum 30. eſſet annorum educitur è carcere, & conſtituitur ſecundus à Rege in Ægypto. *Gen.*41.

Hoc tempore contigit conflagratio Montium in Hiſpania, qui inde dicti ſunt Pyrenęi. *Bocchius in Chronologia*.

3004. 1710. Thamar ex inceſtu cum Juda Socero ſuo parit Zaram, & Pharez. *Gen.* 38.

3008. 1706. Moritur Eſaù annorum 127.

3010. 1704. Annus primus ſterilitatis in Ægypto, & in Chanaam. *Ricciolius*.

3011. 1703. Fratres Joſeph prima vice pergunt in Ægyptum ſine Beniamin. *Gen.* 42.

Hoc tempore regnabat in Græcia Inachus Rex Argiuorum. *Ricciolius*.

3012. 1702. Fratres Ioſeph pergunt ſecunda vice in Ægyptum cum Beniamin, Ioſeph ſe illis manifeſtat, ideòq. reuerſi in Chanaam ſecum adducunt in Ægyptum Iacobum annorum 130., qui benignè excipitur à Pharaone. Hic Rex erat Ramaſes *ex Marshamus f.* 91.

3028. 1686. Moritur Iacob in Ægypto annorum 147. *Gen.* 47. *&* 49. Hoc tempore florebat Iob in terra Hus. *Ricciolius*.

3068. 1646 Amram Pater Moyſis naſcitur annis 14. ante obitum Joſephi *Ricciolius*.

3070. 1644. Incipit ſeruitus Iſraelitarum in Ægypto ſub nouo Rege, qui ex *Marshamo f.* 107. fuit Salatis Tanitarum Rex. *Exod. cap.* 1.

3083. 1631. Moritur Ioſeph expletis annis 110. vitæ ſuæ. *Gen.*50.

Hìc finem habet liber Geneſis, in quo habetur hiſtoria annorum 2370.

3086. 1628. Per hoc tempus Iob paſſus eſt, quę narrantur in eius hiſtoria. *Liber Iob.*

Anni
P.I. a.Æ.C.

3088. 1626. Moritur Simeon filius Iacob annorum 120., & ſucceſſiuè Iudas an. 119., Ruben an. 124., Iſſacarum 122. Zabulon an. 124., Dan. an. 127., & Aſer an. 125.

3122. 1592. Xangus Rex Sinarum ibidem regnat. *Ricciolius.*

3132. 1582. Incipit Æra Argiua ab anno primo Regni Cecropis anno 260. Æræ Argiuæ. *Marshamus.*

3139. 1575. Naſcitur Maria Soror Moyſis ex Amram. *Exod.*

3143. 1571. Naſcitur Aaron ex Amram. *Exod.*

3147. 1567. Naſcitur Moyſes. *Exod. cap.* 2.

3187. 1537. Naſcitur Ioſuè anno 40. Moyſis.

3190. 1524. Moyſes, percuſſo Ægyptio vexante Iſraelitas, fugit in Madian. *Exod. cap.* 2.

3191. 1523. Areopagi iudicium Athenis conſtituitur. *Rainaudus.*

3192. 1522. Caleb naſcitur.

3226. 1488. Moyſes, ineunte anno 80. Ætatis ſuæ, in Monte Sinai, qui eſt Horeb à Deo accipit mandatum ex Rubo redeundi in Ægyptum ad Populum ſuum, & acciderunt, quæ narrantur. *Exod. cap.* 3. *&* 4.

3227. 1487. Moyſes octogenarius poſt ſigna facta cum Pharaone, die 10. menſis primi, quæ incidit in 24. Martij præparat cum Populo Agnos immolandos. Die 14. ideſt 28. Martij in ſerò feria 4. celebrat Phaſe, quod fuit primum, & die 15. ideſt 29. Martij pergit cum Populo in deſertum. Die 30. Martij fuit ſecunda Azimorum, à qua incluſiuè enumerantur dies 50. ad Pentecoſtem. Die prima Aprilis, quæ fuit 18. Menſis primi, Moyſes cum Populo tranſit Mare rubrum f. 7., & in eo naufragant Ægyptij. Die 28. Aprilis 15. menſis ſecundi veniunt in deſertum Sin, & murmurant contrà Dominum. Die 29. Aprilis in ſerò pluunt coturnices, & die ſequenti in manè pluit manna, quod continuauit vſq; ad tranſitum Iordanis. Die 6. Maij feria 7., quæ fuit 23. menſis ſecundi celebratum eſt primum

Digitized by Google

Anni
P.J. a.Æ.C.

3227. 1487. mum Sabbathum in deſerto. Die 13. Maij, quæ fuit prima menſis tertij pergunt ad Montem Sinaî, & die 18. Maij Deus dat Legem Moyſi, cum eſſet feria 5. *Exod. cap. 12. & 16.*

Finem habet 3. Mundi Ætas; & incipit 4.

SCiendum eſt Moyſem potuiſſe per traditiones maiorum ſcire, quę enarrantur in libro Geneſis hoc pacto; ipſe enim ea audiuit ab Amram Patre ſuo, cum quo vixit annos 58. Amram à Ioſepho, cum quo vixit annos 14., vel ab aliquo alio intermedio; Ioſeph ab Iſaac, cum quo vixit annos 29., Iſaac à Sem, cum quo vixit annos 50., Sem à Mathuſalem, cum quo vixit annos 97., Mathuſalem denique ab Adam, cum quo vixit annos 243.

3228. 1486. Moyſes prima die menſis primi anni ſecundi ab Exodo, quę incidit in 3. Aprilis f. 3. conſecrat Altare, & die 14. eiuſdem menſis primi, quę incidit in 16. Aprilis feria 2. celebrat ſecundum Phaſe, ſed qui erant immundi illud celebrant 14. menſis ſecundi die 16. Maij feria 4. *Exodi* 40., *& numerorum cap.* 9. Hîc finem habet liber Exodi.

3232. 1482. Troia conditur hoc anno, vel ſequenti, cuius primus Rex fuit Dardanus.

3266. 1448. Moritur Maria Soror Moyſis annorum 127. die 10. primi menſis. Moyſes, & Aaron aquam de petra dant Populo, & Aaron die 1. menſis quinti moritur in monte Hor annorum 123., cui ſuccedit in Pontificatû Eleazar filius eius. *Num. cap.* 20.

Balaam Propheta ab Aſina loquente, & ab Angelo terretur, quarè Populo benedicit prędicens Stellam ori-

Anni
P.I. a.Æ.C.

3266. 1448. orituram. Dominus pręcipit Moyſi, vt occidat Principes Populi ob idololatriam, & Phinees filius Eleazar occidit Hebręum cum 24. millibus alijs. *Num. cap.* 21., & 25. In fine huius anni Moyſes iuſsù Dei contemplatur ex monte Abarim terram promiſſionis, & ſucceſſorem deligit Ioſuè. *Ricciolius*.

3267. 1447. Moyſes prima die menſis vndecimi, quæ incidit in diem 23. Ianuarij f. 3. Deuteronomium publicat, & die 7. menſis Adar 28. Februarij moritur. *Deuter. cap.* 1., *&* 34. Hìc finem habet Deuteronom., & Penthateucus.

3268. 1446. Ioſuè die 10. menſis primi tranſit Iordanem die 20. Martij f. 1., & die 14. quę incidit in 24. Martij f. 1. celebrat tertium Phaſe, cùm primum celebratum fuiſſet in Ægypto; ſecundum anno ſequenti in Deſerto, & hoc tertiũ in terra Chanaã. Deindè circunciduntur omnes, qui nati erant in Deſerto. *Ioſuè cap.* 4., & 5.

Poſt tranſitum Iordanis ceſſauit pluere manna, quod continuauerat per annos 40. Cornelius à Lapide, & alij volunt Populum tranſiſſe Iordanem poſt dies 36. à morte Moyſis, ſed probabiliùs eſt id contigiſſe anno ſequenti Iuliano, poſt menſes videlicet 13., & vltrà. *Ita Petauius, Marſhamus, & alij*.

3270. 1444. Circà hunc annum Ioſuè Solem ſiſtit, vt de Gabaonitis victoriam reportet, pluresque Reges debellat. *Ioſuè cap.* 6., *& infrà*.

3274. 1440. Ioſuè anno 6. à tranſitu Iordanis diuidit terram promiſſionis inter nouem Tribus cum dimidia. *Ioſuè cap.* 13. Aliqui volunt hoc anno in Tyshri incipere annos Sabbathicos.

3295. 1419. Corinthus conditur, *ex Ricciolio*.

3296. 1418. Moritur Joſuè annorum 110. *Ioſuè cap.* 24. Hìc finem habet

Anni
P.J. a.Æ.C.

3296. 1418. habet liber Ioſuè, & incipit liber Iudicum.

3301. 1413. Circa hæc tempora contigit hiſtoria Michæ, & conflictus inter Tribu Beniamin, & cæteras alias Tribus, de quibus *lib. Iud. cap.* 18. *Ricciolius*.

3332. 1382. Prima Apoſtaſia Iſraelitarum à Domino. *Iud. cap.* 2.

3333. 1381. Prima ſeruitus Iſraelitarum ſub Chuſano Rege Meſopotamiæ duratura per annos 8. *Iud. cap.* 3.

3341. 1373. Othoniel Chuſanum opprimit, & iudicat populum per annos 40. *Iud. cap.* 3.

3381. 1333. Secunda Jſraelitarum Apoſtaſia, defuncto Othoniele. *Iud. cap.* 3.

3382. 1332. Secunda Iſraelitarum ſeruitus ſub Eglone Rege Moabitarum. *Iud. cap.* 3.

3400. 1314. Aod tertius à Ioſue Dux, & Iudex occidit Eglonem, & iudicat populum, quieuitque terra orientalis annis octoginta. *Iud. cap.* 3.

3420. 1294. Sangor, mortuo Aodo, iudicat populum per annum vnum, & occidit 600. Philiſtæos. *Iud. cap.* 3.

3422. 1292. Tertia Iſraelitarum Apoſtaſia poſt mortem Aod. *Iud. cap.* 4.

3423. 1291. Tertia ſeruitus Jſraelitarum ſub Iabino Rege Chanaam, quæ continuauit per annos 20. in parte Aquilonari,, vbi occupauit Haſor. *Iud. cap.* 4.

3443. 1271. Debora, & Barak inſignem de Siſara Duce Regis Jabini victoriam reportant, & terra quieuit annis 40. *Iud. cap.* 4.

3466. 1248. Tyrus conditur, vel, vt vult Ricciolius, reſtauratur. Hæc eſt vrbs Pheniciæ diſtans à Sidone milliaribus 25., vel ſtadijs 200. *Marſhamus fol.* 304.

3479. 1235 Quarta Iſraelitarũ Apoſtaſia adorantium Baal. *Iud.* 6.

3480. 1234. Quarta Jſraelitarum ſeruitus ſub Madianitis, qui vbique populantur. *Iud. cap.* 6.

3481. 1233. Carthago conditur annis 480. ante Romam *ex Ricciolio*, ſed Marſhamus illius fundationem ponit anno P. I. 3832.,

Anni
P.I. a.Æ.C.

3481. 1233. 3832., annis 126. poſt fundationem Templi, eamque conditam vult à Sorore Regis Hiromi, & ſtetiſſe annis 737., dirutam autem anno P.I. 4568., à Roma condita 608., Gn. Lentulo, & L. Nummio Coſſ.

3490. 1224. Gedeon, victis Madianitis, iudicat populum per annos 40. *Iud. cap.* 8.

3496. 1218. Hercules Olympicum certamen inſtituit annis 442. ante Iphitum.

3505. 1209. Troia capta eſt à Græcis anno 374. Æræ Atticæ; *Marſhamus*; ſed Blanchinus dubitat de hoc bello, quod fabuloſum credit, eò quòd Græci nullum feſtum inſtituerint in eius memoriam. Vallemontius id ſignat anno P. I. 3530.

3530. 1184. Mortuo Gedeone, iudicant populum ſucceſſiuè Abimelech, Thola, & Iair. *Iud. cap.* 10. Aliqui ſignant hoc anno Troiæ excidium. *Marshamus*.

3567. 1147. Quinta Iſraelitarum Apoſtaſia. *Iud. cap.* 10.

3568. 1146. Quinta Iſraelitarum ſeruitus, Ammonitis inuadentibus partem orientalem, & Philiſtæis occidentalem. *Iud. cap.* 10.

3584. 1130. Finis Regni Sicyonum, quod ſteterat annis *966. ex Ricciolio*.

3586. 1128. Iephte de Ammonitis victoriam reportat in parte orientali. Filiam ſacrificat ex voto, ceſſat Ammonitarum ſeruitus. *Iud. cap.* 11.

3587. 1127. Hoc tempore iudicabat populum Sampſon, & Heli in parte occidentali, & acciderunt, quæ narrantur de Sampſone in libro *Iud. cap.* 14. 15., *&* 16.

3588. 1126. Philiſthijm inſignem de Iſraelitis victoriam reportant, & Arcam Dei rapiunt occiſis filijs Heli, qui præ dolore moritur, & periere 30. millia peditum 1. *Regum cap.* 5.

3589. 1125. Eligitur in Iudicem Samuel, cùm eſſet annorum 37. 1. *Regum*. Iſrae-

Digitized by Google

Anni
P.J. a.Æ C.

3608. 1106. Iſraelitæ inſignem de Philiſthæis victoriam reportant, iudicante populum Samuele, & ceſſat eorum ſeruitus, quæ continuauerat per annos 40. 1. *Regum cap.* 7.

3610. 1104. Herachlidarum, ideſt filiorum Herculis expeditio in Peloponeſum. *Ricciolius*.

3619. 1095. Finis Regni Attici, quod à Cecrope ſteterat annis 488. *Ricciolius*.

3620. 1094. Athenis inſtituuntur Arcuntes perpetui, quorum primus fuit Medon, qui Rempublicam gubernauit annis 20. *Ricciolius*.

3623. 1091. Saul à Samuele in Regem eligitur 1. *Regum cap.* 10. *ex Marshamo*.

3625. 1089. Philiſthijm Iſraelitis bellum indicunt anno ſecundo Regni Saulis. 1. *Regum cap.* 13.

3632. 1082. Saul reprobatur à Domino, & Dauid adhuc adoleſcens vngitur in Regem à Samuele. Hæc fuit prima vnctio. 1. *Regum cap.* 16.

3640. 1074. Samuel moritur annorum 77., cum iudicaſſet populum annis 51.

3642. 1072. Hoc tempore Dauid Goliam occidit, & acciderunt, quæ narrantur. 1. *Regum cap.* 17.

3663. 1051. Saul moritur, cum regnaſſet annos 40. *Marshamus*. Sauli ſuccedit in Regno filius eius Isboſeth, ſed Dauid, qui iam ab annis 31. vnctus fuerat in Regem à Samuele, ſecunda vice vngitur à Contribulibus ſuis in Hebron, & regnat per annos 7., & menſes 6. *lib.* 2. *Regum cap.* 2.

3665. 1049. Prælium acre inter Ioabum Ducem exercitus Dauid, & Abner Ducem Isboſeth. *lib.* 2. *Regum cap.* 2.

3670. 1044. Isboſeth filius Saul interficitur, & omnes Tribus vngunt tertiò Dauid in Regem. 2. *Regum cap.* 5.

3671. 1043. Dauid Arcem Sion expugnat, pulſis Iebuſæis. Pugnat etiam contra Philiſthæos. 2. *Regum cap.* 5.

Anni
P.I. a.Æ C.

3672. 1042. Dauid Arcam transfert in Arcem Sion. Oſa percutitur à Deo, eo quod Arcam tetigiſſet. Dauid à Michol vxore deſpicitur. 2. *Regum cap. 6.*

3674. 1040. Dauid tributum imponit Philiſthæis, Moabitis, & Iebitis. Expugnat Damaſcum, & tota Syria potitur, atq; Idumæa. 2. *Regum cap.* 8.

3676. 1038. Ammonitæ Legatis Dauid mediam barbam tondent in deſpectum, & fœdus iniunt cum Syris, & alijs Regibus, ſed de omnibus Dauid victoriam reportat. 2. *Regum cap.* 10.

3677. 1037. Dauid peccat cum Berſabæa, & à Deo corripitur per Natham. 2. *Regum cap.* 11.

3678. 1036. Naſcitur Salomon filius Dauid, & Berſabeæ. Amon inceſtum committit cum Sorore Thamar. 2. *Regum cap.* 13.

3680. 1034. Abſalon Amonem interfici iubet. 1. *Regum cap.* 14.

3688. 1026. Homerus naſcitur, & Smyrna conditur. *Ricciolius.*

3690. 1024. Abſalon rebellat contra Regem Dauid, & ſuſpenſus ad quercum moritur. 2. *Regum.*

3694. 1020. Dauid dinumerari iubet exercitum, qui inuentus eſt octingentorum millium Iſraelitarum, & quingentorum millium de Iuda, quare à Deo peſte punitur. 2. *Regum cap.* 24.

3703. 1011. Dauid, deſignato in Regem Salomone, moritur. 3. *Regum cap.* 2.

3706. 1008. Salomon, anno 4. Regni ſui, & 480. ab Exodo, menſe ſecundo, iacit fundamenta Templi Domini. 3. *Regum cap.* 6. Ricciolius vult corrigendam eſſe Scripturam, & ponendum annum ab Exodo 580., ipſe verò ſtatuit fundamenta Templi anno ante Æram Chriſti 1012. cum Ualemontio, nos verò 1008. cum Marshamo.

Finem

Digitized by Google

Finem habet 4. Mundi Ætas, & incipit 5.

Anni
P.I. a.Æ.C.

3713. 1001. ANno 11. Regni Salomonis, menſe 8. perficitur Templum. *3. Regum cap. 6.* durauit fabricatio annis ſeptem.

3714. 1000. Menſe ſeptimo dedicatum eſt Templum, & Arca translata eſt in Sancta Sanctorum. *3. Regum cap.8.*

3722. 992. Rex Hiramus expoſcit amicitiam Salomonis, qui viſitatur à Regina Saba. *3. Regum cap. 9. 10.*

3723. 991. Salomon adamat Mulieres alienigenas, & præuaricatur. *3. Regum cap. 11.*

3733. 981. Ioiadas Pontifex naſcitur moriturus annorum 130.

3732. 972. Moritur Salomon anno 40. Regni ſui, cui ſuccedit filius eius Rehoboamus ſuper Tribus Iuda, & Beniamin in Ieruſalem; Jeroboamus verò eligitur in Regem à x. alijs Tribubus. 3. R*egum cap.* 12. *&* 13.

3747. 967. Serac ſiue Seſoſter Rex Ægypti Judęam inuadit, Ieroſolymam depopulatur, Templiq; ornamenta diripit. *3. Regum cap. 14. Marsh.f. 375.*

Per hæc tempora initium habuit Regnum Pretoiannis in Ethiopia. R*icciolius*.

3760. 954. Abias filius Rehoboami regnat ſuper Iudam annis tribus. 3. R*egum cap.* 15.

3762. 952. Aſa filius Abiæ regnat annis 41. 3. R*egum cap.* 15.

3764. 950. Nadab filius Ieroboámi regnat ſuper Iſraei annis duobus. 3. R*egum cap.* 15.

3766. 948. Baaſa, interfecto Nadabbo, regnat in Iſrael annis 24. 3. R*egum* 15.

3775. 939. Zera Rex Chus in Arabia ducit contra Aſa Regem Iuda exercitum hominum decies centena millium, cui occurrit Aſa cum 300. millibus ex Iuda, &

Anni
P.I. a Æ C.

3775. 939. 280. millibus ex Beniamin, & de eo victoriam reportat. 2. *Paralip. cap.* 14.

3776. 938. Aſa menſe tertio, anno Regni ſui 15. celebrat ſolemniſſimum feſtum Pentecoſtes, contigit autem die 6. Iunij, cum Meomenia Niſan fuiſſet die 3. Aprilis. 2. *Paralip. cap.* 15.

3787. 927. Ela filius Baaſa regnat in Jſrael annis duobus. 3. *Regum cap.* 16.

3789. 925. Anno 27. Aſæ, Zamri ſeruus Elæ regnat ſuper Iſrael in Therſa, ſed poſt ſeptiduum eligitur Amri in Regem, qui regnat annis 12. 3. *Regum* 16.

3793. 921. Amri anno 5. Regni ſui Samariam ædificat, & anno ſequenti ibidem Regiam ſuam transfert. 3. *Regum* 16.

3797. 917. Anno 36. Regni ſui Aſa auxilium petit à Rege Syriæ contra Regem Iſrael, & à Prophæta corripitur, ipſe verò Prophetam in vincula conijci iubet. 2. *Paralip. cap.* 16.

3799. 915. Mortuo Amri, regnat in Samaria Achab filius eius annis 22. 3. *Regum cap.* 16.

3800. 914. Aſa ęgrotat dolore pedum. 2. *Paralip. cap.* 15.

3802. 912. Mortuo Aſa, Joſaphat filius eius regnat pro eo annis 25. 3. *Regum cap.* 16.

3810. 904. Anno 13. Regni Achab, incipit prophetarę Elías. 2. *Paralip. cap.* 17. *Ricciolius.*

3813. 901. Elias venit ad Achabum, & Sacerdotes 480. iugulat, pluuiam impetrat, & à Ieſabel ad necem quæritur. 3. *Regum cap.* 19.

3814. 900. Menadab Rex Syrię inuadit Samariam, ſed Rex Achab duplicem de eo victoriam reportat. 3. *Regum cap.* 21.

3816. 898. Achab occupat vineam Naboth, quem Jeſabel occidi iubet, & Elias Achabo minatur punitionem. 3. *Regum cap.* 21.

3817. 897. Achab init fœdus cum Joſaphat Rege Iudæ, & pugnant contra Regem Syriæ, ſed Rex Iſrael moritur

Anni P.I.	a.Æ.C.	
3817.	897	tur in prælio. Ochozias filius Achab regnat in Samaria vnà cum Joram fratre ſuo. *3. Regum cap.* 22.
3819.	895.	Ochozias anno ſecundo Regni ſui cadit per cancellos, & ægrotans conſulit Belzebub, quare Elias ei mortem prædicit. 4. *Regum cap.* 1.
3820.	894.	Elias in igneo curru eleuatur in Cælum. 4. *Regum cap.* 2.
3821.	893.	Eliſeus reuocat ad vitam filium Sunamitidis. 4. *Regum cap.* 4.
3823.	891.	Ioſaphat inſignem de Ammonitis, & Moabitis victoriam reportat, cum eſſent numero 1160000. ex Ricciolio, & Ioram filium ſuum aſſumit in ſocium Regni. 2. *Paralip. cap.* 20.
3825.	889.	Ioram, mortuo Ioſaphat Patre ſuo, regnat ſolus ſuper Iudam. 2. *Paralip. cap.* 21.
3830.	884.	Ochozias, mortuo Ioram Patre ſuo, regnat in Ieruſalem ſuper Iuda. 4. *Regum cap.* 8.
		Jphitus Rex Olympicos ludos inſtaurat, ſed non cæpit numerari, niſi Olympias 28., anno P. I. 3938., Æræ Atticæ anno 807.
3831.	883.	Iehu occidit Ioram Regem Iſrael, & Ochoziam Regem Iuda, quarè ipſe regnat in Samaria, & Athalia Mater Ochoziæ in Ieruſalem. Occiſa eſt etiam Iezabel Mater Ioram 4. *Regum cap.* 9.
		Dido, ex Thyro profecta anno 7. Pygmalionis Regis, Cartaginem muris cingit annis 325. poſt captam Troiam, & anno 126. Æræ Templi. *Marsh. Ricciol. id ſignat anno ante Æram* 886.
		Hoc tempore contigit hiſtoria Naaman Syri, & Ieſſi punitur leprâ. 4. *Regum cap.* 5.
3834.	880.	Ionas Propheta incipit prædicare in Niniue anno 3., vel 4. Sardanapali. *Ricciolius*.
3837.	877.	Occiſâ Athaliâ, regnat in Ieruſalem ſuper Iuda Ioas filius Ochoziæ, qui operâ Ioiadæ præſeruatus fuerat à cæde Iehu. 4. *Regum cap.* 11., & 2. *Paralip. cap.* 23.

Sar-

Anni
P.I. a.Æ.C.

3851. 863. Sardanapalus ab Arbace Rege Medorum obſeſſus in Niniue, & ad extrema radactus, ſe, ſuaque omnia in ardentem rogum conijcit, & finem habet Monarchia Aſſyriorum, quæ à Belo ſteterat annis 1450., & à Nino 1400.. Phul Belochus conſtituitur ab Arbace Prorex in Niniue per totam Aſſyriam, & Beletus Prorex Babyloniæ, licet ambo dicti ſint Reges. *Marsh.*, *&* Ricciolius, ſed Uallemontius mortem Sardanapali ponit an. 757. ante Æram com.

3859. 855. Ioas Rex Iuda iubet inſtaurari Templum, quod ab Athalia fuerat deſtructum. 2. *Paralip. cap.* 24. Defuncto Iehu, regnat Ioachaz filius eius. 4. *Regum cap.* 10.

3863. 851. Joiadas Pontifex moritur annorum 130., cui ſuccedit in Pontificatu filius eius Zacharias. 2. *Paralip. cap.* 24.

3873. 841. Zacharias iuſſu Regis Ioas occiditur à populo. 2. *Paralip. cap.* 24.

3875. 839. Ioachaz moritur, cui ſuccedit filius eius Ioas Rex Iſrael, & regnat in Samaria annos 17. 4. R*egum cap.* 13. *Marshamus*.

3876. 838. Amaſias à Patre Ioas accitur in ſocium Regni Iuda. *Marshamus*.

3877. 837. Moritur Ioas Rex Juda Pater Amaſiæ. 2. *Paralip. cap.* 24.

3884. 830. Eliſæus Propheta moritur viſitatus à Ioas Rege Iſrael, cui prædicit victoriam de Syria anno 10. Regni eius *ex* R*icciolio* 4. R*egum cap.* 13.

3885. 829. Amaſias exercitum recenſet, & inuenit trecenta millia ad arma aptorum, conducitque mercede talentorum centum argenti centum millia Iſraelitarum, quos tamen iuſſu Prophetæ remittit in Patriam, & cum ſuis percutit Idumæos. 4. R*egum cap.* 14., *&* 2. *Paralip. cap.* 25.

Ama-

Anni
P.I. a.Æ.C.

3887. 827. Amaſias Idumæorum Deos adorat, & volens fœdus inire cum Ioas Rege Iſrael, ab eo capitur, & Ieroſolymam diripit, abductis in Samariam theſauris Regis. 4. *Regum cap.* 14. 2. *Paral.* 25.

3888. 826. Mortuo Ioas Rege Jſrael, regnat in Samaria Jeroboam ſecundus filius eius. 4. *Regum cap.* 14.

3899. 815. Azarias, qui etiam dicitur Ozias, ab Amaſia Patre in Regni Iuda conſortium accitur. *Marsh.*

3903. 811. Populus rebellat contra Amaſiam, qui fugit in Lachis, ibique occiditur, & Ozias regnat ſolus in Ieruſalem. 4. *Regum cap.* 14.

3906. 808. Oſeas Propheta incipit prophetare. *Ricciolius.*

3913. 801. Capua conditur annis 820. ante Vinicij Conſulatum. *Ricciolius.*

3914. 800. Ozias à Deo leprâ percutitur, & eſt leproſus vſque ad mortem. 2. *Paralip. cap.* 16. *Marsh.*

3917. 797. Joel Propheta incipit prophetare. *Ricciolius.*

3929. 785. Amos Propheta prædicit terræmotum. *Amos cap.* 1. *Ricciolius.*

3930. 784. Ieroboam moritur anno 42. Regni eius, & fuit Interregnum annorum 7. 4. *Regum* 14. *Marsh.*

3938. 776. Olympiades, quæ ab Iphito fuerant inſtauratę, hoc anno, quo incipiebat xxv111., numerari cęperunt, ideoq; dicta fuit hęc prima, in qua Corebus Coquus victor fuit, & ab hoc anno incipit tempus hiſtoricum iuxtà Varronem.

3940 774. Heſiodus Poæta moritur.

3941. 773. Jn Samaria, poſt annos 7. Interregni, eligitur in Regem Zacharias filius Jeroboami, qui menſe ſexto occiditur à Sellum, qui regnat menſe vno, &, eo interfecto à Manahem, hic regnat in Samaria anno 39. Ozię Regis Iuda. 4. *Regum cap.* 15.

3942. 772. Phul Rex Aſſyriorum inuadit Samariam, & Manahen dat ei mille talenta argenti, videlicet millionem,

&

Anni
P.J. a.Æ.C.

3942. 772. & ducenta millia ſcuta romana, ſiue 125. millia libras argenti; vt ab eo confirmetur in Regno Samarię. 4. *Regum cap.* 15.

3943. 771. Confuſius naſcitur Cinenſium Philoſophus *Uallemontius, ſed Ricciolius vult illum natum annis* 551. *ante Chriſtum P. I.* 4163.

3944. 770. Romulus naſcitur. *Ricciolius*.

3950. 764. Mortuo Manahen Rege Samarię, regnat filius eius Phaceia, anno 50. Oziæ Regis Iſrael.

3954. 760. Ephori quinque à Lacedemonijs creantur, quorum primus fuit Eleatus. *Ricciolius*.

3952. 762. Phaceas filius Romelię coniurat in Regem Phaceiam, eumque occidit, & regnat pro eo in Samaria anno 52. Ozię Regis Iuda. 4. *Regum cap.* 15.

3954. 760. Mortuo Ozia, regnat ſolus filius eius Ioathan, qui à Patre accitus fuerat in Regni Socium, ex quo leprâ fuit percuſſus. 4. *Regum cap.* 15.

3954. 760. Iſaias videt Dominum ſedentem, qui eum mittit ad prædicandum. *Iſaias cap.* 6.

3959. 755. Numitor vltimus Rex Latij regnat annos fere duos. Arcontes Athenis decemnales conſtituuntur, quorum primus fuit Charops. *Ricciolius*.

3961. 753. Roma conditur à Romulo, iuxta Uarronis ſententiam, die 21. Aprilis, vel, vt volunt alij, paucis diebus ante Solſtitium Æſtiuum, regnante in Judæa Joathan filio Ozię, & in Samaria Phacęe filio Romelię, viuente Iſaia Propheta.

3964. 750. Teglat Phul Aſſar regnat in Niniue, & Aſſyria annos 23. Romani rapiunt Sabinas, vnde oritur bellum. *Ricciolius*.

3966. 748. Ioathan Rex Iuda filium ſuum Achaz vocat in conſortium Regni. *Marsh. f.* 406.

Teglat Phul Aſſar ad ſuaſionem Regis Achaz venit contrà Phacęe Regem Jſrael; captis pluribus vrbibus

Anni
P.I. a.Æ.C.

3966. 748. bus Galileæ transfert Iudæos in Aſſyriam, & hæc fuit prima captiuitas Judæorum. 4. *Regum cap.* 15., *&* 1. *Paral. cap.* 5. *Marsh f.* 469.

3967. 747. NabonaſsarusRex, ſiuè Prorex Babylonis regnare incipit die 26. Februarij, & ab eâdem die, & anno incipit illius Æra. *Ricciolius*, *Vallemontius*, *Marſhamus*, *& alij*. Iſaiæ vaticinium de Cyro annis 210. ante ſolutam captiuitatem Babylonicam. *Iſaias c.* 45. Abdias prophetare incipit. *Ricciolius*.

3968. 746. Raſim Rex Syriæ, & Phacęe Rex Iſrael obſident Regem Achaz in Ieruſalem; hic petit auxilium à Rege Aſſyriorum, qui Damaſcum inuadit. Achaz ad illum ſe transfert, & videns ibidem Altare præcipit Urię Sacerdoti, vt ſimilem conſtruat 4. *Regum* 17.

3970. 744. Oſeas coniurat contrà Phaceam, eoque occiſo, regnat ſuper Iſrael annis 9. 4. *Regum* 15.

3972. 742. Mortuo Ioatham, Achaz in ſocium Regni vocat Ezechiam anno 3. Oſeæ. *Marshamus*.

3976. 738. Anno 4. Regni Ezechię, & 10. Achaz Salmanazar Rex Aſſyriorum obſidet Samariam. 4. *Regum cap.* 17., Erat autem annus Ærę Templi 270.

3978. 736. Salmanazar Rex Aſſyriorum, anno 9. Oſeę Regis, ſexto Ezechiæ, capit Samariam, & abducit in Niniuem inter alios Tobiam ſeniorem, ductis Babylonijs, alijſq; Populis in Samariam. 4. *Regum cap.* 18. Regnum Jſraeliticum, ſiuè Samaritanum deſijt, quod à morte Salomonis ſteterat annis 237. *Marshamus* qui corrigendus eſt f. 529., vbi ait Regnum fuiſſe excifum anno 4. Ezechiæ, tunc enim fuit obſeſſa Ciuitas, & exciſum Regnum an. 6. Ezechiæ, Templi 272., Nabonaſ. 12., Olymp. 11. anno 1.

3983. 731. Mortuo Achaz, Ezechias ſolus regnat ſuper Juda, & eodem anno repurgat Templum menſe primo, vbi multa offert ſacrificia, & menſe ſecundo celebrat Phaſe

die

Anni
P.I. a.Æ.C.

3983. 731. die 14., quæ incidit in 8. Maij, cùm Nouilunium medium menſis primi incidiſſet in 25. Martij. 2. *Paralip. cap.* 29. *&* 30.

3986. 728. Ezechiè anno 14. Senacherib Rex Aſſyriorum aſcendit ad vniuerſas Iudeę Vrbes munitas, eiſque potitur, minaturque obſidere Ieruſalem. 4. *Regum cap.* 18., ſed eâdem nocte Angelus Domini occidit eorum 185000., & Senacherib reuerſus eſt in Niniuem, vbi dum Dijs ſacrificat, à filijs occiditur anno P. I. 4004.

3987. 727. Egrotat Ezechias, & ab Iſaia ſanatur, cuius rei ſignum fuit, quod vmbra Horologij Solaris retroceſſerit per 10. lineas. 4. *Regum cap.* 20. *Ricciol. id ſignat anno* 712. *antè Æram comm.*

3993. 721. Babylone regnare incipit Mardo Kempadus, qui etiam dictus eſt Merodach, ſiue Berodach, & hoc eodem anno contigit Eclypſis Lunæ, de qua Ptolemæus. Hic Rex miſit literas, & munera Ezechię, & cùm Ezechias oſtendiſſet Nuntijs illius omnes theſauros ſuos, ab Iſaia corripitur. 4. *Regum cap.* 20. *Ricciolius, Marshamus, & alij concordes in anno.*

3994. 720. Nahum Propheta incipit prophetare. Eclypſes duę anno 2. Merodach, de quibus Ptolemęus, & Ricciol.

4001. 713. Cum regnaſſet Ezechias annis 29., moritur, eique ſuccedit in Regno Manaſſes filius ipſius annorum 12. 4. *Regum cap.* 20. 2. *Paralip. cap.* 33. Erat annus Ærę Templi 295., Nabonaſſari 35.

4003. 711. Numa Pompilius annum reformat annis *666.* ante reformationem Julij Cæſaris, & 2292. ante reformationem Gregorianam. *Ricciolius.*

4004. 710. Moritur Senacheribus occiſus à filijs, & regnat pro eo Aſſaradon filius eius. 4. *Regum cap.* 18. *Marshamus, & Ricciolius.*

4024. 690. Judith hoc ferè anno Holofernem obtruncat. *Ricciol.*

Athenis

Anni P.I.	a.Æ.C.	
4030.	684.	Athenis Creon eligitur primus Arcontes Annuus. *Ricciolius, Marſhamus*.
4034.	680.	Aſſaradon Rex Aſſyriorum potitur Babylone poſtquam ibi fuerat Interregnum annorum 8., & duo Regna in vnum coaleſcunt. *Marſh. f.* 514., *& Vallemontius tom.* 2.
4035.	679.	Manaſſes Iſaiam ſerrâ ſecari iubet, & Idolis ſacrificat. 4. *Regum* 21., *&* 2. *Paralip.* 33.
4037.	677.	Principes exercitus Regis Aſſyriorum captum Manaſſen, & catenis, atque compedibus vinctum, ducunt Babylonem. 2. *Paralip. cap.* 33.
4038.	676.	Rex Aſſyriorum Aſſarhaddon de Babylone, & de Cuthe, alijſque regionibus adducit colonos in Samariam pro ijs, qui fuerant aſportati à Salmanazar, & acciderunt, quę narrantur, 4. *Regum cap.* 17. *Marſh. f.* 515.
4043.	671.	Mortuo Numâ, eligitur in Regem Romanorum Tullus Hoſtilius, & contigit certamen inter Horatios, & Curiatios, de quo *Titus Liuius*.
4044.	670.	Exciſâ à Lacedemonis Meſſeniâ Urbe, Ciues illius migrant in Siciliam, & Vrbem condunt, quam Meſſanam vocant. *Pauſanias*.
4047.	667.	Bellum Romanorum cum Fidentinis exoritur. *Titus Liuius*. Aſſarhaddoni ſuccedit in Regno Aſſyriorum, & Babylonico Saosduchinus. *Marſhamus*.
4049.	665.	Romani cum Sabinis bellum gerunt. *Titus Liuius*. Neceſſus Rex Ægypti regnat. *Ricciolius*.
4055.	659.	Mortuo Manaſſe anno 55. Regni ſui, illi ſuccedit in Regno Judæ Amon filius eius. 4. *Regum* 21., *&* 2. *Paralip. cap.* 33.
4056.	658.	Occiſo Amone anno ſecundo Regni ſui à coniuratis, Populus de eis vindictam facit, & eligit in Regem Ioſiam octennem eius filium. 2. *Paralip. cap.* 33.

Anni
P.I. a.Æ.C.

4067. 647. Saosduchino ſuccedit in Regno Aſſyriorum Chiniladahus eius filius. *Marshamus*.

4068. 646. Anno 13. Ioſię Ieremias incipit prophetare, erat autem annus Æręę Templi 362., Nabonaſſari 102. *Ieremias cap.* 1.

4073. 641. Anno 18. Ioſię inuentus eſt ab Helcia Pontifice liber ſcriptus per manum Moyſis, quem miſit Regi. Rex deſtruit Idola; inſtaurat Templum, & celebrat Phaſe celeberrimum, quod contigit die 5. Aprilis feria 3., cum Nouilunium Niſan à prima Phaſi contigiſſet die 23. Martij, & Litera Dominicalis Greg. eſſet F. 4. *Regum cap.* 22., *&* 23., *&* 2. *Paralip.* 35.

4075. 639. Mortuo Tullo, Romæ eligitur in Regem Ancus Martius, qui Vrbem ampliat, pontem ſublicium conſtruit, & Oſtiam ædificat. *Tit. Liu. lib.* 1. *cap.* 13.

4076. 638. Solon naſcitur moriturus annorum 80. R*icciolius*.

4086. 628. Pharao Nechao Rex Ægypti aſcendit contrà Regē Aſſyriorum; Ioſias ſe illi opponit, ſed occiſus eſt in campo Mageddo, eique ſuccedit in Regno Iudæ Ioachaz, filius eius, ſed poſt tres menſes Nechao eum catenis vinctum transfert in Ægyptum, vbi ſtetit vſque ad mortem, & eligit in Regem Iuda Eliachim filium Ioſię ſecundum, quem Ioachim nominat. 4. R*egum* 23. Impoſuit etiam tributum centum talentorum argenti, & vnum talentum auri, ideſt in pondere libras 12500. argenti, & 125. auri.

4089. 625. Ieremias prophetat anno 4. Regis Ioachim ea, quę habentur *cap.* 25., *&* 45. Cùm Chiſniladamo ſucceſſiſſet in Regno Aſſyriorum, & Babylonis Nabucdonoſor Pater Nabucdonoſor Magni, copię illius percuſſerunt exercitum Nechaonis ad Euphratem. *Ierem. cap.* 46. *Ricciolius*, *&* *Marshamus*.

4093. 621. Inſignis fuit Lunæ defectus ſignatus *à Ricciol. f.* 231., *&* *à Marsh. f.* 531. anno Nabonaſſari 127., Æræ Tem-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4093. 621. Templi 387., Nabucdonoſorris 5., Ioachim 8.
Hoc eodem anno Nabucdonoſor aſcendit contrà Ioachim, & catenis vinxit, vt eum ſecum abduceret Babylonem, ſed, datâ obſequij fide, illum Regno reſtituit, verùm Daniel cum alijs abductus fuit captiuus Babylonem. 4. *Regum cap.* 24.

4095. 619. Eſopus floret Olympiade 40. *Ricciolius*. Hoc anno cępit obſidio Tyri à Nabucdonoſorre ordinata, quę continuauit per annos 13. *Marsh. Ezech.* 26. 2.

4096. 618. Ioachim poſtquam annis tribus ſeruierat Regi Nabucdonoſor, ab eo rebellat, ideoque illum morti damnat, & conſtituit in Regem Ioachim filium ipſius, ſed poſt tres menſes tranſlatus eſt Babylonem vnà cum Matre, & theſauris domus Domini. Abducti ſunt etiam cum eo omnes Iudæi numero 10. millia, inter quos Ezechiel Propheta, relictis in Iudæa ſolis pauperibus, & conſtituitur in Regem Mathanias, quem Sedeciam vocat, hic erat Patruus Ioachimi, hæc autem fuit ſecunda tranſmigratio facta à Nabucdonoſorre.
Hic eſt annus 390., de quo loquitur *Ezechiel cap.* 4. 5. ſub nomine dierum, in quo tres fuere Reges Iuda, primus Ioachim occiſus, ſecundus Ioachim ductus in captiuitatem, & tertius Sedecias expilati Regni adminiſtrator. *Marsh. f.* 531. *ex* 4. *Regum* 24., *&* 2. *Paralip.* 36.

4099. 615. Lucius Tarquinius Priſcus regnat Romæ annos 37. *Tit. Liu. l.* 1. *c.* 15.

4100. 614. Ezechiel incipit prophetare anno 5. tranſmigrationis Regis Joachim. *Exech. cap.* 1.

4102. 612. Pytagoras ſenior Samius ſtellam Veneris obſeruat *ex Plinio*. *Ricciolius*.

4103. 611. Daniel liberat Suſannam à morte anno 10. captiuitatis. *Ricciolius*.

Sede-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4104. 610. Sedecias, à vicinis Regibus inſtigatus, rebellat à Rege Babylonis. 2. *Paralip. cap.* 36., & *Ierem.* 27. 3. 4. *Regum cap.* 24.

4105. 609. Anno 9. Sedeciȩ decima die menſis 10. Nabucdonoſor Magnus filius alterius Nabucdonoſorris venit in Iudæam, & Ieroſolymam obſidet. 4. *Regum cap.* 25., & *Ierem. cap.* 52. 4. Contigit autem obſidio die 27. Decembris, quȩ fuit 10. menſis decimi.

4107. 607. Quarti menſis die 9., quæ incidit in 9. Iulij, capta eſt Urbs Jeruſalem. Filij Regis Sedeciæ in conſpectù Patris iugulati ſunt, ei verò eruti ſunt oculi, & abductus eſt Babylonem, vbi ſtetit vſque ad diem mortis eius. Menſe 5. die 10. quæ incidit in 9. Auguſti f. 6. Nabuſardam incendit Templum, quod ſteterat annos integros 400. 4. *Regum* 25. 2. *Paral. cap.* 36. *Ierem. cap.* 52.

Hic fuit finis Regni Iuda, quod à Saule ſteterat annis 484., à Dauide 444., à diuiſione à Regno Iſraelis an. 365., & ab hoc anno per Marshamum incipiunt anni 70. captiuitatis. Vallemontius id ſtatuit an. 584., Ricciol. 587., & nos 607. a. Æ. C.

4108. 606. Nabucdonoſor Magnus Tyrum expugnat iam à 13. annis obſeſſam, & habitatores, illius in inſulam ſe recipiunt, vbi nouam Tyrum condunt ab Alexandro Magno poſtea deſtructam. *Marshamus*. Ieremias moritur in Ægypto lapidatus, eò quòd prædixerit cladem futuram per Nabucdonoſorrem.

4109. 605. Nabucdonoſor in Ægyptum ingreſſus hoſtilitèr Regem occidit, & tùm Ægyptios, tùm Iudæos plurimos, qui ibi confugerant, Babylònem aſportat. *Ierem. cap.* 44. *Ezech. cap.* 30. *Ioſephus Hebræus*. Subegit etiam Æthiopes, Jdumæos, Amonitas, Moabitas, Arabes, totamque Paleſtinam, & Syriam, neć non anno ſequenti Ælamitas. *Ricciol. ad annum* 583.

Nabuc-

Anni
P.J. a.Æ.C.

4110. 604. Nabucdonoſor ſenior moritur Babylone, vbi Nabucdonoſor M. ſe confert ibidem regnaturus.
Hic eſt annus primus Nabucdonoſorris, & ab hoc anno incipit illius Monarchia, quam Ricciol. ſtatuit in annum 605.

4111. 603. Cyaſares Medorum Rex, auxiliāte Nabucdonoſorre, Niniuem deſtruit. *Marſhamus*. Daniel interpretatur ſomnium Nabucdonoſorris, de quo *ipſe cap.* 2.

4114. 600. Marſilia in Gallia conditur. Cylon Athenienſis Regnum affectat capta arce, vnde Cylonium piaculum, *de quo vide Marſhamum*.

115. 599. Naſcitur Cyrus anno Nabonaſſari 149. *ex Marſhamo*.

4120. 594. Anno hoc, qui erat 25. tranſmigrationis, & 14. ab excidio Jeroſolymæ, Ezechiel prophetat, quæ habentur c. 4.. Solon dat leges Athenienſibus anno 3. Olymp. 46.

4129. 585. Occaſione Eclypſis Solaris, quam Thales Mileſius Ionibus prædixerat, dirimitur prælium inter Cyaſarem Medorum, & Alyattem Lydorum Reges. *Ricciolius, ſed Marſhamus id ponit anno P. I.* 4117.

4130. 584. Nabucdonoſor videt ſomnium arboris, *de quo Daniel cap.* 4.

4131. 583. Nabucdonoſor ſtatuam ſuam adorari mandat, & tres pueros in fornacem inijci iubet. *Daniel cap.* 3.

4132. 582. Nabucdonoſor mente alienatus cum beſtijs in nemoribus habitat, & fœnum vt bos comedit, quarè Euilmerodach Regnum adminiſtrat, & Regem Ioachinum de carcere liberat. *Daniel cap.* 4. 4. *Regum cap.* 25. *Marſhamus*.

4136. 578. Seruius Tullus Rex Romanorum regnat annos 44. *Tit. Liuius*.

4139. 575. Nabucdonoſor priſtinæ ſanitati reſtitutus denuò Regnum adminiſtrat, & Euilmerodach filium in carcerem trudit. *S. Hieron. ex Marſh.*

Pi-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4148. 566. Piſiſtratus Athenienſium tyramnidem occupat. Anno 3. Olymp. 53. *Plutar.*

4152. 562. Moritur Nabucdonoſor M., qui regnauit annis 43., eique ſuccedit filius eius Euilmerodach per annos duos. *Marshamus f.* 586.

4155. 559. Mortuo Euilmerodach regnat Laboſardachus, qui in Daniele cap. 5. dicitur Baltaſſar; ſed Marshamus vult Baltaſſarrem fuiſſe Euilmerodach; Vallemontius verò fuiſſe Nabonitum à Cyro occiſum in expugnatione Babylonis. Daniel videt ſomnium, quod narrat capite ſeptimo.

4157. 557. Anno 3. Regni Baltaſsarris Angelus apparet Danieli, eique reuelat ea, quæ narrat *cap.* 8.

4159. 555. Daniel detegit dolum Sacerdotum Beli, de quo *c.* 14.

4160. 554. Baltaſſar facit grande conuiuium, de quo *Daniel cap.* 5., eoque eadem nocte à rebellibus occiſo, regnat Nabonidus, quem Ricciolius vult fuiſſe Darium Medum. S. Gabriel Angelus apparet Danieli, eique prædicit natiuitatẽ, & mortem Sancti Sanctorum, vt habetur. *Danielis cap.* 9.

4166. 548. Cyrus Creſum Lydorũ Regem ſuperat, & deſinit Lydorum Regnum, quod ſteterat annis 243. *Marshamus, ſed Vallemontius vult ſtetiſſe annis* 505.

4176. 538. Cyrus Babylonem expugnat, & finem habet Aſſyriorum Monarchia, quę, occiſo Sardanapalo, continuauerat ſub Medis, Chaldæis, & Babylonis. *Marſhamus*, ſed Ricciolius, & Vallemontius id ſignant anno P. I. 4178.

4177. 537. Cyrus anno primo Regni ſui ſoluit captiuitatem Iudæorum, eiſque pollicetur rędificationem Templi in Ieruſalem. 1. *Eſdræ cap.* 1., *& cap.* 6.

Finem

Finem habet 5. Mundi Ætas; & incipit 6.

Anni
P I. a.Æ.C.

4178. 536. ANno ſecundo aduentus Iudæorum in Ieruſalem iaciuntur à Zorobobele fundamenta Templi, ſed ob inimicorum violentiam ſuſpenditur ædificatio, 1. *Eſdræ cap.* 3., *&* 4.

4179. 535. Anno tertio Cyri Daniel videt, quæ enarrat *cap.* 10., *&* 11., & prædicit victorias Alexandri M. annis 200. antequam acciderent, ſicut Iſaias prædixerat victorias Cyri an. P.I. *3967*.

4180. 534. L. Tarquinius ſuperbus vltimus Rex Romanorum regnat per annos 25. Milo Chrothoniates floret. Pythagoras in Jtaliam venit. *Ricciolius*.

4184. 530. Cyro à Tomyride Scytarum Regina occiſo, ſuccedit in Monarchia Cambyſes eius filius. *Ricciolius*, qui vult hunc fuiſſe Maritum Eſteris. Tarquinius ſuperbus Capitolij fundamenta iacit, ſic dicti ab humano capite in fundamentis reperti. *Tit. Liu.*

4185. 529. Samij Dicearchiam, ideſt Puteolos condunt. *Euſeb.*

4188. 526. Daniel moritur annorum 110.

4189. 525. Cambyſes Ægyptum inuadit, & anno ſequenti in eos crudeliſſimè ſæuit. *Herodotus*.

4191. 523. Septimo anno Cambyſis, Nabonaſ. 225. fuit Lunæ Eclipſis inter 16., & 17. Julij, menſis Phamenoth inter 17., & 18. cum Neom. Thoth incidiſſet in 1. Ianuarij. Cambyſes moritur, & Oropaſtus Magus regnat per menſes 7. *Ricciolius*.

4192. 522. Oropaſto interfecto, ſeptem Principes eligunt in Regem Perſarum Darium Hiſtaſpis filium, qui regnauit annis 36. *Herodotus*.

4193. 521. Aggæus, & Zacharias incipiunt prophetare, & eorum hortatu Ioſue, & Zorobobel nouo decreto Darij,

Anni
P.I. a.Æ.C.

4193. 521. Templum inſtaurat. Darij conuiuium *de quo Eſdras l. 3. c. 3.* Erat hic annus ſecundus Darij, & Nabonaſ. 228.

4197 517. Anno ſexto Darij die tertia menſis Adar, quæ incidit in 2. Februarij abſolutum eſt Templum à Zorobobele, & die 14. Niſan, quæ incidit in 13. Aprilis feria 7. celebratum eſt Phaſe ſolemniſſimum, & celeberrimum. *Eſdras l. 1. c. 6.*

Hoc tempore Darius Pontem ſuper Boſphorum Thracium conſtrui iuſſit ad tranſmittendum exercitum contra Scythas.

4206. 508. Lucretia violata à Tarquinio ſibi mortem infert, ideòque, Rege fugato, primùm Conſules eliguntur. *Tit. Liuius, & Ricciol.* Sybaritarum 300. millia à 100. millibus Crotoniatis cæduntur Duce Milone, & Sybaris ſolo æquatur. *Diodorus l. 12.*

4208. 506. Initium belli Porſennę in Romanos, in quo enituit virtus Mutij Sceuolæ, Horatij Coclitis, & Cleliç. *Tit. Liu.*

4212. 502. Anno Darij 20. Nabonaſsari 246. Ptolemæus ſignat Eclipſim Lunarem inter diem 19., & 20. Nouembris. *Ex Ricciolio.*

4214. 500. Anaxagoras Claſomenus naſcitur, moriturus an. P. I. 4286. *Ricciolius.*

4217. 497. Dictator primus Romæ creatur T. Lartius. *Ricciolius ex T. Liuio.*

4218. 496. Mardonius Perſa, ad Athon promuntorium tempeſtatem paſſus, amittit hominum 20. millia. *Herodotus.*

4219. 495. Leonidas Lacedemonum Dux cum 300. Spartanis pugnat contra Darij exercitum, vt illi tranſitum per Termopylas impediat, vbi fuit occiſus. Alij volunt hoc accidiſſe an. P. I. 4234. Eodem in loco pugnarunt etiam Acilius Glabrio contra Antiochum, & Q. Metellus contrà Bæotas.

Prope

Anni
P.I. a.Æ.C.

4224. 490. Prope Marathonem vrbem Atticam fuit pugna Marathonia inter Græcos, & Perſas Duce Miltiade die 29. Septembris, in qua periere Perſarum 206. millia, & Græcorum tantùm 192. *Herodotus*. Iuſſu Senatus Coriolanus exulatum abit. *Uallemontius, ex Tit. Liu.*

4225. 489. Miltiades poſt Marathoniam pugnam ab Athenienſibus in vincula coniectus moritur. *Herod.*

4227. 487. Coriolanus Romam obſidet, ſed placatus à Matre, & vxore, Patriæ reconciliatur. *T. Liu. l. 2. Dec. 1.*

4228. 486. Xerſes Darij Hyſtaſpidæ filius incipit regnare mortuo Patre. *Ricciolius*.

4229. 485. Prima mentio legis Agrariæ, quæ tot diſcordiarum cauſa fuit. *Ual. Max. l. 3. c. 3.*

4234. 480. Solis defectus ex vaporum interpoſitione Xerſis exercitum terret, ſed adhuc, conſtructo ponte ſuper Heleſpontum, in Græciam tranſmittit cum exercitu hominum 2317610.; victus tandem fuit in Salaminia pugna, & in nauali propè Promuntorium Artemiſium Duce Themiſtocle, & Euribiade die 23. Septembris. Eâdem die, quâ Græci vicere Perſas, Gelo in Sicilia vicit Amilcarem Carthaginenſem. *Bardi*. *Ricciolius*. *Uallemontius*.

4235. 479. Alexander Amyntæ filius regnat in Macedonia per annos 43. *Ricciolius*.

Mardonius Dux exercitus Xerſis expugnat, diripit, & incendit Athenas. Verùm Lacedemones eodem anno quadam die in mane eundem ad Plateam ſuperant Duce Pauſania, in quo prælio cum ſuo Duce periere ad 100000. Perſarum, nec non in ſerò Duce Leothichide Artabazanum ad Micalem cædunt, 30000. occiſis, quarè Xerſes in Perſidem regreditur. *Bardi*. *Uallemontius*.

Anni
P.J. a.Æ C.

4236. 478. Solis Eclipſis 2. Octobris Cleombrotum Spartanum Ducem terret. *Herodotus*.

4238. 476. Fabij 306. vnâ die cæduntur anno 4. poſt Salaminiam pugnam. *Gellius l. 17. c. 20.*

4239. 475. Thucycides naſcitur. *Ricciolius*. Hoc tempore viuebant ſeptem Græciæ ſapientes, qui fuere Thales Mileſius, Pittacus Mitylenæus, Brias Prienęus, Solon Athenienſis, Cleobolus Lydius, Myſon Chenæus, & Chilon Lacædemonus. *Marsbamus f.* 644.

4242. 472. Artaxerſes Longimanus hoc anno, viuo Patre Xerſe, regnare incipit. Hunc fuiſſe Aſſuerum maritum Eſteris vult Celada, & alij nobiſcum.

Democritus Abderites naſcitur. *Ricciolius*.

4243. 471. Socrates naſcitur. Themiſtocles accuſatus à Spartanis apud Athenienſes tanquam Patriæ proditor, Oſtraciſmo in exilium pulſus, confert ſe ad Xerſem, eoque abſente, ad Artaxerſem. *Bardi ex Herodoto*.

4246. 468. Simonides moritur annorum 89. Floret Zeuſis Pictor, & Diagoras. *Ricciolius*.

4249. 465. Artaxerſes, mortuo Patre, ſolus regnat per annos 41. *Ricciolius*.

4253. 461. Artaxerſes, qui eſt Aſſuerus, anno ſeptimo Regni ſui duxit in vxorem Eſter poſt expulſam Uaſthi; hoc anno, qui fuit. 12. Regni eius, Aman decernit occidere omnes Iudæos menſe 12. Adar, ſed ipſe morti damnatur. *Eſter cap. 3. &* 4.

4254. 460. Hipocrates Medicorum Princeps naſcitur. Cimon Dux exercitus Athenienſium poſt plures partas victorias Oſtraciſmo in exilium relegatur. *Diodorus*.

4259. 455. Ludi Sæculares primùm acti Romæ. *Ricciol.*

4261. 453. Anno 20. Artaxerſis, Neemias obtinet à Rege facultatem reædificandi Urbem Ieruſalem. 2. *Eſdræ cap.* 2. Ab hoc anno incipiunt enumerari hebdomadæ 70.

Danie-

Anni

P.J. a Æ C.

4261. 453. Danielis terminandæ anno P. I. 4750. *Ricciol. t. 1.*

4262. 452. Sybaris à Theſſalo inſtauratur. *Diodorus.*

4264. 450. Decem viri cum poteſtate Conſulari creantur Romæ. *Ricciolius.*

4266. 448. Ob decem virorum impotentiam Plebs Romana ſecedit. *Liu. l. 3.*

4270. 444. Euclides Socratis auditor floret. *Ricciol.* Methon Athenienſis Cyclum decemnoualem publicat. *Marsh., ſed Ricciolius id ſignat anno 432. cum Uallemontio.*

4271. 443. C. Camuleius Tribunus Mil. Romæ obtinet vt connubia Patrum, & Plebis communia ſint, tentans etiam, vt vnus Conſulum eſſet plebeius, de quo per annos 78. diſputatum eſt. *T. Liu. l. 4. Dec. 1.*

4272. 442. Tribuni Militum cum Conſulari poteſtate, & Cenſores primùm Romæ creantur. *T. Liu. l. 4. Dec. 1.*

4273. 441. Neemias anno 32. Artaxerſis venit ad Regem, vt eum roget pro Populo ſuo. 2. *Eſdræ c. 13.* Hoc tempore erat vbiq; pax. *Vallemontius t. 2. fol. 221.*

4275. 439. Fames dira Romam vexat, & multi ex deſperatione ſe in Tyberim proijciunt. Sp. Melius prædiues frumentum Plebi elargitur, quarè de affectato Regno ſuſpicionem facit. *T. Liu. l. 4.*

4283. 431. Peloponenſis belli initium anno 1. Olympiadis 87.. In æſtate fuit ſolis Eclipſis tanta Athenis, vt Stellæ apparerent, quod Periclis Nauclerum terruit, ſed non Periclem. *Vallemontius, ex Plutarco.* Memorabilis peſtilentia incipit in Æthiopia, Libia, Ægypto, Perſia, & peruenit Athenas de qua *Hipocrates, Tucicides, Lucretius, & Uallemontius.*

4286. 428. Pericles moritur, & Plato naſcitur. *Ricciolius.*

4290. 424. Artaxeſes moritur, & eâdem die moritur etiam Damaſpia eius vxor. *Vallemontius.* Poſt eum Xerſes ſecundus filius eius regnat menſibus duobus, & occiditur à Soſdiano, qui regnat menſibus 7., & poſt eum Darius Nothus.

Po-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4296. 418. Poſtumia Ueſtalis, quòd ornamentis delectaretur, & iocis, de inceſtu accuſatur, & abſoluitur, ſed à Pontifice monetur de modo viuendi. *T. Liu. l.4. cap.25.* Idem accidit Appiæ Virgini Veſtali. *D. 1. l. 2. cap.23.* Minutiæ. *D. 1. lib. 8. cap.* 13. Sextiliæ l. 14. & Tucię *in Epith. l.* 20.

4297. 417. Seruorum coniuratio de occupanda Vrbe Romę detegitur. *Idem ibidem.*

4298. 416. Athenienſes bellum Siculum capeſſunt. *Diodorus.*

4299. 415. Diagoras anno 2. Olymp. 91. impietatis damnatur ab Athenienſibus. *Diodorus.*

4301. 413. Archelaus Perdiccæ filius regnat in Macedonia annos 14. Diogenes Cynicus naſcitur, Lunæ Eclipſis Niciam Athenienſium Ducem terret, ideòq; cum claſſe abſcedere nolens internecioni ſubiacet, quam à Syracuſanis paſſus eſt. *Plutarchus.*

4302. 412. Alcibiades Athenas reuerſus honorificè exceptus eſt. *Ricciolius.*

4303. 411. M. Poſthumius Trib. Mil. Romæ ob efferatum eius ingenium lapidibus obrutus à Plebe occiditur. *Tit. Liu. l.* 4.

4305. 409. Roma priùs peſtilentià, poſteà fame affligitur. *Tit. Liu. l.* 4.

4307. 407. Carthaginenſes nouam expeditionem ſuſcipiunt in Siciliam cum 300. millibus armatorum. *Diodor.*

4308. 406. Sophocles ex lætitia victorię decimæ octauæ reportatæ moritur annorum 90. Lacedemones ab Athenienſibus vincuntur ad Arginuſſas. *Diodorus.*

4309. 405. Athenienſium Claſſis nauium 180. à Liſandro Lacedæmonum Duce capitur intra Heleſpontum apud Egopotamum ſolis 10. cuadentibus. Idem Liſandrus anno ſequenti Athenas obſidet, quarè Athenienſes pacem poſcunt, quę illis datur, & finem habet bellum Peloponenſe, quod annis 27. perdurauerat. *Vallemontius.*

Alci-

Anni
P.J. a.Æ.C.

4309. 405. Alcibiades moritur. Artaxerſes ſecundus Mennon regnat in Perſia an. 43. *Ricciol.*

4310. 404. Romæ prima vice ſtipendium militibus datur ex ærario, qua arte Patres Plebem ſibi conciliant. *Tit. Liu. l.* 4.

4314. 400. Socrates annorum 70. moritur. Xenophon hiſtoricus floret. *Ricciolius.*

4317. 397. Albani lacus aquę prodigioſè intumeſcunt, quarè ad oraculum Delphicum conſulendum mittitur. *Tit. Liu. l.* 5. *c.* 9.

4321. 393. Mago Carthaginenſis Meſſanam obſidens, vincitur à Dionyſio. *Diodorus*. Camillo Faliſcorum vrbem [*nunc Galeſe*] obſidente, Ludi litterarij Magiſter eam illi dolo tradere ſe exhibet, quod ipſe recuſat; & ideò ciues ſe voluntariè ei dedunt. Cùm ad votum explendum aurum deeſſet in ærario, Matronæ omnia ornamenta ſua vltrò exhibent. *Tit. Liu. l.* 5. Aliâ vice id quoque fecerunt. An. P. I. 4325. *ex Liu. l.* 5. *cap.* 29.

4324. 390. Galli ad Alium flumen Fabium ſuperant, Romam depopulantur, & Capitolium obſident anno vrbis 364., licèt Liuius id ponat anno 365. *Tit. Liu.*

4325. 389. Camillus, licèt exul, Dictator eligitur, & Romam à Gallis liberat, quarè Pater Patriæ dicitur. Matronæ Romanæ ſua monilia ærario offerunt pro belli expenſis. *Tit. Liu. l.* 5.

4330. 384. Ariſtoteles naſcitur moriturus annorum 63.. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, ob ſuſpicionem affectati Regni de Saxo Tarpeio deijcitur. *T. Liu. lib.* 6.

4332. 382. Olynthiorum victoria de Lacedæmonijs. *Diodorus* 15. Filia M. Fabij Ambuſti nuptui tradita L. Licinio Plebeio in cauſa eſt legis de eligendo altero Conſule ex plebe, vnde maxima iurgia oriuntur. *T. Liu. lib.* 6.

Camil-

Anni

P.I. a.Æ.C.

4333. 381. Camillus Volſcos ſuperat. Demoſthenes naſcitur moriturus annorum 60. *Ricciol.*

4337. 377. Naualis victoria Thebanorum ad Naxum de Athenienſibus Duce Chabria. *Diodorus.*

4341. 373. Cometa inſignis apparet, de quo *Ariſt.*, & *Seneca l. 7. nat. quaeſt. c.* 5., indèq; terræmotus. *Diodorus.*

4343. 371. Pax firmatur inter Artaxerſem Perſarum Regem, & Athenienſes cum Lacedęmonijs, cui Thebani intereſſe recuſant. *Vallemontius.* Leutrica pugna, in qua, Duce Epaminonda, Thebani de Lacedemonijs triumpharunt, Cleombroto eorum Duce occiſo. *Ricciol. l. 3. f. 133. Vallemontius, & Blanchinus illam ponunt anno ſequenti.*

4344. 370. Ptolemæus Rex Macedonum regnat per annos 6. *Ricciolius.*

4349. 365. Romę eliguntur in Conſ. L. Sextius Lateranus ex Plebe, cum L. Emilio ex Patribus. Duo Magiſtratus adduntur, Ædilitas, & Prætura. Peſtilentia in vrbe graſſatur. Ludi ſcenici primâ vice Romę inſtituuntur. *T. Liu. l.* 7.

4350. 364. Apertâ in foro Romano ingenti voragine, Curtius in eam ſe proijcit, vt Deos placet, & Patriam liberet. *T. Liu. l.* 7. Perdiccas tertius Rex Macedonum regnat.

4351. 363. Thebanorum victoria ad Mantineam Duce Epaminonda, qui in ea moritur poſtquam ſciuit victos Arcades, & Lacedæmones eorum hoſtes. *Diodorus lib.* 15.

4352. 362. Artaxerſes tertius Ochus Perſarum Rex regnat annos 23. *Ricciol.* Ageſilaus in Ægyptum nauigat, vbi à Taco Rege ob exilitatem contemnitur, ſed ſuo malo. *Vallemontius.*

4353. 361. T. Manlius, quem ob ingenij hebetudinem Pater in agrum relegauerat, cum Gallo pugnans, ei torquem

Anni
P.I. a.Æ.C.

4353. 361. quem adimit, vnde Torquati nomen meretur. *T. Liu. Dec. 1. lib. 7. cap. 6.*

4356. 358. Philippus Secundus Rex Macedonum Pater Alexandri regnat per annos 24., cum fuiſſet obſes pro Patre Thebis, vbi in domo Epaminondę morabatur, & ab eo Philoſopho, & Duce hauſit documenta regnandi. *Vallemontius*. Philippus Athenienſes vincit ad Methonem. Multi contra Athenienſes fœdus iniunt. *Diodorus*.

4358. 356. Alexander M. naſcitur die 6. Hecatumbeonis, & Philippus ipſius Pater de Regibus Thracię, Paconum, & Illirici victoriam reportat. Templum Dianæ ab Heroſtrato Epheſi incenditur. *Vallemontius. Ricciol.*

4359. 355. C. Martius Rutilius primus ex Plebe dictator eligitur Conſulibus M. Fabio Ambuſto, & M. Popilio Lænas. *T. Liu. l. 7. c. 14.*

4361. 353. Mauſolus Rex Cariæ moritur, cui Arthemiſia vxor ſepulchrum condit vndique vocatis inſignioribus Artificibus, & inde Mauſolei nomen ſepulchris. *Ricciol. Vallemon.* Romę C. Martius Popilius eligitur primus Cenſor ex Plebe. *T. Liu. l. 7.*

4365. 349. Popilius ingentem Gallorum exercitum ſuperat, & primus ex Plebe triumphat. *Liu. l. 7. Dec. 1.*

4362. 342. Incipit bellum Samniticum Conſulibus M. Ualerio Coruo, & Cornelio Coſſo. *T. Liu.*

4374. 340. Romani Milites tumultuariè ſibi in Ducem eligunt T. Quinctium Agriculturæ operam dantem, ſed M. Uallerius Coruus eos à furore reuocat. *T. Liu. lib. 7. cap. 26.*

4375. 339. Latini à Romanis poſtulant, vt alter ex Conſulibus eligatur Latinus, quam legationem T. Manlius reiicit, & pro vtraque parte diſſeritur. T. Manlius conſ. filium, eò quòd iniuſſus pugnauerit, ſecuri percuti iubet. *T. Liu. l. 8. c. 6.* Similia exempla vide

Anni
P.I. a.Æ.C.

4375. 339. *l.* 4., *&* *l.* 8. *c.* 28. Arſes, ſeu Arogus Rex Perſarum, & Pater Darij regnat annos 4. *Ricciolius*.

4376. 338. Philippus ad Cheroneam Athenienſes, & Bæotas vincit, in qua pugna Alexander annorum 18. Thebanos fugat. *Vallemontius*.

4377. 337. Furius Camillus, & Mæmius Conſules de Latinis profligatis triumphant, & ſtatuas in foro merentur. *T. Liu. Plin. l.* 34.

4378. 336. Philippus à Pauſania occiditur, cui Alexander in Regno Macedoniæ ſuccedit regnaturus annos 12. Eodem anno mortuo Atſame Darius Codomanus incipit regnare in Perſide. *Vallemontius*, *Ricciolius*, *&* *alij*.

4379. 335. Alexander in Conuentu Græcorum ad Corinthum ab omnibus, exceptis Lacedęmonijs, eligitur in Ducem exercitus contrà Perſas. Thebem in Bæotia deſtruit. Demoſthenes, Perſarum auro corruptus, Athenienſibus ſuadet, vt, relicto Alexandro, illis adhęreant. *Vallemontius*. Alexander Corinthi Diogenem inuiſit. Videt in ſomnis Pontificem Ieroſolymitanum, qui ei ſuadet, vt quàm primum eat contrà Perſas, eique victoriam pollicetur. *Uallemont.*

4380. 334. Alexander, traiecto Granico flumine in maiori Phrigia, de Dario victoriam reportat, occiſis 20. millibus peditum, & 2. millibus Æquitum, totidem captis, vix centum e ſuis deſideratis, ideòque Darius, cui erat exercitus 300. millium hominum, in fugam conuertitur. Alexander, capto Mileto, Epheſo, & Alicarnaſſo tota Phrygia, Lidia, Pamphilia, Piſſidia, Paphlagonia, & Capadocia potitur. *Vallemontius*, *Ricciolius*.

4381. 333. Darius ad Iſſum in Cilicia iterum vincitur ab Alexandro, licet Perſarum exercitus eſſet 400. millium peditum, & 100. millium Equitum, quorum 100. millia

Anni
P.I. a.Æ.C.

4381. 333. millia periere, & Mater, vxor, duæ filiæ, cum filio Darij in poteſtatem Alexandri venerunt, qui eos omnes benignè excepit. In hac pugna Alexander fuit vulneratus in femore. *Uallemontius, qui victorias Alexandri ſignat vno anno poſterius Ricciolio.*

4382. 332. Alexander Parmenionem mittit ad occupandum Damaſcum, vbi erat Gaza Darij, quâ potitur, & inuenta ſunt pluſquam 400760000. ſcutorum. Tyrum obſidet per menſes 7., quam expugnat, & 2000. Ciues ad maris litus ligno ſuſpendi iubet. Pergit Ieroſolymam, vbi addo Summus Pontifex ei obuiam it, & cognoſcit illum eſſe, qui in ſomnis, dum adhuc eſſet in Græcia, ſibi victoriam promiſerat, quarè ex equo deſiliens illi honorem præſtat. Pontifex ei legit caput 2. Danielis, vbi profetizat Græcum ſubiecturum totam Perſidem, ideòque Iudæis concedit, vt iuxta ſuas leges viuant. *Vallemontius.*

Alexander in Ægyptum pergit, vbi Memphis 800. talenta reperit in Gaza, ſcuta videlicet 960000. Sannaballas, obtenta facultate ab Alexandro, Templum ædificat in Samaria in monte Garizim annis 676. poſt Salomonicum. Peſtis Romæ graſſatur, quæ Conſules ambos abſumit. *Ricciolius.*

4383. 331. Die 20. Septembris fuit Lunæ Eclipſis, quæ Alexandri Milites terruit, ſed die 1. Octobris Alexander tertiam de Dario victoriam reportat ad Gaugamelam iuxtà fluuium Bumelum in ditione Arbellæ Urbis, & in pugna periere Perſarum 400. millia, & Græcorum tantum 300. *Ricciolius, & Uallemontius.* Finis Monarchiæ Perſarum, quæ à Cyro continuauit per annos 207.

4384. 330. Beſſus Darium occidit, & Alexander, Suſianâ captâ, ad ſuaſionem improbæ mæretricis Perſepolim incendit, vbi inuenta fuere pluſquam 120. millia talenta.

Anni
P.I. a.Æ C.

4384. 330. ta. Hoc anno incipit Monarchia Græcorum, & ab eodem anno Callippinus in Solſtitio Æſtiuo init ſuam Periodum annorum 76.. Jſocrates moritur annorum 106. *Ricciol.*, *Q. Curtius*, *Plutarchus*, *Uallemontius t.* 2., *& alij*. Romæ primum lata eſt lex contrà veneficos ob Matronas veneficiorum Auctrices, quæ venenum biberæ ſunt coactæ. *T. Liu. l.* 8. *c.* 16.

4388. 326. Beroſus Chaldeus naſcitur, futurus hiſtoriographus ſub Ptolemæis.

Hepheſtionem ex crapula mortuum, Alexander lacrimis proſequitur, expenſis in eius funere talentis 12. millibus, ſcilicet ſcutis Romanis 720000. *Q. Curtius*.

4390. 324. Alexander M., poſt victos Indorum Reges, ex crapula moritur Babylone eadem die, qua obijt Dyogenes Cynicus. Ariadæus Alexandri Frater ex Pellice, ab exercitu Rex acclamatur ſub nomine Philippi, ſed Monarchia in plures diuiditur. *Ricciolius*.

Q. Fabius Maximus Magiſter equitum cum in Samnites, iniuſſu L. Papirij Dictatoris, pugnaſſet, ab eo, licet victor, morti damnatur, ſed in gratiam Populi Romani abſoluitur. *T. Liu. l.* 8. *c.* 26.

4391. 323. Monarchia Gręcorum diuiditur in quatuor partes. Ptolemęo contigit Egyptus, Seleuco Syria, Caſſandro Macedonia, & Antigono Aſia minor. *Vallemontius*. Antigonus Cleomenem ſpartę Regem ſuperat prope Telaſiam Laconię vrbem in Peloponeſo, & finem habet Regnum Lacedæmonum. *Vallemontius*.

4391. 320. Romani à Samnitibus ad furcas Caudinas, nunc Mons S. Marię, vulgo *ſtretto d' Arpaia*, obſeſſi, & ſub iugum miſſi ad ignominioſam pacem coguntur, quæ tamen à Senatu reprobatur. *T. Liu. l.* 9.

4395. 319. Fuſis Samnitibus, quibus paria reddit L. Papirius Curſor, prioris pudoris flagitium aboletur. *T. Liu. lib.* 9. *cap.* 9.

Aga-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4397. 317. Agatocles figuli filius tyramnidem Syracuſis init annis 7. poſt mortem Alexandri. *Diodorus, & Ricciol.*

4402. 312. Seleucus Nicanor regnat in Syria annos 32.. Babyloniam, Mediam, & Suſianam occupat. Ab hoc anno in Niſan incipit Æra Græcorum Iudaica, de qua in libro 1. Machabæorum, & in Tishri Æra Chaldaica, de qua in libro 2. Machab., niſi velis hanc incipere anno ſequenti in Tishri. *Ricciol.* Appius Claudius Cenſor aquam Claudiam nunc dictam *di Treui*, in vrbem deducit, & viam Appiam Lapidibus ſternit. *T. Liu. l. 9.* Aquam Clau. Nicol. PP. 5. poſt an. 1765. reſtaurat.

4403. 311. Carthaginenſes Agathoclem ad fluuium Himeram ingenti prȩlio ſuperant. *Ricciolius.*

4404. 310. Agathoclis expeditio in Africam, quam præceſſit Solis Eclipſis. *Ricciolius.*

4405. 309. Samnites à Papirio, & Hetruſci à Fabio ſuperantur, captâ ab hoc Peruſiâ. *T. Liu. l. 9.*

4414. 300. Simon Oniȩ Filius laudatus in Ecclis cap. 50. eligitur in Pontificem. *Ricciolius.*

4415. 299. Agathocles Corcyram ab obſidione Macedonum liberat, & Crotonem occupat. Lucani à Samnitibus vexati ad Romanos confugiunt. Romȩ fame laboranti Fabius M. Ædilis opitulatur. *T. Liu. l. 10.*

4419. 295. Virginia excluſa à Templo Pudicitiȩ Matronæ, eò quòd Plebeio nupſiſſet, in ſuis ædibus Sacellum Pudicitiȩ Plebeiȩ conſtruit fræquentandum à Mulieribus Plebeijs. *T. Liu. l. 10. c. 16.*

4420. 294. Attilius Samnitum 7300. cȩdit, ſed amiſſis in acie 7000. Romanis, ideòque ei triumphus denegatur. *T. Liu. l. 10.*

4421. 293. Papirius dedicat ȩdem Quirini, quam Pater ipſius vouerat, ibique ſtatuit horologium ſolare, *de quo Plinius l. 7. c. 60.*

L

Anni
P.I. a.Æ.C.

4423. 291. L. Poſthumius Conſul, eò quòd in agro ſuo ſerendo militum operâ vſus eſſet, damnatur. Eſculapij ſignum Epidauro Romam transfertur. Samnitum 20. millia à Fabio Maximo, & Fabio Gurgite eius filio cęduntur captis 4. millibus cum eorum Duce Pontio, qui ſecuri percuſſus moritur. *Tit. Liu. lib.* 11. *in Epitome*.

4424. 290. M. Curius dentatus bis de Samnitibus triumphat, & finem habet bellum Sanniticum. *Ricciolius*.

4425. 289. Archimedes naſcitur moriturus in expugnatione Syracuſarum. Agathocles vęneno interimitur anno ętatis 72. Regni 28. *Dauid Riualtus in eius vita*.

4427. 287. Eleazarus ſecundus eligitur in Hebręorum Pontificem. *Ricciolius*.

4428. 286. Romana Plebs ob æs alienum, quo premebatur ſeceſſit in Ianiculũ. *T. Liu. l.* 11. Florebat Manethon Hiſtoricus, & Sacerdos Egyptius. *Marsh.*

4429. 285. Tranſlatio Sacræ Scripturę ex Hebræo in Græcum per 72. Interpretes, miſſos ab Eleazaro ad Regem Prolemęum, in inſula Pharo, quod Iudæis maxime diſplicuit, & ideò quot annis die 8. menſis Tebeth ieiunant. Sed in Pharo celebratur quot annis dies feſtus in huius rei memoriam. *Marshamus f.* 153. *Berninus t.* 1. *f.* 135. Alij tranſlationem hanc ſignant alijs annis, *de quo vide P. Ioſephum Maria de Turri tract.* 2. 9. 1. Ptolemæus Philadelphus Alexandriæ Bibliothecam conſtruit, in qua erant 700. millia volumina, quę anno poſtea P. I. 4667. conflagrauit. *Ricciol.*

Lyſimacus Macedonum Rex Agathoclem filium veneno necat ob calumniam Arſinoes Nouercæ, quæ eum fruſtrà ſollicitauerat. *Strabo*. Hoc eodem tempore diuerſimodè ſe geſſerat Seleucus cum Antiocho, quem, cum ſciuiſſet à Medico grauiter ægrotare ob amorem

Anni
P.I. a.Æ.C.

4429. 265. amorem Stratonicæ Nouercę, illi eam ceſſit in vxorem. *Vallemontius t.* 2.

4434. 280. Pyrrus Epirotarum Rex exercitum Romanorum in Brutijs fundit admiratus omnes Romanos vulneratos ex ea parte, quę hoſtem proſpiciebat. C. Fabius, ad eum miſſus pro redemptione captiuorum, fruſtrà ab eo tentatur, vt Patriam deſerat. T. *Liu. l.* 13.

4436. 278. C. Fabricius Medicum, paciſcentem de nece vęneno Pyrro inferenda, reijcit, eumque vinctum remittit ad Regem, & potius incerto Marte ad Aſculum cum eo pugnat. T. *Liu. l.* 13. Brennus Gallorum Dux in Macedoniam irrumpit, ſed ab expillando Templo Delphico terremotu, & fulminibus abſterretur, & ex vulnere moritur. *Diodorus*.

4441. 273. Sextilia Veſtalis ob inceſtum viua defoditur. T*it.* L*iu.*

4442. 272. Pyrrus Macedoniâ potitur, ſed à Muliere illiſu tegulæ occiſus eſt. Farentini, Samnites, Brutij cum Carthaginenſibus à Romanis ſuperantur, & hoc anno potius finem habet bellum Samniticum. T*it.* L*iu.*

4445. 269. Populus Romanus hoc anno argento vti incipit. T*it.* L*iuio*.

4446. 268. Floret Beroſus Babylonicus Beli Sacerdos, & hiſtoricus anno 56. poſt mortem Alexandri. *Marsh. fol.* 504.. Pugnantibus Romanis cum Picentinis, ortoque terræmotu Sempronius ædem Telluri vouet, & de Picentinis triumphat. *Florus*.

4449. 265. Manaſſes ſuccedit in Pontificatu Eleazaro ſecundo, non verò Oniæ, vt vult *Ricciolius*.

4450. 264. Incipit bellum Punicum, ſiue Carthaginenſe primum. *Polibius*, *Gellius*.

4452. 262. Mortuo Antiocho Sotero, regnat Antiochus ſecundus eius filius ex Stratonicâ natus.

Nicomedes Rex Bithyniæ Aſtacum amplificat, eumque Nicomediam nominat *Euſebius*.

Duili-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4454. 260. Duilius Conſul nauali pugna Pęnos ſuperat, & primus de nauali victoria triumphat. Fuit hæc prima naualis claſſis Romanorum. *Tit. Liu.*

4455. 259. L. Cornelius Scipio fęliciter pugnat in Sardiniâ contra Sardos, Corſos, & Pænos, Amnone interempto, & honorificè ſepulto. *Valerius Max. l.* 5.

4457. 257. Attilius Serranus Conſ. primùm nauali prælio victus à Pænis, deindè victor euadit, quarè Pęni Annibalem Ducem in crucem agunt. *T. Liu. l.* 17.

4458. 256. Attilius Regulus Conſ. pugnâ nauali vincit Pęnos, & in Africa duos Aſdrubales cum Amilcare.

Ad Bagradam occidit Serpentem ingentis magnitudinis, verùm captus deinde à Pænis, ad Senatum Romam mittitur, vt pacem, vel ſaltem captiuorum redemptionem procuret, ſed vtrumque negandi Senatui Auctor fuit, quare Cartaginem reuerſus ſupplicio mulctatus eſt. *T. Liu. l.* 18.

4472. 242. Onias ſecundus filius Simonis iuſti eligitur in Pontificem Hebręorum, & cum pax eſſet Iudæis, ipſe negat tributum Regi Ptolemæo, quem iratum placat Ioſephus, miſſus ad eum legatus à Iudęis. Romani ad Ægatem vulgo *Fauignana* Pænos vincunt, captis 70. eorum nauibus. *Tit. Liu. in Epit. l.* 19. *Polyb. Oronius.*

4473. 243. A Romanis pax datur Pęnis, & finem habet primum bellum Punicum. *T. Liu. Ep. l.* 19.

4477. 237. Aſdrubal in Hiſpaniam proficiſcitur cum Annibale nouenni. Incipit bellum contra Ligures. Tucia Virgo Veſtalis inceſti damnatur. *T. Liu. l.* 20.

4478. 236. Xius Sinarum Rex Tartaros à finibus ſuis expellit. *Ricciolius.*

4479. 235. Iani templum, pacatis vndique bellis, primùm poſt Numam clauditur. *Polybius.*

4481. 233. Simon ſecundus Onię filius eligitur in Hebræorum Pon-

Anni
P.J. a.Æ.C.

4481. 233. Pontificem. Pompeius de Sardis triumphat; & Ligures à Fabio ſuperantur. *Ricciolius*.

4484. 230. Illirici belli initium ob occiſum ab eis Lucium Coruncatum Legatum Romanum. *Polyb.*

4486. 228. Teuta Illiricorum Regina poſt varias clades à Romanis acceptas, pacem obtinet, & finem habet bellum Illiricum. *Polybius*. *Diodorus*.

4489. 225. Romani, circumſcriptis peditum 700. millibus, equitum 70. millibus cędunt Gallorum 40. millia, captis 10. millibus, & Aneroeſtus eorum Rex ſeipſum interimit. *Polybius*. *Eutropius*.

4490. 224. Antiochus Magnus regnat in Syria. Caria, & Phodus Magno terræmotu concutiuntur, & cadit Coloſſus Phodius. *Oroſius l.* 4. *c.* 22.

4494. 220. Aſdrubali Pęnorum Duci à quodam Gallo occiſo, Annibal ſuccedit, qui, expugnata Altea vrbe Olcadum, in hiberna ad Carthaginem nouam ſe recipit. *Tit. Liu. Dec.* 3. *l.* 1. *cap.* 1.

4495. 219. Annibal, Salmanticâ expugnatâ, Saguntum obſidet exeunte anno 1. Olymp. 140., ideſt in menſe Junij ante ſolſtitium ęſtiuum, quod poſt menſes 7. expugnat. *T. Liu. D.* 3. *l.* 1.

4496. 218. Bellum ſecundum Punicum. Annibal ſuperatis alpibus Cornelium Scipionem ad Ticinum, & Sempronium ad Trebiam fundit. *T. l.* 1. *Decad.* 3.

4497. 217. Annibal in tranſitu Apennini ob aeris intemperiem oculo priuatur, ſed ad Tranſimenum lacum, vulgò *di Peruggia*, de Romanis tertiam victoriam reportat, occiſo C. Flaminio Conſule. Milites in hac pugnâ ingentem terræmotum non ſentiunt. Q. Fabius Maximus Dictator eligitur, qui cunctando Annibalem fatigat. Cn. Scipio in Hiſpania fęliciter pugnat. *Tit. Liu. D.* 3. *l.* 2. Antiochus M. ad Raphiam pręlio vincitur à Ptolemæo Philopatore,

Anni
P.I. a.Æ C.

4497. 217. animante milites Arſinoe, Ptolemæi ſorore. *Machab. l. 3.*

4498. 216. Annibal ad Cannas Romanos quarto prælio vincit cęſis 45. millibus Romanorum, quæ clades Varronis impatientiæ ad pugnandum contrà Fabij monita tributa fuit. *T. Liu. D. 3. l. 2.*

Antiochus, ſuperato monte Tauro, Attalo bellum infert, quod Acheum dictum eſt. *Polybius.*

4499. 215. Senatus Romanus captiuos ad Cannas redimere recuſat. *Tit. Liu. D. 3. l. 2. c. 33.* Xius Cinenſium Rex memorabiles muros contrà Tartarorum irruptiones conſtruendos curat, & opus quinquennio abſoluitur. *Ricciolius*

4500. 214. Marcello Conſ. Syracuſas obſidenti Archimedes ſuis machinis reſiſtit. Priuatorum liberalitas erga Patriam Romæ effulget. T. *Liu. l. 3. D. 3.*

4502. 212. Syracusâ captâ, Archimedes contrà Marcelli voluntatem occiditur. P. Cornelius Scipio, Africanus poſteà dictus, Ædilis ante ætatem creatur. Jn Hiſpania duo exercitus Romanorum profligantur, occiſis Ducibus, ſed reliqui inſignem de Pęnis victoriam reportant. T. *Liu. D. 3. l. 5.*

4503. 211. Res præclarè geſtas à L. Martio in Hiſpania Senatus non approbat, ob titulum in epiſtolis ſibi datum. Annibal Romam tendens tempeſtate prohibetur. P. Scipio Proconſul. in Hiſpaniam mittitur annos natus 24. T. *Liu. l. 6. D. 3.* Antiochus Magnus, victo Ptolemæo Philopatore, Iudæos ſibi ſociat. *Euſebius.*

4504. 210. Ad diuitum exemplum Romę omnes ſpontè ſuas opes offerunt in ſubſidium Reipublicæ. P. Scipio vnâ die Carthaginem nouam, nunc *Cartagenoua*, expugnat, & continentię exemplum præbet. T. *Liu. D. 3. l. 6. c. 28. & 37.* Marcellus contrà Annibalem fælicitèr pugnat. *Ibidem.*

C.Va-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4505. 209. C. Valerius Flaccus, poſt initum Sacerdotium, deprauatos mores mutat in melius. Scipio Regis nomen recuſat, & Puerum captiuum cum donis liberum remittit ad Parentes. T. *Liu. D. 3. l. 7.*

4506. 208. Conſules Marcellus, & T. Quintius, inſidijs Annibalis capti, occiduntur. M. Valerius in Africa claſſem Carthaginenſem ſuperat. T. *Liu. D. 3. l. 7.*

4507. 207. Romani Conſules ad flumen Metaurum inſignem de Pęnis victoria reportant, occiſo eorum Duce Aſdrubale Annibalis fratre. *T. Liu. l. 8.*

4508. 206. P. Scipio Pænos omnes ex Hiſpania eijcit. Aſtapenſes, ne in manus Romanorum veniant, vxores, filios, bona, & ſe ipſos in rogum inijciunt ad exemplum Sardanapali. *T. Liu. lib. 8. cap.* 12. Idem quoque fecere Numantini anno P.I. 4581.

4509. 205. P. Scipio ad depopulandam Africam Licinium mittit. Romanorum iuſtitia in puniendis furtis ſacrilegis elucet. *T. Liu. l. 9.*

4510. 204. Iunonis ſimulacrum ex Græcia deportatum excipit Scipio Naxica omnium bonorum optimus adoleſcens. Mago Genuam vaſtat. Sempronius proſperè contrà Annibalem pugnat. *T. Liu. lib. 8. cap. 6.*

4511. 203. P. Scipio Asdrubalis, & Syphacis caſtra eâdem die delet, & altero prælio vincit, capto Syphace, cuius vxor Sophonisbe nubit Maſſiniſſę, de quo à Scipione redarguitur, quarè ad eam venenum mittit, quo hauſto, illa moritur. Annibal reuocatus in Africam mærens ex Italia recedit, cum ibi ſtetiſſet annis 16. Pax Carthaginenſibus petentibus negatur à Senatu, & Q. Fabius M. Pater moritur. *Tit. Liu. lib. 9.*

4513. 201. Victo à Scipione penitùs Annibale, pax datur Carthaginenſibus, & finem habet ſecundum bellum Punicum. Syphax ducitur Romam in triumphum. An-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4513. 201. nibal, ob primam collationem pecuniæ Romanis in tributum ſoluendam, Carthaginenſes increpat. *Tit. Liu. D. 3. l.* 10.

4514. 200. Bellum contrà Philippum Macedoniæ Regem inchoatur. *T. Liu. l.* 11.

4518. 196. Pax datur Philippo, & incipit bellum cum Antiocho Syriæ Rege, qui cum tota claſſe maritima in Cilicia ad fauces Sari fluuij fęda tempeſtate eſt actus. Matronæ Romanæ legem Oppiam, pro moderanda earum pompa latam, abrogari curant, contrà quas fruſtrà inuehit M. Portius Cato. *Tit. Liu. D.* 4. *lib.* 3.

4519. 195. Annibal ad Antiochum ſe confert cum eo pugnaturus contrà Romanos. *T. Liu. Polybius*.

4521. 193. Incipit bellum Liguſticum, quod anno ſequenti exacerbatur. *T. Liu. l.* 4. *D.* 4.

4523. 191. Acilius Glabrio Conſul Antiochum ad Termopilas victum in Aſiam fugat, & C. Liuius nauali pugna vincit claſſem Antiochi. *T. Liu. l. 6.*

4524. 190. P. Scipio Africanus in Aſiam pergit cum munere legati L. Scipionis fratris, & Antiochum ſuperat, eiuſque Legatos pacem poſtulantes mittit ad Senatum. *T. Liu.*

4525. 189. Antiocho pax datur, & Scipio Aſiaticus de eo Romę triumphat. *T. Liu. l.* 7.

4526. 188. Antiochus M. accinctus ad deprædandum Beli Iouis Templum ab Elymeis in Suſiana occiditur, eique ſuccedit Seleucus 4. regnaturus an. 12., ſed veriùs id accidit anno ſequenti. *Strabo*.

4527. 187. P. Scipio Afric. accuſatus, quòd pecuniam accepiſſet ab Antiocho pro pace illi danda, in voluntarium exilium Liternum ſecedit, & L. Scipio Aſiaticus peculatus damnatur. M. Æmilius Lepidus, domitis Liguribus, viam Æmiliam à Placentia vſq; Bononiam ducit,

Anni
P.I. a.Æ.C.

4527. 187. cit, & C. Flaminius eam continuat vſque ad Ariminum. *T. Liu. l.* 8.

4528. 186. P. Scipio moritur Liternis. Aliqui volunt hoc eodem anno mortuum etiam Annibalem. Heliodorus miſſus à Seleuco ad expilandum Templum Hieroſolymitanum cælitus flagellatur. Erant tunc in Templo 400. talenta argenti, ſcuta videlicet Romana 480000. & auri talenta 200., aurei videlicet 2400000. 2. *Machab. cap.* 3.

4537. 177. Claudius Pulcher de Iſtris, & deindè de Liguribus triumphat, ſed Ligures eodem anno rebellant, & Mutinam occupant. T. *Liu. D.* 5. *l.* 1.

4536. 176. Ligures ad montem Lętum occidunt C. Claudium Proconſ. Romanum. T. *Liu. D.* 5. *l.* 1. Mortuo Seleuco, ſuccedit in Regno Antiochus Epiphanes ſiue Illuſtris, qui fuerat Romæ obſes, filius Antiochi Magni, & Jaſon frater Oniæ Sancti pecuniâ emit à Rege ſummum Sacerdotium. 1. *Macb. c.* 1. Hic erat annus Æræ Græc. 137.. Iaſonis pecunia, quam pro Sacerdotio promittebat, erant talenta 590., ſcuta videlicet 601800. 2. *Machab. c.* 4.

4540. 174. Antiochus, Ægypto imminens, honorificè Ieroſolymis à Iaſone excipitur. 2. *Machab. c.* 4.

4541. 173. Legati Antiochi Romam veniunt tributum deferentes. M. Popilius Conſul Ligures Statellites ſuperat, ſed illius ſęuitia in victos à Senatù reprobatur. L. Cicereius Prætor Corſicam ſubigit. T. *Liu. D.* 5. *l.* 2. Menelai Simoniaca ambitio Pontificatus, *de qua* 2. *Machab. cap.* 4.

4542. 172. Ligures Statellites, qui à M. Popilio fuerant venundati, ex Senatus Conſulto in libertatem reſtituuntur, eique trans Padum terræ iugera aſſignantur. T. *Liu. D.* 2. *l.* 5.

Onias

Anni
P.I. a.Æ C.

4543. 171. Onias Sanctus occiditur in Daphnis propè Antiochiam. 2.*Macb.c.*4.Licinius Conſ. equeſtri prelio priùs victus, poſteà victor de Perſeo Rege exiſtit. Antiochus Ægyptum inuadit, & Alexandriam obſidet, ſed ab incæpto remouetur per Popilium Romanum Legatum illo dicto: Hic ſtans delibera. T.*Liu. D.* 5. *l.* 5. *c.* 8.

4544. 170. Anno Græcorum 143. Antiochus rediens ex Ægypto Ieroſolymam depopulatur. 1. *Machab. c.* 4.

4546. 168. C. Sulpicius Gallus Trib. Mil. exercitui prædicit in Macedonia Eclipſim Lunæ, de quo omnes mirantur. Æmilius Paulus ibidem Perſeum ſuperat, & finem habet Regnum Macedonicum. T. *Liu. D.* 5. *l.* 4. *c.* 34. Antiochus mittit Ieroſolymam ad prophanandum Templum, quod factum eſt hoc anno, qui erat Græcorum 145. die 15. menſis Caſleu, quę incidit in 17. Nouembris feria 7., & ea acciderunt, quæ enarrantur de martyrio Machabæorum *l.* 1. *cap.* 1. 5., & 6. Mathathias ex ſtirpe Aſſamæorum eligitur in Pontificem, & Ducem. *Ibidem*.

4547. 167. Æmilius Paulus Macedoniam in Prouinciam redigit, & de Perſeo triumphat, ſed lętitia ipſius morte duorum filiorum funeſtatur. T. *Liu. l.* 5. Moritur Mathathias, eique ſuccedit filius ipſius Iudas Machabæus. 1. *Machab. cap.* 2.

4548. 166. Iudas Apollonium Ducem Antiochi victum occidit. 1. *Machab. c.* 3. Marcellus Gallos Alpinos, & Sulpicius Ligures ſubigunt. T. *Liu. l.* 5.

4549. 165. Iudas, victo Lyſia Syriæ Præfecto, & Gorgia, Templum mundat die 25. menſis Caſleu, quæ incidit in diem 24. Nouembris feria 7. 1. *Machab. c.* 4.

4550. 164. Antiochus Perſepolis Templo diripiendo inhians ab Oppidanis expellitur, & Babylonem pergens morbo Diuinitùs percuſſus moritur, eique ſuccedit Antiochus Eupator, erat autem annus 149. Æræ Iu-

Digitized by Google

Anni
P.J. a.Æ.C.

4550. 164. Iudaicę, & 147. Chaldaicę. 1. *Machab. cap. 6., &* *l. 2. cap. 9.*

4551. 163. Æræ Græcorum Chaldaicę anno 148. Antiochus Eupator, & Lyſias ſcribunt Epiſtolas Judæis, vt etiam Legati Romani multa eis concedentes. In fine huius anni Antiochus Ieroſolymam obſidet, &, captâ Betſurâ, pacem cum Iudæis firmat, vrbis męnibus dirutis, & acciderunt, quæ enarrantur *Mach. l. 1. c. 6., & l. 2. c. 12. &* 13. Hic annus fuit Sabbathicus vſque in Tishri, quo menſe terminabat annus 148. Æræ Chaldaicæ, & decurrebat annus 150. Æræ Iudaicæ, Bethſura autem capta fuit in fine Decembris, vel in Ianuario anni ſequentis.

4552. 162. Demetrius Soter Seleuci filius, obſes Romæ, fugit ab vrbe, & Syriam recuperat, regnaturus annos 2.

Eupator, & Lyſias occiduntur, & Nicanor, victus à Iuda in prælio altero, occumbit 1. *Machab. c. 7. & l. 2. cap.* 15. Onias filius Oniæ Sancti à Ptolemæo, & Cleopatrâ facultatem obtinet Templum in Ægypto ędificandi, & ibidem eligitur in Pontificem. Hoc fuit tertium Templum ab Hebræis Deo dicatum: His Iudęis qui erant in Ægypto Iudæi Ieroſolymitani anno P. I. 4590. Æræ Chald. 188. ſcripſerunt librum ſecundum Machabeorum, cuius hiſtoria finem habet hoc anno.

4553. 161. Iudas mittit Romam Legatos ad ineundum fædus cum Senatu, deinde glorioſè in prælio moritur, ei ſuccedente in Pontificatu Ionatha. 1. *Machab. cap.* 8. *&* 9.

4554. 160. Alcimus, menſe ſecundo anni Græc. 153., præcipit deſtrui muros domus Sanctæ, ſed percuſſus à Deo moritur. Jonathas pugnat contra Bachidem, quem ſuperat, & pacem ineunt anno ſecundo poſt mortem Alcimi. 1. *Machab. c. 9.* Moritur Æmilius Paulus,

de

Anni
P.I. a.Æ.C.

4554. 160. de cuius frugalitate, & paupertate vide. *T. Liu. Epith. l.* 46.

4561. 153. Conſules Romani incipiunt inire Conſulatum. Kalendis Ianuarij. *Liu. l.* 47.

4562. 152. Alexander frater Antiochi Eupatoris pugnat contra Demetrium, vt eum è Regno Syriæ expellat, vterque conatur fœdus inire cum Ionatha, qui muros Ieruſalem iubet conſtrui, & menſe 7. anni 160. Æræ Græcorum congregat exercitum in auxilium Alexandri, qui Demetrium ſuperat, & occidit. 1. *Macbab. c.* 10.

4563. 151. Conſules, ob ſeueritatem in delectu, à Tribunis Romæ in carcerem conijciuntur. *Tit. Liu.*

Ionathas occurrit obuiam duobus Regibus Alexandro videlicet Syriæ, & Ptolemæo Ægypti, à quibus honoratur, & Alexander ducit in vxorem Cleopatram filiam Ptolemæi. 1. *Machab. c.* 10.

4565. 149. Bellum Punicum tertium. Vtica à Romanis obſidetur *Ricciolius*, ſed Liu. huius belli in itium ſignat anno 601. ab vrbe condita, ideſt P. I. 4561., errat autem per annos 4.

4566. 148. Maſiniſſa moritur in complexu Scipionis, qui ex eius mandato Regnum diuidit *Liu. in Epith. l.* 50. Demetrius filius Demetrij Regis Syriæ tentat occupare Regnum, & mittit Apollonium Ducem exercitus contrà Iudæos. 1. *Machab. c.* 10.

4567. 147. Bellum Achaicum ob pulſatos ab Achæis Legatos Romanos. Scipio, capto portu Chartaginis, vrbem ad extremas redigit anguſtias. *Tit. Liu. l.* 51., *&* 52.

4568. 146. Scipio iuſsù Senatus, euerſa Carthagine, de ea triumphat. Q. Metellus Bœotas ad Termopylas, & in Phocide ſuperat. Lucius Mummius, Achaiâ in deditionem accepta, Corinthum incendit, in quo horribili incendio ſtatuæ Aureæ, Argenteæ, & Æreæ in

Anni
P.I. a.Æ.C.

4568. 146. in vnum conflatæ ſunt, & hoc eſt æs Corinthium. *Vallemontius*, & *Tit. Liu. l.* 52. Ptolemęus Phylometor inuadit doloſè Syriam vnà cum Demetrio, cui dat in vxorem Cleopatram Alexandri vxorem. Alexander occiſus eſt, & Demetrius ſuccedit in Regno. Moritur etiam Phylometor, cui ſuccedit Ptolemęus frater eius, & acciderunt, quæ narrantur. 1. *Machab. c.* 11. Dirus Cometa effulſit non minor Sole, *Seneca l.* 7. *nat. quæſt.* 15.

4569. 145. Demetrius Iudæis adiuuantibus magnam ſtragem facit de Antiochenis, occiſis eorum 100. millibus, & Ionathas mittit Legatos ad Romanos, & Spartanos, vt cum eo fędus ineant. Tryphon promouet ad Regnum Syriæ Antiochum filium Alexandri contrà Demetrium. 1. *Machab. cap.* 11. & 12.

4570. 144. Tryphon Curator Antiochi dolo capit Jonatham, & acceptis ab eius fratribus 100. talentis, ſcutis videlicet Romanis 120. millibus, & filijs eius, eum occidit, mortem etiam infert Antiocho puero, & Regno Syrię potitur. 1. *Machab. cap.* 12. & 13.

4571. 143. Anno Græcorum 170. Simon frater Jonathæ ſuccedit in Pontificatù, & ab hoc anno nouam ineunt Æram Iudęi. 1. *Machab. cap.* 13. Appius Conſ. Salaſſos edomat. *Liu. l.* 53.

4572. 142. Simon Gazam, & Ieroſolymitanam Arcem expugnat. 1. *Machab. cap.* 13.

T. Quintius Conſ. Viriabuthum victum fugat in Luſitaniam. T. *Liu. l.* 53.

4573. 141. Numantini belli exordium *Florus*. Hac Olympiade, quæ eſt 160. Gręciæ nomen cum libertate euanuit, & cum gloria virtus. *Ex Marsh. f.* 15. Demetrius cum exercitu in Mediam proficiſcitur, ibique fit captiuus. 1. *Machab. c.* 14. Addit Appianus à Pharmace Rege Parthorum Demetrium captum Rodo-

Anni
P.I. a Æ.C.

4573. 141. gancm eius filiam in vxorem duxiſſe.

4574. 140. Quintus Pompeius cum Numantinis infeliciter pugnat, & vincitur, ideòque cum eis paciſcitur. T. *Liu. l.* 54. Antiochus Sidetes, auditâ Demetrij fratris ſui captiuitate, Cleopatram eius coniugem, quæ fuerat etiam vxor Alexandri, ducit in vxorem. *Ioſephus. Iuſtinus.*

4575. 139. Hoc anno, qui fuit Græcorum 174. Numenius, qui à Simone duos ante annos miſſus fuerat Romam, indè redit cum literis Lucij Conſ., ſed aduertendum hoc tempore nullum fuiſſe Conſulem Romæ Lucium niſi anno ante Æram 142.. Antiochus Sidetes, qui occupauerat Regnum Syriæ, ſcribit Epiſtolam Simoni Pontifici, & cum eo fœdus init, idem fecerant etiam Spartani. 1. *Machab. cap.* 15. Popilius bellum cum Numantinis inſtaurat. T. *Liu. l.* 55.

4576. 138. Popilius à Numantinis funditur. T. *Liu. l.* 55.

4577. 137. Tryphon fugiens Doram, nunc Tortoſam, occiditur ab Antiocho. 1. *Machab. cap.* 15. C. Hoſtilius Mancinus Coſſ., cùm eſſet in portu Herculis, nunc *Villa Franca*, vel per alios Monæci, vox, nullo Auctore, ad eius aures peruenit. Mane, mane Mancine, qua territus, cum, itinere conuerſo, Genuam adueniſſet, & ibi ſcapham eſſet ingreſſus, anguis eximiæ magnitudinis viſus à conſpectu abijt, ipſe verò in Hiſpaniam profectus, à 4000. Numantinis Romanorum 30000. fuſi ſunt, quarè ad ignominioſam pacem coactus fuit, quam Senatus reprobauit. *Valerius M. l.* 1. *cap.* 7. *de prodigijs. Iulius Obſequens de Prodigijs, &* Tit. Liu. l. 55. *in Epithome.*

4579. 135. Anno Gręcorum 177. menſe 11., qui correſpondet noſtro Ianuario, Simon Pontifex proditoriè occiditur à Ptolemæo eius genero., Ionathas filius eius moritur in bello, ideòque in Pontificatu ſuccedit Ioannes

nes

Digitized by Google

Anni
P.I. a.Æ.C.

4579. 135. nes filius Simonis per annos 31. Hìc finem habet liber 1. Machabæorum, & totum vetus teſtamentum. Antiochus Ieroſolymam obſidet. *Ioſephus*.

4581. 133. Attalus Rex Pergami moriens Senatum Romanum hæredem inſtituit. Scipio Africanus ſecundus Numantiam euertit, cum Ciues prius bona ſua, Vxores, & filios in rogum conieciſſent ad exemplum Aſtapenſium, & Sardanapali. *Tit. Liu. l.* 5. *&* 59.

4582. 132. Rupilius bellum ſeruile conficit, quod duos ante annos incæperat opera Euni ſerui natione Syri, & Cleonis, hi enim 70. millia ſeruorum contraxerant ad bellum contrà Romanos gerendum. *Tit. Liu. lib.* 56. *&* 57.

4583. 131. Ariſtonicus Attali Regis Spurius Aſiam inuadit, & P. Licinium Craſſum Conſulem ſuperat, & occidit, quarè religioni datum eſt hoc infortunium, eo quòd Licinius eſſet etiam Pontifex. *T. Liu. l.* 59.

4584. 130. M. Perpenna Conſ., victo Ariſtonico, eum in deditionem accipit. M. Metellus cenſet omnes cogendos eſſe ad vxorem ducendam. *T. Liu. l.* 59. Antiochus Sidetes proficiſcitur contrà Parthos, à quibus occiditur. *Uallemontius*.

4585. 129. Mortuo Sidete, iterum regnat Demetrius ſecundus in Syria. Ptolemæus Euergetes, incenſa ob ſæuitiam Regiâ, fugit in Cyprum, &, occiſo filio, quem à Cleopatrâ habuerat, illius caput, manus, pedeſque mittit ad Matrem iam repudiatam. *Tit. Liu. Epit. l.* 50. Jo: Hyrcanus expugnat multa oppida Syriæ, & Samariticum Templum deſtruit annis 203. poſtquam fuerat ædificatum. *Ioſeph Hebr. l.* 13. C. Scipio Africanus ſecundus in lectulo mortuus reperitur, non ſine ſuſpicione veneni ab vxore propinati. *T. Liu. l.* 59.

4586. 128. Io: Hyrcanus Idumæos ſubigit. Carneadas moritur annorum 85., vel 90. *Ricciol.*

Anni
P.I. a.Æ.C.

4588. 126. Ethna, & poſtea Lippara Æſtuantibus, rupes diſſoluuntur. *Oroſius*.

4589. 125. Demetrius, victus à Ptolemæi Duce, à Cleopatra; aliàs eius vxore, & æmula Rodogunes, interficitur, cui ſuccedit in Regno Seleucus. *Iuſtinus*. In Africa ſæuiſſima peſtis exoritur ob multitudinem locuſtarum ibidem necatarum. *T. Liu. in Chron. & lib.* 60.

4590. 124. Hoc anno, qui fuit Æræ Chaldaicæ 188. Iudæi Ieroſolymitani ſcribunt ad Iudæos Ægyptios librum ſecundum Machabęorum, vt habetur cap. 1.. Seleuco à Cleopatra Matre occiſo, regnat in Syria Antiochus Gryphus Nicanoris filius. *Ricciol*. Caius Sextius, victis Salijs, Aquas ſextias Coloniam condit, ſic apellatam ab eius nomine, & ab aquarum ſalubritate. *T. Liu. l.* 61.

4591. 123. Metellus Conſul Ballęares piraticam exercentes bello reprimit. Carthago cæpta reſtaurari, ſed ſtipitibus terminorum indicibus à Lupis auulſis, ob prodigium hæſitatum eſt. *T. Liu. & Oroſius*.

4593. 121. Ethna, erumpentibus ignibus, Catanam opprimit. *Oroſius*. *Plin. l.* 14. *c.* 4. refert vina aliqua huius anni ad annos 200. ſana perduraſſe. Cleopatra venenum filio Antiocho Grypho propinans, ab eo cogitur illud bibere. Vide de hac muliere, quid dicat Cornel. à Lap. in *lib. Machab. f.* 227.

4595. 119. C. Marius Trib. Pleb. Metellum Conſ. in carcerem trudit. *Plutarcus*.

4597. 117. Ptolemęus Laturus ſuccedit Euergeti mortuo in Ægypto, regnaturus annos 17. *Ioſephus*.

4601. 113. Antiochus Cyzicenus Antiochum Gryphum fratrem Antiochia expellit, &, alternante fortuna, regnat annos 18. *Ricciolius*.

4602. 112. Gryphus Cyzicenum expellit, eiuſque coniux Cleopatra

Digitized by Google

Anni
P.I. a.Æ.C.

4602. 112. patra interimitur iuſſu Gryphinæ. *Iuſtinus l. 39.*

4603. 111. Cyzicenus Regnum recuperat, & Gryphinam Gryphi vxorem damnat. *Iuſt.* Incipit bellum Iugurtinum. *Saluſtius.*

4604. 110. Sp. Poſthumius Albinus Conſ. à Iugurtha donis corrumpitur, & iniquam pacem cum eo init, quam tamèn Senatus reprobat. Iugurtham fertur dixiſſe: Oh vrbem venalem, & citò perituram, ſi emptorem inueniat. *T. Liu. l. 64.*

4605. 109. Io: Hyrcanus tota Samaria potitur. *Ioſeph l. 13. c. 18.* Q. Cęcilius Metellus, Numidicus dictus, duobus prælijs Iugurtham ſuperat, & tota Numidia potitur. *Saluſtius.* Cimbri, excluſi à Gallia, & Hiſpania, in Italiam erumpunt, &, non impetrato agro à Senatu, M. Iunium Sillanum fundunt. *Ricciol.*

4606. 108. Scaurus Conſ. in Gallia cladem patitur à Cimbris. *Tacitus.*

4607. 107. Caſſius Conſ. à Tiguribus in Heluetia victus, & occiſus eſt. *Cæſar l. 1.* Marius in Africa Jugurtham non ſemel fundit, & Bocorum Mauritaniæ Regem cædit. *Saluſtius, & Ep. Liu. l. 65.*

4608. 106. Cicero naſcitur tertio nonas Ianuarij, & Pompeius pridie Kalendas Octobris. Cæpio, Toloſà direpta, aufert auri pondo 110. millia, & argenti pondo 15. centena millia, ideſt millionem cum dimidio *Iuſtinus l. 32.* Iugurtha à Boccoro traditur Sullæ. *Saluſtius.*

4609. 105. Cæpio, & Manilius à Cimbris, & Theutonibus magna clade afficiuntur. *Oroſius.*

4610. 104. Marius Kalendis Ianuarij triumphat, ducto ante currum Iugurtha cum duobus filijs, eoque poſteà in carcere necato. *Liu. l. 67.* Mortuo Io: Hyrcano, ſuccedit, in Pontificatu Ariſtobolus, qui primus, diadema aſſumens, regnauit anno 1., cum ſine Rege fuiſſet

Anni
P.J. a.Æ.C.

4610. 104. fuiſſet Judæa à morte Sedeciæ per annos 503. *Ioſephus l. 13. c. 19.*

4611. 103. Alexander Iannæus frater Ariſtoboli regnat annos 27. *Ioſephus.*

4612. 102. Marius ad Aquas ſextias cędit Theutonum, & Ambronum 200. millia, 90. millibus captis. *Oroſius, & Liu. l. 68.*

4613. 101. Marius cum Catulo cædit Cimbronum 140. millia, captis 60. millibus. *Liu. l. 68.*

4614. 100. Ptolemæus Alexander regnat in Ægypto, fratre Laturo à Cleopatrâ eorum Matre pulſo. *Iuſtinus.* Saturnius ob legem agrariam cæditur à Mario, & Metellus Numidicus in voluntarium exilium ſecedit, ne cauſa eſſet malorum certaminum. C. Iulius Cęſar naſcitur Idibus Quintilis. *Liu. l. 69.*

4616. 98. Ptolemæus Laturus, victo Alexandro, ſæuit in Iudæos, fugatur tamen à Cleopatrâ adueniente in Iudæâ cum exercitu, & cum Alexandro fœdus init. *Ioſeph.*

4618. 96. Seleucus Antiochi Gryphonis filius Cyzicenum ſuperat, qui ſe ipſum occidit, ne in manus inimicorum veniat. Antiochus Pius Cyziceni filius Seleuco bellum infert, & ad fugam in Ciliciam cogit, vbi à Moſſueſtanis in propriâ Regiâ comburitur. *Uallemontius.* Ptolemæus Apion Rex Cyrenarum moriens, Populum Romanum hęredem inſtituit. *Ioſephus, & Liu. l. 70.*

4619. 95. Lucretius Poeta naſcitur, moriturus ſua manu annorum 43. *ex Hieron.*

4621. 93. Antiochus Pius Cyziceni filius bellum infert Antiocho Seleuci filio, eoq; occiſo, regnat cum Philippo altero Seleuci filio, & ſingulari certamine dimicant pro Regno. *Vallemontius.*

4623. 91. Decretâ coniuratione Sociorum in Conſules à Marſis potiſſimum excitatâ, Aſculi necati ſunt omnes Romani

Anni
P.J. a.Æ.C.

4623. 91. mani cum Proconſule, & Legato; hinc Marſicum bellum. *Tit. Liu. l.* 72.

4624. 90. Ptolemæus Alexander Ægypti Rex Cleopatram Matrẽ necat, ſed ipſe quoque, Populi coniuratione, occiditur, & reuocatur ad Regnum Laturus ipſius frater iam eiectus, qui regnat annos 8. *Iuſtinus l.* 39.

4625. 89. Sulla legatus Samnites domat. L. Portius Cato occiditur. *Liu. l.* 75.

4626. 88. Mithridati, qui totam Græciam deuaſtabat, indicitur bellum. *Liu. l.* 78.

4627. 87. Plotinus Gallus primus Romæ Rethoricam docet. Cinna deiectus â Conſulatu, Patriam oppugnat, eaque capta, varijs cædibus cruentat. *Appianus. Plutarcus. Ricciolius; ſed Vallemontius id ſignat anno* 82.

4628. 86. Sulla, Athenarum vrbe capta, vbi maxima erat tritici indigentia, ità vt modius venderetur 100. aureis, illam libertati reſtituit, & fæliciter bellum proſequitur. *Vallemontius. Plutarcus.* Catullus Poeta Ueronæ naſcitur. *Ricciolius.*

4629. 85. Archelaus Capadociæ Rex, iuſſu Mithridatis, pacem cum Sulla init, & anno ſequenti moritur Romę. Ceſſat Regnum Capadociæ, quod à Pharnace durauerat annos 476. *Ricciol.*

4630. 84. Naſcitur S. Ioachim, & anno ſequenti S. Anna Beatiſſimę Virginis Parentes. *Cedrenus.* Cinna ab exercitu ſuo necatur. Sulla pacem init cum Mithridate. *Liu. l.* 83.

4631. 83. Capitolium, & Delphicum Templum conflagrant. Bellum ciuile recrudeſcit. Sulla cum 30. millibus armatorum vincit ad Canuſinum Norbanum Conſ. cum 200. millibus. *Liu. l.* 83.

82. Ptolemæus Alexander ſecundus regnat in Ægypto dies 19., cui ſuccedit Alexander tertius per annos 16. Sulla, vrbe potitus, bona inimicorum publicat. Marius

Anni
P.I. a.Æ.C.

82. rius ſe ipſum interimit. *Appianus*. *Liuius*. *Plutarc.*

4633. 81. Cicero hoc anno pro Quintilio orat, anno altero pro Roſſio, & anno tertio Athenas proficiſcitur. *Plutarcus*. Sulla, reuocato Murena, qui cum Mithridate acerrimè pugnabat, ipſe de Mithridate per biduum triumphat. *Liu. l.* 89.

4636. 78. Sulla, cùm anno præcedenti à Dictatura ſe abdicaſſet, moritur annorum 60. in agro Cumano, & eiuſdem iuſſu cadauer crematum ſepelitur in Campo Martio. *Ricciolius*.

4637. 77. Hyrcanus ſuccedit Alexandro in Regno Iudęę, Salome ipſius vxore Regnum adminiſtrante. *Ioſephus lib.* 14.

4639. 75. Nicomedes moriens Bithyniam Romanis legat. *Liu.* Cicero Quæſtor in Siciliam pergit. *Plutarcus*.

4641. 73. Mithridates, à Lucullo multis prælijs victus, fugatur in Pontum.

Sertorius à Perpenna interimitur. *Tit. Liu. lib.* 95. & 96.

4642. 72. Cicero in Piſonem declamat. *Plutarcus*. Curio, Dardanis victis, triumphat de Macedonia. *Ricciol.* Syri, reiectis Seleucidis, eligunt in Regem Tigrannem Armeniæ Regem, qui morti damnat Selenam, dictam Cleopatram, vxorem Antiochi Pij, & Matrem Antiochi Aſiatici, qui cum fratre Romam pergit ſua iura ad Regna Syriæ, & Ægypti defenſurus. *Uallemontius*.

4643. 71. Lucullus de Beſſis, & Thracibus triumphat. Mithridatem ſuperat, & compellit in Armeniam. Seruile bellum à Pompeio, & Craſſo extinguitur. *Liu. lib.* 97.

4644. 70. Virgilius in agro Mantuano naſcitur. Cicero Verrem in iudicio poſtulat. *Plutarcus*.

Lucul-

Digitized by Google

Anni
P.I. a.Æ.C.

4645. 69. Lucullus Mithridatem, & Tygrannem profligat. *Liu. l.* 98. Cicero fit Ædilis. Hyrcanus, mortuà vxore Salome, ſolus regnat in Iudęa, & Ariſtobolo fratri bellum indicit. *Ioſephus.*

4646. 68. Naſcitur Herodes infanticida, moriturus anno P. I. 4714. annorum 68. *Ricciolius.*

4647. 67. Pompeius bellum contra piratas extremâ hyeme parat, ineunte vere ſuſcipit, media æſtate conficit. *Cicero pro lege Manilia.* Mithridates regnum recuperat. *Dio. Plut.*

4648. 66. Cicero fit Prætor. Pompeius Mithridatem profligat, Tygrannem varijs Prouincijs priuat, & Antiocho Aſiatico Syriæ Regnum adimit, quod à Seleuco Nicanore ſteterat annis 246., & ab hoc anno aliqui Romanorum Monarchiam inchoant. *Liu. l.* 100., *&* 101. Catilinæ, & Piſonis prima coniuratio. Ariſtobolus, Hyrcano eiecto, Pontificatum occupat. *Ioſeph l.* 14. *c.* 8.

4649. 65. Ptolemæus Alexander tertius Rex Ægypti Cleopatram Matrem interfici iubet, quarè, à ſuis pulſus, moritur Thyri, relicto herede Populo Romano, ſed ei ſuccedit Ptolemęus Auletes Nothus. *Euſebius, & Vallemontius.* Cicero hoc anno, vel in principio ſequentis orat pro lege Agraria. *Ricciolius.*

4651. 63. Octauius, dictus poſteà Auguſtus, naſcitur ex Attia Iulij Cæſaris Sorore 9. Kal. Octobris in anno Pompiliano, ſed Iunio, vel Iulio in anno Iuliano, Luna exiſtente in Capricorno. Mithridates à Pharnace filio mori cogitur. Romæ Catilinę coniuratio à Conſule Cicerone detegitur. Pompeius, Ieroſolyma capta, Hyrcanum Regem, & Pontificem creat, tributoque impoſito, Ariſtobolum Romam ducit. *Ioſeph Hebr. lib.* 14. *Liu. lib.* 102. *Baron. ad an.* 35.

Digitized by Google

Anni
P.I a.Æ.C.

4652. 62. Catilina, victus à Petreio propè Piſtoiam, occumbit. *Ricciolius*.

4653. 61. Pompeius de Mithridate triumphat, & Magni titulo honoratur. Cæſar bellum gerit in Luſitania. *Liu. lib.* 103.

4654. 60. Pompeius, legem Agrariam ferens, à Metello Conſule in carcerem conijcitur. Cæſar Romam rediens Conſulatum petit, & conſpirat cum Pompeio, & Craſſo. *Plutarcus, Dion.*

4655. 59. Iulius Cæſar primùm Conſul legem Agariam fert, & reſiſtentem Catonem in vincula conijcit. Pompeio filiam Iuliam ſpondet. *Dion. Suetonius. Appianus.*

4656. 58. Cicero in exilium pellitur. Cæſar Heluetios ad Ararim, deinde Ariouiſtum, Germanoſque debellat. *Liu. & Cæſar l.* 1.

4657. 57. Cicero ab exilio reuocatur, illius opera Pompeius per quinquennium rei frumentariæ præficitur, qui ex Sardinia Romam nauigans annonam allaturus, Nauclero, tempeſtatis periculum minanti, reſpondit: Nauigare neceſſitas vrget, viuere non vrget. Cæſar Belgas, & Neruios domat. *Cæſar l.* 2. Auletes, Regno Ægypti pulſus, Romam venit ad auxilium poſtulandum. *Strabo.*

4658. 56. Auletes, Pompeij opera, licèt reluctante Catone, Regno reſtituitur à Gabinio. *Strabo. Vallemontius id ponit anno ſequenti.*

4659. 55. Cæſar Venetos, ad Germanię occaſum poſitos, ſuperat nauali prælio, &, ponte ſuper Rhenum conſtructo, in Germaniam traijcit, deinde in Britanniam, quæ ſe illi dedit. *Cæſar libro* 111. Pompeius Theatrum dedicat. Hyrcanus, ab Alexandro eiectus, à Gabinio reſtituitur in Pontificatum. *Ioſephus l.* 14. *cap.* 10.

Cæſar

Anni
P.I. a.Æ.C.

4660. 54. Cæſar Treuiros, Britannoſque domat; & Neruios fundit. *In Comm.* Craſſus Ieroſolymitanum Templum expoliat, ablatis 60. modijs auri, ſed, cùm in Parthos profectus eſſet, infęliciter pugnat, & anno ſequenti occiſus eſt. *Plutarcus*.

4663. 51. Cicero in Ciliciam Proconſul mittitur. Caſſius Parthos ex Syria expellit. Auleti ſuccedit in Regno Ægypti Ptol. Dionyſius, qui ex Patris teſtamento Cleopatram ſororem ducit in vxorem, vt ſimul regnent. *Ricciolius, & Uallemontius*.

4665. 49. Bellum Ciuile inter Cæſarem, & Pompeium in apertum erumpit. Cęſar Rubiconem tranſgreditur illo effato: Iacta eſt alea, & tota Italia intrà dies 60. potitur. Jn Hiſpaniam nauigat, & in reditu Maſſiliam expugnat. *Cæſar, in Comm.*

4666. 48. Cæſar cum Pompeio in Campis Pharſalicis pugnat, eumque fugat in Ægyptum, vbi ab Achilla occiditur, Cæſare eum collacrymante. *Cæſaris Comm. Tit. Liu. l.* 111. vbi notat in hac pugna Ciceronem in caſtris remanſiſſe, virum nil minùs, quam ab bellum natum. Plura prodigia in hac pugna accidiſſe refert *Bardi*.

4667. 47. Cæſar, bello Alexandrino confecto, in quo Bibliotheca conflagrauit, eiectoque Ptolemæo Dionyſio, qui vxorem priùs eiecerat, ipſi Cleopatrę Regnum donat. Romam reuerſus, Kalendarium reformare ſtatuit, iubetque vt anno ſequenti à die 13. Octobris, in quam incidebat finis anni Pompiliani, numerari continuarentur vſque ad dies 445., qui annus dictus ideò fuit confuſionis. In hyeme in Africam nauigat, & prolapſus in littore ait: Teneo te Africa, *Ricciolius*.

4668. 46. Cæſar fugato Scipione, Vticam venit, vbi Cato, & Scipio ſe ipſos occidunt. Romam rediens per dies

Anni
P.I. a Æ C.

4668. 46. 4. triumphat de Gallis, Ægypto, Pharnace Parthorum Rege vltimo, & Iuba. Hic annus dictus eſt confuſionis dierum 445.

4669. 45. Primus annus Iulianus incipiens à Kalendis Ianuarij. Ex S.C. Cæſari Jmperatoris titulus, Dictatura perpetua, & Conſulatus in decemnium decernitur; menſis Quintilis Iulius ab eius nomine apellatur. *Ricciol.* Cæſar Hebręos ob auxilium ei præſtitum honorat, & à multis tributis, & vectigalibus eximit. *Bardi*.

4670. 44. Cæſar à Coniuratis confoditur idibus Martij annorum 56. *T. Liu. l.* 116.

4671. 43. V. Panſa, & A. Hircius Coſſ. in bello Mutinenſi intereût, quare die 19. Sextilis Octauius Iulij Cæſaris Nepos in Conſulem eligitur annorum 20. penè; die 29. Nouembris triumuiratum init cum Lepido, & M. Antonio. Cicero in exilium mittitur, & deinde Gaietæ occiditur triumuirali ſententia. Ouidius naſcitur. Hoc anno incipit Æra Auguſti à primo Conſulatu, vel à Triumuiratu. Lugdunum conditur à S. Planco. Caſſius Syriæ Proconſul exigit à Iudæis talenta 800., videlicet ſcuta Romana 960000. ſi erant ex argento, ſi verò ex auro ſcuta aurea 9600000. *Ioſeph. l.* 14.

4672. 42. M. Antonius, & Octauius in Macedonia Brutum, & Caſſium debellant, occiſis pluſquam 150. millibus. Brutus, & Caſſius, ignominiam ferre non valentes, iubent à ſuis ſibi mortem dari. *Appianus*. Tiberius naſcitur 16. Kal. Decembris. *Ricciolius*.

4674. 40. L. Antonius ſe Octauio dedit, finitumque eſt bellum Peruſinum. M. Antonius ducit in vxorem Octauiam ſororem Octauij Auguſti. Parthi, ſuaſu Lubieni, in Syriam erumpunt, & Hyrcano auribus mutilato, nec non in captiuitatem abducto, Antigonum

Anni
P.I. a.Æ.C.

4674. 40. num in Pontificatu ſubſtituunt. Herodes, ope M. Antonij, à Senatu declaratur Rex Iudęorum. *Ioſephus*. Roma fame vexatur ob Sextum Pompeium maria infeſtantem, & annonam euehi prohibentem. *Bardi*.

4675. 39. Octauio naſcitur Iulia filia, & M. Antonio de Cleopatra, quam, repudiata Octauia, in vxorem duxerat, duo gemelli, quorum alterum Solem, alterum Lunam nominat, multaſque Prouincias Cleopatræ donat, illa verò Antonio vnionem liquefactam bibendam prębet valoris 200. millia ſcutorum *Plinius*. Tribus milliaribus à Roma fons olei, è terra emanat per multos dies. *Bardi*. Sed Baronius vult id contigiſſe in Taberna meritoria trans Tyberim.

4676. 38. Octauius, repudiata Scribania, Liuiam grauidam ducit. T. Liuius, & Horatius Poeta florent. Incipit hoc anno Æra Auguſti Hiſpanica duratura vſque ad annum Æ. C. 1383. *Ricciolius*.

4677. 37. S. Joachim ducit in vxorem S. Annam. Soſius, & Herodes Ieroſolymam occupant. Antigono Pontifice flagris cæſo, & patibulo affixo, vel, vt volunt alij ſecuri percuſſo, ſubſtituunt in Pontificatu Analemum Babylonicum alienigenam. Herodes hoc anno incipit pacificè regnare in Iudæa, & finem habet Aſſamonæorum Principatus, qui ſteterat annis 126. *Ricciol.*

4679. 35. Sextus Pompeius filius Pompeij Magni Mileti interficitur. Herodes Ariſtobolum fratrem Mariannes vxoris in Pontificatu ſubſtituit. Saluſtius moritur. *Ricciol.*

4680. 34. M. Antonius Artauardem Regem Armeniæ ſubigit, &, catenis aureis vinctum, de eo Alexandriæ triumphat. Cleopatram Reginam Regum nominat. *Velleius*. *Dion.*

He-

Anni
P.I. a.Æ.C.

4683. 31. Herodes Hyreanum Pontificem, qui vnicus ſupererat ex ſemine Regio, in balneo præfocari iubet, & Aſſamonæorum familia extinguitur. Iudæa initio veris ingenti terræmotu concutitur. *Ioſephus*. Pugna naualis inter Antonium, & Octauium ad Actium Promontorium Epiri, nunc *Capo Figolo*. Ab hoc anno aliqui inchoant tertiam Æram Auguſti, ſed Beueregius illam ſignat anno ſequenti, à morte videlicèt Cleopatræ.

4684. 30. Herodes cum Octauio Cæſare reconciliatur, eumque in Ægyptum deducit. Antonius, ab Octauio denuò victus, ſibi mortem infert, cuius exemplum ſequitur Cleopatra annorum 39. Ægyptus fit Romanorum Prouincia. *Velleius*. *Dion.*

4685. 29. Octauius, triplici triumpho acto de Dalmatia, de Ægypto, & de Actiaca victoria, Orbe pacato, Iani Templum claudit, anno ſequenti aperiendum. Ex Octauij decreto incipiunt anni Ægyptiaci reformati die 29. Auguſti, in quam incidit Neomenia Thoth, cùm Februarius adhuc haberet dies 29., & Sextilis 30. *Velleius*. *Dion. Suetonius*.

4686. 28. Herodes Mariannem vxorem, & Alexandram illius Matrem interfici iubet. *Ioſephus l.* 14. *c.* 11.

4687. 27. Octauius ex S. C. Auguſtus apellatur, & menſi ſextili Auguſti nomen datur, addita vna die eidem menſi, ità vt haberet dies 31., & Februarius 28. Agrippa Pantheon in honorem Deorum omnium ædificare incipit. *T. Liu. Ricciolius*.

4689. 25. Fames, ac peſtis hoc anno Iudæam vexat. Herodes, depoſito Analemo, quem poſt mortem Hyrcani denuò in Pontificatu ſubſtituerat, Simonem Boethi Alexandrinum ad eandem dignitatem euehit, eiuſque filiam Mariannem in vxorem ducit. *Ioſephus l.* 15.

Augu-

Anni
P.J. a.Æ.C.

4691. 23. Auguſtus grauiter ægrotans ab Antonio Muſa Medico curatur potionibus frigidis, & lauacris, quibus tamen remedijs Marcellus filius Octauiæ, & Auguſti nepos interijt annorum 20. *Dion. Velleius*.

4692. 22. Tyberis inundationem ſecuta eſt peſtis, deindè fames per totam Italiam. *Dion.*

4695. 19. Herodes Templum Ieroſolymitanum inſtaurat. *Salianus an. M.* 4035. Virgilius moritur Brunduſij annorum 52. *Ricciolius*.

4696. 18. Herodes, Sebaſte condita, duos filios Alexandrum, & Ariſtobolum, quos ex Marianne prima vxore ſuſceperat Romam mittit ad Auguſtum. *Ioſeph lib.* 15. *Dion.* 54.

4697. 17. S. Anna die 8. Decembris concipit B. V. Mariam. *Ricciolius*.

4698. 16. Die 8. Septembris naſcitur B. V. Maria. Agrippa, miſſus ab Auguſto in Syriam, ab Herode ductus eſt Ieroſolymam, vbi populo epulum præbet. *Ioſephus lib.* 16 *Dion.* 54.

4700. 14. Romæ Pauli porticus ex incendio conflagrat vſque ad ædem Veſtæ. *Dion. Seneca de Beneficijs l.* 1.

4701. 13. B. Virgo, triennio iam expleto, in Templo eſt præſentata. *Ricciolius*.

4702. 12. Auguſtus Pater Patriæ nominatur à Senatu, quod cum lacrymis excipit. *Dion. Velleius*.

4703. 11. Horatius moritur annorum 50. *Ricciolius*.

4704. 10. Daci in Pannoniam per Iſtrum glacie concretum irrumpunt. *Dion.*

4705. 9. Brutus in Germania moritur, laudatus à Tiberio in foro, & ab Auguſto in Circo maximo. *Dion. Velleius*.

4706. 8. Auguſtus hoc anno indicit correctionem Kalendarij, interrupto biſſextili vſque ad annum P. I. 4721., qui fuit octauus Æræ communis, & aliqui volunt hoc eodem anno ſextilem vocaſſe à ſuo nomine Auguſtum,

Anni
P.I. a.Æ C.

4706. 8, ſtum, addito eidem menſi vno die à Februario ablato. Auguſtus Aquileiæ Herodem cum filijs reconciliat. *Ioſeph. l. 16.*

4707. 7. Agrippa Pantheon à ſe ædificatum Dijs omnibus dicat.

4710. 4. Auguſtus poteſtatem concedit Herodi iudicandi de filijs ſuis Alexandro, & Ariſtobolo, qui tandem eius iuſſu Sebaſte necati ſunt. *Ioſephus lib. 16.*

4711. 3. Herodes Mariannem vxorem repudiat, & Socerum Simonem Pontificatu priuat, eique in dignitate ſubſtituit Mathiam Theophylum. *Ioſephus ibidem. Cauſin.*

4712. 2. Archãgelus Gabriel Zachariæ Natiuitatem Ioannis prænuntiat, & ab hoc anno incipit hiſtoria noui Teſtamenti. Die 24. Septembris S. Io: concipitur, & die 21. Nouembris B. Virgo deſponſatur S. Ioſepho, cùm ſtetiſſet in Templi adytis per annos 11. *Ricciol.*

4713. 1. Die 25. Martij f. 6. Olympiadis 194. anno 3. terminando in æſtate, à Roma condita anno 753. B. V. Maria annuntiatur ab Archangelo Gabriele, & concipit de Spiritu Sancto Filium Dei. Mox pergit ad Elizabeth, quæ die 24. Iunij f. 7. parit S. Io: Baptiſtam, & die 2. Iulij B. Uirgo reuertitur in Nazareth. Poſt aliquot menſes pergit in Bethlehem, vbi, nocte præcedente diem 25. Decembris f. 1., parit Filium ſuum Unigenitum Ieſum Chriſtum Saluatorem. Cyrinus, ſeu Quirinus Præſes Extraordinarius Syriæ, Auguſti nomine, cenſum ordinat. Iulia ab Auguſto Patre relegatur in Inſulam Pandatariam, vulgò *Palmarola*, ſupplicio affectis adulterij Cõplicibus. *Ricciol.*, ſed Noris vult id contigiſſe in fine anni præcedentis. In taberna meritoria trans Tyberim fons oleo emanat. *Baronius, & Bardi.*

Finem habet 6. Mundi Ætas, & incipit 7.

Hic

Digitized by Google

Anni
Æ.C.

SÆCVLUM PRIMUM.

1. HIc eſt annus primus Æræ communis, cuius annos tantùm poſthàc ſignabimus. Kalendis Januarij f. 1. Chriſtus Jeſus circunciditur, die 6. à Magis adoratur. Die 2. Februarij B. V. in Templo purificatur, & ſtatim fugit in Ægyptum, vt Herodis ſæuitiam euitet, qui omnes paruulos à bimatu, & infrà occidi iubet, & fit Innocentium ſtrages, ſed circà Feſtum Paſchæ, quod contigit die 6. Aprilis, Herodes moritur. *Ricciol.*

2. Archelaus ab Auguſto fit Thetrarca Iudææ. B. V. Maria, & Ioſeph cum puero Ieſu redeunt de Ægypto, & habitant in Nazareth. Alij volunt reditum contigiſſe anno ſeptimo, alij octauo, alij nono. *Vide Toſtatum, Cornel. à Lap., Baronium, Pererium in Dan., & alios.*

Ædes Iunonis Romæ conflagrat ſola ſtatua Q. Claudiæ Veſtalis illæſa remanente. *Ricciol.*

4. Mortuo Caio Cæſare Lymyræ in Lycia, Auguſtus Tiberium adoptat in filium, & parcit Cinnæ, qui in eum conſpirauerat. *Seneca l. 1. de clementia.*

5. Tyberis inundatio per dies octo, qua ruit pons, & multæ domus, poſteà fames ingens Romam vexat, ità vt modius tritici penderetur aureis 17. *Dion, Oroſius. Vide ſuprà anno 86. ante Æram.*

7. Auguſtus Agrippam nepotem relegat in Inſulam Planaſiam, vulgo *Pianoſa*. *Dion.* 55.

8. Annus primus biſſextilis poſt Auguſti correctionem. Ouidius in Pontum relegatur, vbi poſt annos 7. moritur. *Noris, ſed Ricciolius id ſignat anno* 10.

9. Naſcitur Ueſpaſianus die 17. Nouembris. *Ricciolius.*

11. Archelaus ab Auguſto relegatur Viennā in Gallia. Iudas Galaunites ſollicitat Iudæos ad defectionem, ſoli Deo parendum iactans, nulli autē Principum, ſed poſt multas turmas, ſeditiones, & cædes, perit. *Act. Apoſt. c. 5. Ioſephus l. 18. c. 2.*

Anni
Æ.C.

12. Occaſione Paſchatis, Ieſus diſputat cum Iudæis in Templo, cùm eſſet annorum 11., & menſium 3. *Baron.* Auguſtus de Auctoribus libellorum famoſorum ſupplicio afficiendis legem fert. *Uelleius*. *Dion.*

14. Auguſtus moritur die 19. Auguſti, cui ſuccedit Tiberius regnaturus annos 22., & menſes ferè 7. *Ricciol.*, *& Uallemontius*, ſed Baronius id ſignat duobus annis poſteriùs, videlicet anno 16. Æræ Ch., quià initium Æræ poſuit anno P. J. 4712., & eodem pacto ſemper errat vſque dum ſignet Indictiones; teſtatur etiam fuiſſe Conſules duos Sextios, qui fuere anno Æræ 14., & non 16.

16. Tiberius Magos, & Mathematicos vrbe pellit. *Tacitus*, *& Baronius*.

17. In Aſia ex terræmotu 12. vrbes celebres collapſæ ſunt, & aliqua ex parte abſorptę, monteſque magni ſubſiderunt. *Tacitus l. 2. ann.*

18. Herodes Antipas Tiberiadem in honorem Tiberij Cæſaris conſtruendam curat, à qua poſteà mare Galilæum nomen ſumpſit. *Ricciolius*.

19. Ioſephus Caiphas à Ualerio Graco Pontificatum obtinet, in quo continuat per annos 18. *Ricciolius*. Germanicus moritur Antiochiæ non ſine ſuſpicione veneni, eiuſque cadauer Romam defertur, vbi anno ſequenti publicis ſumptibus illi funus paratur. *Tacitus*. *Suetonius*.

21. Theatrum Pompeij ſubito incendio conflagrat. Philo Hebræus floret. *Ricciolius*.

25. Hoc tempore debacchabatur ſceleſtus Seianus. *Dion.*, *Tacitus*, *Sueton.*, *& Claud.*

26. Pilatus mittitur Præſes in Iudæam pro Valerio Graco. *Ioſephus*.

27. Fidenis, colapſo theatro, hominum 50. millia partim necat, partim comprimit. Romæ Mons Cælius, multæq; domus ſubito incendio exardeſcunt. Tiberius ad Capreas Inſulam ſe confert, vbi turpiſſimè otiatur. *Tacitus*, *Baronius*.

Pila-

Anni Æ.C.

28. Pilatus per aquæductum leucarum 19. aquam Ieroſolymis deportandam curat, & ad expenſas ſoluendas mittit manum in Gazophilacium, quod Iudæis ſummoperè diſplicuit. Hoc tempore moriuntur Strabo, & Artemidorus inſignes Geographi. *Athlas temporum*.

29. Hoc anno, qui erat decimus quintus Imperij Tiberij Cæſaris, complendus die 29. Auguſti, Conſulibus duobus Geminis, factum eſt Uerbum Domini ſuper Ioannem, qui incipit prædicare Baptiſmum Penitentiæ. *Ricciol. cum quo concordat Baronius, ſignando tamen annum 31. iuxtà ſuperius dicta*. Romam defertur Phœnix ex Ægypto magnitudinis Aquilæ cum plumis coloris purpurei, & aurei. *Athlas temp.* Moritur Liuia vxor Auguſti, & Mater Tiberij, eidem tamen iam exoſa annorum 86. *Tacitus. vide Ricciol.*

30. Die 6. Januarij Ieſus Chriſtus, cùm iam per dies 13. inchoaſſet annum 30., à Ioanne baptizatur in Iordane f. 6., & die 24. Februarij feria 6. in Cana Galileæ aquam in vinum conuertit. Deindè, celebrato Paſchate Ieroſolymis, cùm audiſſet Ioannem eſſe miſſum in carcerem, pergit in Galilæam. *Ricciolius*.

31. Chriſtus Dominus aſcendit Ieroſolymam ad celebrandum Paſcha. Herodes Ioannem decollari iubet, & acciderunt, quæ Baronius narrat anno 33., & Ricciolius anno 31. Romæ Seianus iam Conſul morte damnatur, & vnco raptatus ad ſcalas Gemonias in Tiberim vnà cum filijs occiſis proijcitur. *Tac., & Dion.*

32. Chriſtus Ieſus propè Feſtum Paſchę ex quinque panibus ſaturat 5. millia hominum, nec non in Deſerto Bethſaidæ ex 7. panibus 4. millia. Transfigurat ſe, & acciderunt ea, quæ Baronius narrat anno 33.

33. Coſſ. Galba, & Scilla Chriſtus Ieſus aſcendit Ieroſolymam poſt Lazarum reſuſcitatum, vt ibi celebret Paſcha, quod incidit in diem 3. Aprilis. Die 2. Aprilis in ſero f. 5. Eu-

Anni Æ.C.

33. chariſtiam inſtituit, & f. 6. 3. Aprilis Crucifigitur. Die 5. Aprilis f. 1. reſurgit. Die 14. Maij f. 5. aſcendit in Cęlum. Die 24. Maij f. 1. mittit Spiritum Sanctum ſuper Apoſtolos. Die 25. Decembris S. Stephanus lapidatur. Tiberius Agrippinam relegat in Inſulam Pandatariam, quo ab Auguſto fuerat relegata Iulia. *Ricciolius*.

34. Prima perſecutio Eccleſiæ, Saulo illam procurante. Conuerſio Simonis Magi, qui poſteà dona Sp. Sancti pretio emere voluit. Eunuchus Reginæ Candacis à Philippo baptizatur. *Ricciolius*.

35. Saulus die 25. Ianuarij propè Damaſcum conuertitur. Pilatus à Vitellio Proconſule Romam mittitur ad dicendam cauſam. *Ioſephus*.

36. Apoſtoli Symbolum fidei conficiunt. Petrus Cathedram Antiochię ſtatuit. Vitellius Caipham à Pontificatu deponit. *Ioſephus lib.* 18. Traſyllus Mathematicus ficté Tiberio ægrotanti prædicit annos 10. vitæ, vt multos morti ſubducat, alioquin eius iuſſu necandos. *Dion*.

37. Tiberius moritur puluillo præfocatus à Caligola, qui ei ſuccedit in Imperio, & Herodem Agrippam è carcere eductum, aureâ catenâ pro ferreâ ornatum, Regem Iudęę inſtituit *Suetonius*. Pilatus à Caio relegatur Viennam in Gallia, vbi, deſperatione actus, ſe interimit. *Ioſephus*.

38. Caius Herodem Antipam bonis omnibus ſpoliat, & cum infami Herodiade Lugdunum in Galliâ relegat, vbi ambo męrore contabeſcunt. Idem Caius Druxillam, Agrippinam, & Liuillam ſorores ſtuprat, his duabus in Pontiam Inſulam relegatis. *Ioſephus*. *Philo*.

Baronius præterit Conſules huius anni, qui fuere Caligola, & Apronius.

40. Agabus Propheta prædicit famem futuram ſub Claudio, & Chriſtiani collectam inſtituunt Antiochiæ ad ſubleuandos fratres, qui erant in Judęa. *Acta Apoſt. cap.* 11. 28. Philo ab Alexandrinis Judæis mittitur ad Claudium contrà Flaccum eos vexantem. *Ricciolius*. Caius,

Anni Æ.C.

41. Caius, Coniuratione Prætorianorum, vulneribus 30. confoditur, eique ſuccedit Claudius. Herodes Agrippa Iacobum Zebedæi circa feſtum Paſchæ capite plecti iubet. Sed Baronius mortem Caij ponit an. 43., & S, Iacobi 44.

42. Claudius Oſtiæ portum ingenti ſumptu conſtruendum curat, & Aquæductus à quadrageſimo lapide deriuatos Romam ducit, in quod opus 555000. ſeſtertia impendit, ſcuta videlicet Romana 13875000. *Ricciolius*. D. Petrus Chriſti fideles Ieroſolymis inuiſit, & ab Herode in carcerem truditur, vndè ab Angelo liberatur, & Romam pergit. *Acta Apoſt. c.* 12.

43. D. Petrus Cathedram Romę ſtatuit, & D. Paulus Sergium Paulum conuertit ad fidem, vndè ei nomen Pauli. *Oronius.*

44. Herodes Agrippa, dum Cęſareę oblatos ſibi Diuinos honores acceptat, percuſſus ab Angelo, & à vermibus conſumptus moritur. *Acta Apoſt. c.* 12. eique ſuccedit Herodes Ægrippa iunior.

45. Claudius Eclipſim ſolarem futuram Kalendis Auguſti die Natalis ſui pręnuntiari mandat, ne populus terreretur. *Dion.* Paulus, & Barnabas pergunt in Iconium. *Acta Apoſt. c.* 13.

46. In Agæo mari inſula noua emergit, cui nomen Theraſia inter Cretam, & Sentorinum, ſiue Theram, inter quas inſulas anno 726. igneus caminus pumices euomuit, quibus operta eſt maris ſuperficies, & ora maritima Macedonię, & Aſiæ minoris. *Sen. Nat. quæſtionum*. Anno autem 1707. ibidem alia inſula emerſit, quę ignem euomit. S. Thecla fęminarum Protomartyr martyrio coronatur. *Baron. anno* 48. *qui huic correſpondet*.

47. Romæ ludi ſęculares celebrantur ob completum hoc anno 800. à fundatione. *Plinius*. *Cauſinus*. Seditio ingens Ieroſolymis, in qua perierunt 30. millia Iudæorum in die Azimorum. *Euſebius*.

Meſ.

Anni Æ.C.

48. Meſſalina vxor Claudij Imp. palam nubit C. Iulio, quod vbi reſciuit Claudius adulteros interfici iubet. *Tacitus, & Dion.*

49. Claudius anno 9. Imperij ſui Iudęos omnes Româ exulare iubet, & ideò D. Petrus Jeroſolymam pergit, vbi anno ſequenti, vt vult Uallemontius, primum Concilium celebratur, in quo non amplius neceſſariam eſſe Circumciſionem decernitur. *Acta Apoſt. cap.* 15.

Claudius in vxorem ducit Iuliam Agrippinam Germanici fratris filiam, quæ ex Domitio iam Neronem genuerat. Agrippina Senecam ab exilio reuocatum dat Neroni Præceptorem. *Tacitus.*

50. D. Paulus Athenis Dionyſium conuertit. *Act. Apoſt.* fames valida Romam vexat. *Euſebius.*

51. D. Paulus Corinthum migrat, ibique moratur per menſes 6. *Act. Apoſt.* 18.

52. S. Philippus Apoſt. ad Hierapolim Aſiæ vrbem martyrio coronatur cruci affixus. Claudius Mathematicos vrbe pellit. *Tacitus.*

53. Nero annorum 16. ducit in vxorem Octauiam filiam Claudij, & Meſſalinæ. *Icciolius.*

54. Claudius moritur veneno ab Agrippina ei propinato, cui ſuccedit Nero. *Sueton. Tacit.*

55. Nero Britannicum veram Claudij ſtirpem veneno interimit. *Tacitus.* D. Paulus ob tumultum à Dianæ cultoribus Epheſi excitatum, indè diſcedit. *Acta Apoſt. cap.* 19.

56. D. Paulus mittitur ligatus Cæſaream, & indè Romam. *Act. Apoſt. cap.* 20.

57. D. Paulus, cùm per tres menſes hyemaſſet in inſula Melita, Romam tandem peruenit, vbi moratur per biennium. *Act. Apoſt. quæ hic finem habent.*

58. Nero, vt liberè Poppæa fruatur, Saluium Ottonem eius coniugem mittit Præfectum in Luſitaniam. *Tacitus.*

Statius Poeta floret. *Hermanus in Chron.*

Nero

Anni Æ.C.

59. Nero Agrippinam Matrem interfici iubet, & dicitur Romæ Solem obſcuratum die 30. Aprilis, & Mulierem Serpentem enixam, ſed Senatus ſcelus laudat. *Tacitus*. *Suetonius*. *Plinius l.* 2. *c.* 10.

60. S. Lucas martyrio coronatur. Laodicęa terręmotu proſternitur. *Ricciol.*

61. S. Andreas, & S. Barnabas martyrio coronantur. *Ricciol.*

62. S. Iacobus minor, & S. Marcus martyrio coronantur. Nero, relegata in Inſulam Octauiâ vxore, ibique occiſa, Poppæam in vxorem ducit. *Tacitus*. *Dion.*

63. Ieſus Anani Ieroſolymis incipit quotidie clamare: Veh, atque calamitates, quod continuat per annos 7. antè vrbis excidium. Sancti Simon, & Iudas Thadæus in Perſide martyrio coronantur. *Ric. ſed id negat Baronius*. Perſius Poeta moritur annorum 29.

64. S. Mathias martyrio coronatur. Romæ incendium vrbis iuſsù Neronis factum Chriſtianis tribuitur, vndè prima, vel potius ſecunda in eos perſecutio. *Ricciolius, & Vallemontius, ſed Baronius id ſignat an. 66., & Bardi 65. ob errorem ambobus communem*. Hic ſignat etiam hoc anno ædificatas Termas Neronianas.

65. Nero Poppęam grauidam calce occidit, & Senecam interfici iubet. Jn autumno lues maxima Romę 30. hominum millia abſumit. Ieroſolymis apparent portenta futurę cladis, & in Pentecoſte auditur vox dicens: Migremus hinc. *Ioſephus, & Ricciolius*.

66. Nero Jſthmum Corinthi perfodere tentat. Iudæi ob auaritiam Ceſtij Procuratoris bellum Romanis indicunt, contrà quos Nero Veſpaſianum deſtinat, qui filium ſuum Titum Alexandriam pręmittit. *Ioſeph. Baron.* Simon Magus ex volatu pręcipitat, & S. Petrus in carcerem truditur. *Baron.*

67. Sancti Petrus, & Paulus eadem die 29. Iunij Romę martyrio coronantur. Hoc anno incipit bellum Iudaicum. *Ioſephus*.

Veſ-

Anni Æ.C.

68. Veſpaſianus bellum in Iudęos proſequitur, & 40. millia eorum interficit. Titus Galilęâ potitur. *Ioſephus*. Nero, à Senatu damnatus, profugit, & in ſpelunca ſibi mortem infert eâdem die, qua Octauiam vxorem occiderat, in eo autem extincta eſt Æneadum, & Cęſarum ſtirps. Sulpicius Galba Imperator acclamatur. *Tacitus*. *Suetonius*. *Dion*.

69. Otto Galbam interficit, eidemq; ſuccedit per menſes 3., ſed victus à Vitellio ſibi mortem infert, & acclamatur Imperator Ueſpaſianus Olympiadis 212. anno 1. qui huic correſpondet. *Tacitus*. *Sueton*. *Dion*.

70. Veſpaſianus Romam reuertitur, & bellum Tito committit, qui circà feſtum Paſchę Jeroſolymam obſidet, & poſt perpeſſam maximam famem, ità vt modius frumenti talento venderetur, ſcutis videlicet Romanis 1200., capta eſt vrbs die 5. Auguſti, & die 31. totaliter diruta, & incenſa, Templum, inuito Tito, crematum eſt. Mortui ſunt Hebræorum 1100000., captique 97000., Iudæis Antiochiã pro exilio poſcentibus, reſpondit Titus: pulſis nullam ſupereſſe Patriam, quod ad hanc diem experiuntur poſt annos videlicet 1642. Aduertendum autem eodem ferè menſe, quo Nabuzardam ante annos 676. Templum incenderat, Titum quoque idem perpetraſſe annis 1077. ab eius fundatione factâ per Salomonem. *Vide Ioſephum*.

71. Iani Templum Romę clauditur. Pacis Templum conſtruitur. Veſpaſianus, & Titus de Iudæis triumphant. Sola Emaus, Nicopolis poſtea dicta, conceditur 800. militibus in habitationem. Iuſſu Ueſpaſiani Templum Heliopolitanum in Ægypto vaſtatur annis 233. poſtquam ab Onia fuerat conſtructum. *Ioſephus Dionyſ*. *Suetonius*.

72. S. Bartholomęus in Perſide excoriatur. Ebion, & Cherintus primi hæreſes docent. *Ricciol*.

73. S. Thomas Calaminę, nunc Meliapur martyrio coronatur. *Ricciolius*.

Tem-

A.Æ.C.

75. Templum Pacis à Veſpaſiano dicatur, quod ſpolijs Ieroſolymitanis ornatur. Herodes Agrippa vltimus Rex Iudęorum moritur. *Ricciolius*. Plinius ſenior ſuum librum dicat Veſpaſiano. *Euſebius*. *Athlas Temporum*.

76. Tres Cypri vrbes ex terrętnotu corruunt. *Euſebius*. Veſpaſiani inſignem auaritiam *vide in Suetonio, Dione, & Ricciolio*.

77. Nono Veſpaſiani anno tanta lues Romæ fuit, vt per plures hebdomadas 10. hominum millia ſingulis diebus interierint. *Euſebius*.

78. S. Linus PP. Petri ſucceſſor martyrio coronatur, cui ſuccedit Cletus. *Ricciolius*.

79. Moritur Veſpaſianus, cui ſuccedit Titus. Veſuuio eructante, cineres vſque in Ægyptum, & Liciam deferuntur, diemque in noctem conuertunt. Plinius ſenior dum Veſuuium ſcrutatur interit. *Plin. Iun.*

Florebat hoc tempore Martialis Poeta, Ioſephus Hebræus, Cornelius Tacitus, & Suetonius Hiſtorici. *Bardi*.

80. Roma trium noctium incendio conflagrat. *Dion. l. 66.*

81. Titus moritur die 13. Septembris veneno à Flau. Domitiano eius fratre propinato, qui eidem ſuccedit. *Nicephorus*.

84. Domitianus multas horas in muſcarum venatione impendit. Eunuchos fieri vetat. *Sueton. Dion.*

86. Domitianus inſtituit ludos Agonales more Olympiadum, & iubet annos inde enumerari. *Sueton.*. *Cenſorinus*.

87. Domitianus iubet menſem Septembrem vocari Germanicum, & Octobrem Domitianum, ſed hoc decretum cum alijs à Senatu reſcinditur. Apollonius Tianæus, qui florebat à Tempore Veſpaſiani, carcere à Domitiano incluſus, magicè inuiſibilis factus, apparet Puteolis, deindè Epheſi, vbi cum S. Io: Euangeliſta diſputat. *Ricciolius, Suetonius, & Euſebius*.

90. Domitianus ſecundam, vel potius tertiam in Chriſtianos perſecutionem mouet. *Euſebius*.

A.Æ.C.

91. Mortuo Cleto Papa, ei ſuccedit in Pontificatu Clemens Romanus. *Ricciolius*.

92. S. Io: Euangeliſta in feruentis olei dolio cruciatur, & in Pathmos relegatur. S. *Hieron*.

93. Quintilianus Romæ Rethoricæ Scholam aperit, & à Fiſco ſalarium accipit. *Caſſiodorus*. *Suetonius*.

94. S. Io: Euangeliſta in Pathmos ſcribit Apocalypſim. Ioſephus Heb. hoc anno abſoluit librum antiquitatum, in quo teſtimonium exhibet de Chriſto Lib. 18. cap. 4. *Ricciolius*.

95. Domitianus Flau. Clementem Patruelem ſuum, & Collegam in Conſulatu, morti damnat, eò quòd Chriſtianus eſſet, & Flauiam Domitillam Clementis vxorem in Pandatariam Inſulam relegat, quò iam fuerant relegatæ Iulia ab Auguſto, & Agrippina à Tiberio. *Ricciol.*

96. Poſt mortem Flau. Clementis per menſes octo fulmina de Cælo delapſa ſunt. Domitianus occiditur conſcia Domitia vxore, & à Senatu reuocantur omnia edicta illius, quare S. Io: Euangeliſta Epheſum reuertitur, vbi ſcribit Euangelium. Domitiano ſuccedit Coceius Nerua. *Dion. Sueton.*

97. Nerua Traianum aſſumit ſocium Imperij, & prohibet quemquam ſolo Chriſtiani nomine accuſari. *Ricciol.*

98. Moritur Nerua, cui ſuccedit Traianus ſolus, & Chriſtianorum ſodalitia prohibet. Clemens PP. in Cherſoneſum relegatur. *Ricciol.*

99. Hoc tempore florebant Plutarcus, Plinius iunior, & Quintilianus. *Athl. Temporum*.

100. S. Io: Euangeliſta moritur Epheſi, & Clemens PP. martyrio coronatur, cui anno ſequenti ſuccedit in Pontificatu Anacletus. *Ricciolius*.

SECV-

SÆCVLUM SECVNDVM.

A.Æ.C.

102. TRaianus Danubium ponte iungit. Plinius iunior in Bithiniam Proconſul mittitur, vndè Epiſtolam Traiano ſcribit de moribus Chriſtianorum, & eſt 98. l. 10.

104. Traianus columnam cochlidem pedum 140. erigendam ſtatuit in foro, quæ poſt annos octo fuit abſoluta. Super eam Sixtus 5. D. Petri ſtatuam collocauit anno Domini 1588.

106. In monte Aſarat 10. millia Chriſtianorum, qui in exercitu Traiani militabant, cruci affixi ſunt. *Ricciolius*. Elzei Iudæus docet omnes debere matrimonio coniungi. *Athl. Temporum*.

107. Traianus tertiam, vel potius quartam perſecutionem in Chriſtianos mouet. S. Simeon. Ep. Ieroſolymitanus annorum 120. cruci affigitur. S. Ignatius Romam venit, vbi anno ſequenti morte damnatur. *Ricciol.*

109. Traiano Antiochiæ hyemante, magnus terræmotus vrbem, & vicina oppida ità excuſſit, vt multa hominum millia perierint. *Ricciol., ſed Baronius id ſignat anno* 117., & addit flumina defeciſſe, & nouos fontes emanaſſe, vterque tamen ſignat eo anno fuiſſe Conſulem Pedum, qui ibidem perijt. Iudæi in Meſopotamia rebellant, ſed mulctantur. *Euſebius*.

110. Anacletus PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit in Pontificatu Euariſtus. Neronis aurea domus conflagrat. Pantheon à fulmine percutitur, & 8. vrbes Galatiæ terræmotu concidunt. *Baron. Vallemontius*.

112. In foro arcus triumphalis Traiano erigitur, & à Senatu ei conceditur, vt quotquot vellet triumphos ageret. *Dionyſius*.

114. Iudæi Cyrenenſes, rebellione excitata, cædunt Romanorum, & Græcorum ad 220. millia. *Dion. l. 68.*

116. Iudæi Cyrenenſes in Cyprum profecti Salaminam euertunt, & 240. millia hominum cædunt. *Dion. Euſebius*.

A.Æ C.

117. Traianus Selinunte, nunc Traianopolis, in Cilicia moritur cum ſuſpicione veneni, cui ſuccedit Ælius Adrianus, qui Traiani cineres Romam delatos ſub columna Traiana reponi iubet. *Baron.*

118. S. Euſtachius cum vxore, & filijs martyrio coronantur. Quarta, vel quinta perſecutio in Chriſtianos. *Ricciolius.*

119. Tinius Rufus Præſes Iudææ Iudæos tumultuantes comprimit. S. Euariſtus PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Alexander Romanus. *Ricciolius.*

120. S. Dionyſius Areopagita annorum 112. Pariſijs martyrio coronatur. Item SS. Fauſtinus, & Iouita. *Ricciolius.*

121. Adrianus Imperator in Anglia murum 80. milliarium conſtrui iubet ad Barbarorum incurſiones reprimendas. *Ricciol. vide ſuprà anno P. I.* 4499., *& infrà anno* 208.

123. Hæreſis Gnoſticorum, Carpocrate Auctore, gliſcere incipit. *Ricciolius.*

126. S. Iuſtinus Philoſophus hoc anno Chriſtianam fidem amplectitur, cuius fit Apologiſta. *Uallemontius*. *Ricciol. id ponit an.* 129.

128. Cæſarea, & Nicopolis, aliàs Emaus terræmotu concidunt. Aquila Ponticus ex Chriſtiano Iudæus S. Scripturam interpretatur. Ptolemæus Aſtronomus floret. *Ricciolius.*

129. Adrianus Ieroſolymę inſtaurationem aggreditur, quam à ſuo nomine Æliam Capitolinam vocat. Florebant Appianus, Alexander, Aulus Gellius, & Dionyſius Pruſcię. *Bardi.*

130. Alexander PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Sixtus; Adrianus Iouis capitolini Templum Jeroſolymis, vbi prius erat Templum Dei, conſtrui mandat, Iudæis reclamantibus, &, vt ait Baronius, ſeditionem commouentibus.

132. Adrianus circumciſionem prohibet, & ideò Iudęi rebellant; quos Iulius Seuerus bello, & fame intrà triennium ad extremum exitium redigit. Pererius in Danielem ſcribit perijſſe Iudæorum ad 580. millia ferro; fame autem, morbo, & igne penè innumeros. Flo-

A.Æ.C.

134. Florebant Polemon, & Fauorinus, qui aiebat: ſe cedere in eruditione Adriano, quòd hic haberet ſub ſe 30. Legiones. *Ricciolius*.

135. Adrianus in Bethlem Adonidis, & in Caluaria Iouis ſimulacra collocat, nec non ſuper vrbis Ieroſolymitanę portas ſtatuam Suis, quæ ibidem ſteterunt vſque ad Conſtantinum Magnum. *Baron. an. 137. Vallemontius*.

136. Phlegon Adriani Libertus terminat opus ſuum de Olympiadibus, videlicèt vſque ad initium Olymp. 229., quę incipiebat anno 137. P. I. 4850.

138. Adrianus moritur apud Baias, & ſepelitur Puteolis in villa Ciceroniana, vndè poſteà eius cineres Romam tranſlatę in Mole Adriana, nunc *Caſtel S. Angelo*, conduntur. Eidem ſuccedit Antoninus Pius, qui mouet 6. perſecutionem in Chriſtianos. *Ricciolius*.

140. Sixtus 1. PP. martyrio coronatur, & eius Corpus in Vaticano repoſitum, anno 1132. translatum eſt in vrbem Cletrinam, vbi anno 1584. ab Ignatio Dante Ep. fuit inuentum *Andreas Victorellus*. Sixto ſuccedit Teleſphorus Anacorita, cui tribuitur lex Quadrageſimalis ieiunij. *Baronius*. Iuſtinus Apologiam pro Criſtianis Imperatori offert. Florebat Galenus Medicorum Princeps. *Ricciolius*.

144. Marcion Ponticus Hęreſim ſuam publicat. Aduerte Coriolanum cum Baronio omnia ſignare duobus annis poſterius.

150. S. Iuſtinus ſecundam Apologiam publicat in fauorem Chriſtianæ Religionis. *Ricciolius*.

152. Teleſphorus PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Hyginus. Romæ Tyberis inundationem Circi ruina ſequitur. Ob terræmotum Rhodus cum tribus oppidis corruit. *Capitolinus*.

156. Hyginus PP. martyrio coronatur, eique ſuccedit Pius. *Ricciolius*. S. Irenęus Ep. Lugdunenſis floret. *Vallemontius*.

157. Pius PP. traditionem de celebrando Paſchate die Dominica ſuo decreto confirmat contrà Iudaizantes, & Quartadecimanos. *Ricciolius*.

Anto-

A.Æ.C.

159\. Antoninus legem Iuliam contrà maritos impudicos extendit. *D. Auguſtinus l. 2. de Adulterino coniugio cap.* 8.

161\. Antoninus Pius moritur, cui ſuccedunt M. Aurelius, & Lucius Ælius Verus. Hi columnam Antonianam anno 1703. è ruderibus effoſſam dicarunt ſuo prædeceſſori, de quo *vide Blanchinum in Kalend. f.* 72. S. Iuſtinus martyrio coronatur. *Ricciolius*.

162\. Quinta, vel potius 7. perſecutio in Chriſtianos ſęuit, & S. Praxedes martyrio coronatur. *Ricciolius*.

165\. Pius PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Anicetus. Romam venit S. Polycarpus, & Hegeſyppus Hiſtoricus Eccleſiaſticus. *Ricciolius*.

167 S. Polycarpus martyrio coronatur. Peſtis Romæ, & alibi graſſatur, ideòque Galenus, qui Romam alias fuerat vocatus, indè diſcedit. *Galenus, & Capitolinus*.

169\. Lucius Ælius Verus Imperator moritur, eiuſque cadauer Romam aſportatur. *Ricciolius*.

171\. Tacianus hæreſis Encraticarum Auctor detegitur. Hic nuptias damnauit, & abſtinentiam cum continentia ſuperſtitiosè coluit. *Coriol.*

173\. Anicetus PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Soter. Indi mittunt legationem ad Sanctum Soterum, poſtulantes vniri Romanæ Eccleſiæ. *Athl. Temp.*

174\. M. Aurelius à Quadis obſeſſus iubet milites Chriſtianos Deum ſuum precari, quo facto, ingens pluuia deſcendit ad ſitim extinguendam, & fulmina cum grandine contrà hoſtes, quarè Imperator decreto cauit, ne quis Chriſtianus hoc ſolo nomine accuſaretur. *Baron. ad an.* 186. Hoc tempore M. Aurelius Columnam, Cochlidem Ioui pluuio erexit, cui Sixtus V. Statuam S. Pauli ſuperpoſuit, & extat adhùc in foro Columnæ. *Athl. Temp.*

175\. Soter PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Eleutherius. *Ricciolius*.

179\. Cathaphrigarum hæreſis inualeſcit Auctoribus Montano, Priſcilla, & Maximilla. *Bernini*.

M.

A. Æ.C.

180. M. Aurelius Jmperator moritur in Pannonia, cui ſuccedit filius eius Commodus, quem iam quatuor ante annos ſucceſſorem elegerat. De eius crudelitate legitur, quòd cum in balneo muſca ei moleſtiam afferret, iuſſit balnei Cuſtodem igne cremari. *Vallemontius*. Parthenus ex Stoico Chriſtianus Alexandriæ publicè Theologiam docet, eoque poſteà pergente in Indiam ad Euangelium predicandum, ſucceſſit in Cathedra Clemens eius diſcipulus, & Præceptor Origenis. *Coriol. Athl. Temp.*

181. Commodus, in gratiam Marciæ eius concubinæ, Chriſtianis fauet. Eleutherius ad preces Lucij Britannorum Regis mittit in Britanniam Concionatores. *Ricciolius*.

182. Serapidis Templum Alexandriæ conflagrat. Iulius Pollux grammaticus floret. Theodotius Ponticus ex Marcioniſta Judæus S. Scripturam interpretatur. *Ricciolius*.

186. Philippus Pater S. Eugeniæ mittitur Præfectus Ægypti, vbi cum filia poſteà martyrio coronatur. *Ricciolius*.

188. Capitolio fulmine icto, & Bibliothecâ incensâ, peſtis ingens ſubſecuta eſt. *Dion. Euſebius.*

191. Poſt terremotum Romæ conflagrat Palatium, Ædes Veſtæ vſque ad Palladium, & Templum Pacis totum cum magna vrbis parte, nec incendium extinguitur, niſi poſt multos dies. *Dion. Lampridius*.

192. Eleutherius PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Victor Africanus.

Commodus occiditur in paleſtra conſciâ Marciâ concubina, die 31. Decembris. Multi volunt hunc annum eſſe 194., quia cum Baronio annis duobus anticipant Æram Chriſti, ſed falluntur.

193. Helius Pertinax Ligur in Imperatorem eligitur, ſed poſt dies 88. occiditur, cui ſubſtituitur M. Didius poſt dies 65. occiſus, & acclamatur Seuerus, *Spartianus. Capitolinus*.

196. Victor PP. Romę concilium celebrat, in quo ſtatuitur Paſcha celebrandum poſt Lunam decimaquartam. Idem ſtatuit in Conc. Prouinciali Theophilus Cæſareæ Clemens Alexandrinus floret. *Euſebius.* Se-

A. Æ.C.

199. Seuerus Baſſianum filium Imperatorem nominat, & ad ſuaſionem Plautiani perſecutionem mouet contrà Chriſtianos, quæ ab alijs dicitur quinta, ab alijs ſexta, ſed à Ricciolio octaua, incipiendo ab illa, quæ fuit tempore S. Stephani Protomartyris.

SÆCULVM TERTIVM.

201. Victor PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Zozimus. *Ricciolius*.

202. Seuerus Imperator iubet ſaluos eſſe Chriſtianos, qui per Imperatoris Genium iuraſſent, quod facere recuſant Chriſtiani. *Tertul. in Apolog. cap.* 32.

203. Veſuuius ingentes flammas, & cineres euomit. Irenæus Lugduni Epiſcopus, Perpetua, & Felicitas martyrio coronantur. *Ricciolius*.

204. Plautianus, qui anno præcedenti Plautillam filiam in vxorem dederat Baſſiano cum dote tanta, quæ ſufficere potuiſſet 50. Regibus, accuſatus hoc anno de coniuratione, morti damnatur, & Plautus cum Plautilla eius filij in Lipparam Inſulam relegantur, vbi poſt ærumnoſam vitam necantur. Hic fuit finis Plautiani, qui Seuero perſecutionem in Chriſtianos ſuaſerat. *Dion.. Herod.*

206. Origenes, vt ſecurius, & abſque ſuſpicione cum fœminis Diuina verba facere poſſet, ſe ipſum caſtrat. *Coriol.*

207. Tertullianus ſcribit contrà Marcionem de Reſurrectione, & Carne Chriſti. Minutius Felix Cauſidicus ſcribit Dialogum pro Chriſtianis. *S. Hieronymus in Cathal.*

208. Seuerus in Britannos proficiſcitur, qui, murum ab Adriano anno 121. conſtructum tranſgreſſi, Romanam ditionem inuaſerant, eoſque anno ſequenti repellit, & muro 130. milliarium intrà ſuos fines coercet *Xiphilinus*, & *Onuphrius*. Florent Alex. Aphrodiſeus, & Papinianus Iuriſcon.

Anto-

Digitized by Google

A.Æ.C.

210. Antonius Seuerum Patrem ſæpius occidere tentat, cui Pater parcit ſola increpatione contentus, ſed in fautores animaduertit dicens: Sentitiſne tandem caput imperare, non pedes? *Mappamundus hiſtoricus P. Foreſti.*

211. Seuerus moritur Eboraci in Anglia, cui ſuccedit Antoninus, & Getha, alter alteri inſidiantes. Cineres Seueri Romam deferuntur. *Foreſti.*

212. Antoninus Caracalla Getham fratrem in gremio Matris interficit. Papinianum, & alios Gethæ fautores morti damnat, & Juliam Nouercam ducit in vxorem. *Baron.. Foreſti.*

214. Tertullianus, dolens, quod à Zephirino Pp. fuerit excommunicatus tanquam Montani fautor, ſcribit contrà Eccleſiam, & præcipuè librum de Monogamia.. *Ricciolius.*

215. Agrippinus Ep. Carthaginenſis in Concilio Africano decernit baptizatos ab Hæreticis eſſe rebaptizandos, ſed erroneè. *Ricciolius.. Baronius, & Coriolanus.*

217. Antoninus Caracalla occiditur inter Edeſſam, & Caoras; cui ſuccedit Macrinus. Origenes in vrbe Jericho inuenit D. Scripturam olim ex Hebręo in Græcum tranſlatam, quam quintam editionem vocant. *Ricciol.. P. Ioſeph Maria de Turri t. 2. f. 41. illam ſignat anno 219. Baronium ſequens.*

218. Macrinus à militibus occiditur, cui ſuccedit M. Antoninus Eliogabalus. Origenes Romam venit, & S. Zephirinum alloquitur. *Dion. Capitolinus. Euſebius.*

219. Eliogabalus Romam venit, & Templum Soli ædificandum curat. S. Zephirinus martyrio coronatur, cui ſuccedit Caliſtus, is qui ieiunia 4. temporum inſtituit, & Templum S. Marię trans Tyberim ędificauit. *Ricciol.*

220. Eliogabalus obtinet à Senatu, vt eius Mater, qua libidinosè abutebatur, in ordine Senatorum cenſeatur. *Lampridius.* Iulius Africanus, Alexander Aphrodiſeus, & Aphtonius florent. *Ricciolius.*

A.Æ.C.

222. Eliogabalus vnà cum Matre occiditur, cui ſuccedit Alexander Seuerus Eliogabali Conſobrinus, & ſicut illo nihil turpius, ità iſto nihil iuſtius. S. Hyppolitus Epiſcopus Portuenſis Canonem Paſchalem condit, de quo *Blanchinus*, *&* R*icciolius*.

223. Alexander Romæ inſtituit Senatum fæminarum, qui earum cauſas dijudicet. *Ath. Temp.*

224. Vulpiano Iure conſulto inſtigante, multa Chriſtianorum millia martyrio coronantur, inter quos S. Caliſtus Pp., cui ſuccedit Vrbanus Pp. R*icciolius*.

225. Alexander ſalutaribus legibus Rẽpublicam conſtituit adiutus operâ inſignium Iure conſultorũ Uulpiani, Iulij Pauli Patauini, Lucij Frontini, Celſi, Proculi, & Modeſtini. *Foreſti*.

226. Thermæ Alexandrinæ Romæ conſtruuntur. SS. Martina, Cæcilia, Tiburtius, & Ualerianus martyrio coronantur. Alexandriæ Origenes à Demetrio Ep. excomunicatur. *Baron. ad an.* 228.

231. S. Vrbanus Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Pontianus. Florebant SS. Gregorius Taumaturgus, & Alexander Carbonarius. R*icciolius*.

235. Alexander Imperator Moguntiæ occiditur à militibus, & Iulius Maximinus Imperium vſurpat. Pontianus Pp. martyr occumbit in Sardinia, cui ſuccedit Anterus. R*icciolius*.

Jncipit 7. vel potius 9. perſecutio in Chriſtianos. R*icciolius*.

236. Anterus Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Fabianus. Duo Gordiani Jmperium vſurpant, & Romani, iuſsù Senatus, à Maximino deficiunt. *Lampridius*.

237. Gordiani ambo in Africa occiſi ſunt, ſicut etiam Maximinus in obſidione Aquileię, in qua, deficientibus arcuum funibus, Mulieres capillos ſuppeditarunt. Senatus eligit Imperatores Maximum Pupienum, & Clodium Balbinum. *Herodianus*. *Capitolinus*.

Ma-

A.Æ.C.

238. Maximus, & Clodius à militibus occiduntur, & Gordianus adoleſcens annorum 16. Auguſtus acclamatur. Cenſorinus hoc anno librum de Natali die ſcribit, & annum hunc illuſtrat celeberrimis Epochis *Ricciol.*

242. Gordianus Saporem Perſarum Regem, qui Syriam inuaſerat, in Perſidem victum redire cogit. *Oroſius*. *Capitolinus*.

244. Gordianus à militibus Jmperio priuatur, & paulò poſt occiditur, electuſque eſt in Imperatorem M. Iulius Philippus, qui C. Philippum, filium in ſocium eligit. *Baronius*.

245. Philippus, ædificata in Arabia Philipoli, vbi prius erat Boſra, Romam venit. *Eutropius l. 9.*

247. Philippus vterque hoc anno operâ Fabiani Pp. Chriſtianam Religionem amplectuntur, & Romæ ludi Sæculares celebrantur ob annum vrbis milleſimum. *Capitolinus, & alij*.

249. Philippus Pater apud Ueronam, & filius Romæ à Decio necantur, quibus ſuccedit Decius natus Syrmij in Pannonia. *Ricciolius*. Sed ex lapide Veronæ inuento patet eos occiſos an. 253.

250. Decius octauam, vel potius decimam perſecutionem mouet contrà Chriſtianos. Origenes Idolis thus adolere cogitur. *Epiphanius*. Paulus Eremitarum Pater in Eremum ſecedit. Naſcitur S. Antonius Albintimelij in Liguria. *Raimaudus*.

251. S. Fabianus, & S. Agatha U. martyrio coronantur. Oritur primum Schiſma, inuadente Sedem Apoſtolicam Nouatiano. *Euſebius*. Decius, dum ad Paludem Meothidem cum Gothis dimicat, à voragine exhauſtus, perit, cui ſuccedit Vibius Gallus. *Eutropius*. *Zonorra*.

252. S. Cornelius eligitur in Pontificem, pulſo Nouatiano. Peſtis in Ægypto exorta orbem totum vexat. Occaſione huius peſtis S. Cyprianus ſcripſit Librum de mortalitate. Aduertendum, Baronium ponere mortem Decij anno 254., qui per nos eſt 252., & peſtem anno 255., qui per nos eſt 253. errando ſemper per anticipationem duorum annorum.

A.Æ.C.

251. Niceæ ad Varum martyrio coronatur S. Baſſus Epiſcopus.

253. S. Cornelius martyrio coronatur, cui ſuccedit Lucius Romanus, qui à Voluſiano exilio mulctatur. Gallus, & Voluſianus Interamne ab exercitu occiduntur. *Aurel.Victor.*

254. Licinius Valerianus, qui ab exercitu in Nouembri fuerat acclamatus, hoc anno in Aprili à Senatu confirmatur, & filium Gallienum Cæſarem dicit. Origenes moritur annorum *69*. Catanenſes Æthnæ ignibus territi velum, quo Corpus S. Agathæ tegebatur opponunt, & flamma retrocedit, quarè multi Chriſti fidem amplectuntur. *Farellus.* Simile miraculum vide infrà anno 1537.

255. S. Lucius Pp. Martyr occumbit, cui ſuccedit S. Stephanus. *Ricciolius.*

256. S. Cyprianus in Concilio plurium Epiſcoporum in Africa decernit Baptiſmum ab Hæreticis collatum eſſe reiterandum, quod iam ſtatuerat in alio Concilio celebrato an. 215. Agrippinus eius prædeceſſor, verùm, eorum decretum, damnante S. Stephano Pp., S. Cyprianus definitionem Pontificis amplectitur. *Bataglinus lib.* 1. *f.* 24. *Baron. ad an.* 258. *Bellarminus, &c.*

257. Licinius Ualerianus nonam, per nos verò vndecimam perſecutionem mouet contrà Chriſtianos. *Ricciol.*

258. S. Cyprianus Epiſcopus, & S. Stephanus Pp. martyrio coronantur, & eligitur Sixtus ſecundus. *Ricciolius.*

259. Niceæ ad Varum moritur S. Pontius Senator, & Epiſcopus, qui duos Philippos Imperatores conuerterat ad fidem. *M. S.*

260. Sapores Valerianum ſuperat, & captiuum facit, eo vtens pro ſcabello ad aſcendendum equum. Dianæ Epheſinæ Templum conflagrat. SS. Sixtus, & Laurentius martyrio coronantur, & eligitur in Pontificem Dionyſius Monacus Græcus. *Ricciolius.*

261. Ualeriano in captiuitatem ducto, 30. Tyramni inter ſe Imperium diuidunt, Gallieno inerte Romæ demorante. *Baron., ſed Vallemontius hoc ſignat anno* 253. Dira peſtis Eu-

A.Æ.C.

261. Europam diuexat, & qui infirmis deſeruiunt tanquam Martyres in Martyrologio enumerantur die 28. Februarij. Gallienus clade Patris reſcipiſcens perſecutionem in Chriſtianos reprimit. *Baron.*

264. Dum Gallienus luxu marceſcit, Odenatus Jmperium in Oriente tuetur, Perſas acie vincens, & Saporem fugans. *Foreſti*. Pauli Samoſateni hęreſis detegitur, contrà quem Concilium Antiochenum conuocatur. *Epiphanius*.

268. Gallienus in obſidione Mediolani telo confoditur, & ſucceſſorem, moriens, nominat Flau. Claudium, qui erat Ticini Tribunus. Hic Romæ in Chriſtianos ſęuit. *Trebellius*. *Aurel. Vict.*

269. Claudius propè lacum Benacum vulgò *di Garda* ingentem Germanorum vim fundit, & alibi 320. millia Scytharum, Gothorumque, quorum alij cæſi, alij naufragio, reliqui peſte, aut fame in monte Hæmo perierunt. Martyrium SS. Marij, Marthæ, &c. *Trebellius*. *Eutropius*.

270. Claudius Jmperator Syrmij moritur peſte, & poſt dies 16. etiam M. Aurelius eius ſucceſſor. Valerius Aurelianus eligitur Imperator. *Foreſti*.

271. Aurelianus clade affectus ab Alemanis, & Marcomanis apud Placentiam, poſteà victor extitit, tùm apud Placentiam, tùm ad Metaurum fl., tùm in Campis Ticini. Dionyſius Pp. moritur in ſuo lecto, cui ſuccedit Felix. Aurelianus Vrbis Romæ mænia amplificat ad 50. millia paſſus. *Vopiſcus*.

272. Aurelianus Palmirenos ſuperat, captâ Zenobiâ eorum Reginâ, quæ, mortuo marito, exercitum ducebat, eamque ad triumphum ſeruat. Aurelianus decimam, vel potius duodecimã perſecutionẽ in Chriſtianos mouet. *Vopiſcus*.

274. Romæ Aurelianus de Zenobiâ triumphat, quam nonnulli Chriſtianam fidem fuiſſe amplexatam aſſerunt, erat autem doctiſſima, multaſque linguas callebat. Aurelianus Gebennam conſtruit, quam Aurelianam vocat. Felix Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Eutychianus Lunenſis. *Baronius*.

Au-

A.Æ.C.

251. Niceæ ad Varum martyrio coronatur S. Baſſus Epiſcopus.

253. S. Cornelius martyrio coronatur, cui ſuccedit Lucius Romanus, qui à Voluſiano exilio mulctatur. Gallus, & Voluſianus Interamne ab exercitu occiduntur. *Aurel.Victor.*

254. Licinius Valerianus, qui ab exercitu in Nouembri fuerat acclamatus, hoc anno in Aprili à Senatu confirmatur, & filium Gallienum Cæſarem dicit. Origenes moritur annorum 69. Catanenſes Æthnæ ignibus territi velum, quo Corpus S. Agathæ tegebatur opponunt, & flamma retrocedit, quarè multi Chriſti fidem amplectuntur. *Farellus.* Simile miraculum vide infrà anno 1537.

255. S. Lucius Pp. Martyr occumbit, cui ſuccedit S. Stephanus. *Ricciolius.*

256. S. Cyprianus in Concilio plurium Epiſcoporum in Africa decernit Baptiſmum ab Hæreticis collatum eſſe reiterandum, quod iam ſtatuerat in alio Concilio celebrato an. 215. Agrippinus eius prædeceſſor, verùm, eorum decretum, damnante S. Stephano Pp., S. Cyprianus definitionem Pontificis amplectitur. *Bataglinus lib. 1. f. 24. Baron. ad an. 258. Bellarminus, &c.*

257. Licinius Ualerianus nonam, per nos verò vndecimam perſecutionem mouet contrà Chriſtianos. *Ricciol.*

258. S. Cyprianus Epiſcopus, & S. Stephanus Pp. martyrio coronantur, & eligitur Sixtus ſecundus. *Ricciolius.*

259. Niceæ ad Varum moritur S. Pontius Senator, & Epiſcopus, qui duos Philippos Imperatores conuerterat ad fidem. *M. S.*

260. Sapores Valerianum ſuperat, & captiuum facit, eo vtens pro ſcabello ad aſcendendum equum. Dianæ Epheſinæ Templum conflagrat. SS. Sixtus, & Laurentius martyrio coronantur, & eligitur in Pontificem Dionyſius Monacus Græcus. *Ricciolius.*

261. Ualeriano in captiuitatem ducto, 30. Tyramni inter ſe Imperium diuidunt, Gallieno inerte Romæ demorante. *Baron., ſed Vallemontius hoc ſignat anno 253.* Dira peſtis Eu-

A.Æ.C.

261. Europam diuexat, & qui infirmis deſeruiunt tanquam Martyres in Martyrologio enumerantur die 28. Februarij. Gallienus clade Patris reſcipiſcens perſecutionem in Chriſtianos reprimit. *Baron.*

264. Dum Gallienus luxu marceſcit, Odenatus Jmperium in Oriente tuetur, Perſas acie vincens, & Saporem fugans. *Foreſti*. Pauli Samoſateni hęreſis detegitur, contrà quem Concilium Antiochenum conuocatur. *Epiphanius*.

268. Gallienus in obſidione Mediolani telo confoditur, & ſucceſſorem, moriens, nominat Flau. Claudium, qui erat Ticini Tribunus. Hic Romæ in Chriſtianos ſęuit. *Trebellius*. *Aurel. Vict.*

269. Claudius propè lacum Benacum vulgò *di Garda* ingentem Germanorum vim fundit, & alibi 320. millia Scytharum, Gothorumque, quorum alij cæſi, alij naufragio, reliqui peſte, aut fame in monte Hæmo perierunt. Martyrium SS. Marij, Marthæ, &c. *Trebellius*. *Eutropius*.

270. Claudius Jmperator Syrmij moritur peſte, & poſt dies 16. etiam M. Aurelius eius ſucceſſor. Valerius Aurelianus eligitur Imperator. *Foreſti*.

271. Aurelianus clade affectus ab Alemanis, & Marcomanis apud Placentiam, poſteà victor extitit, tum apud Placentiam, tùm ad Metaurum fl., tùm in Campis Ticini. Dionyſius Pp. moritur in ſuo lecto, cui ſuccedit Felix. Aurelianus Vrbis Romæ mænia amplificat ad 50. millia paſſus. *Vopiſcus*.

272. Aurelianus Palmirenos ſuperat, captâ Zenobiâ eorum Reginâ, quæ, mortuo marito, exercitum ducebat, eamque ad triumphum ſeruat. Aurelianus decimam, vel potius duodecimā perſecutionē in Chriſtianos mouet. *Vopiſcus*.

274. Romæ Aurelianus de Zenobiâ triumphat, quam nonnulli Chriſtianam fidem fuiſſe amplexatam aſſerunt, erat autem doctiſſima, multaſque linguas callebat. Aurelianus Gebennam conſtruit, quam Aurelianam vocat. Felix Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Eutychianus Lunenſis. *Baronius*.

Au-

A.Æ.C.

159. Antoninus legem Iuliam contrà maritos impudicos extendit. *D. Auguſtinus l. 2. de Adulterino coniugio cap.* 8.

161. Antoninus Pius moritur, cui ſuccedunt M. Aurelius, & Lucius Ælius Verus. Hi columnam Antonianam anno 1703. è ruderibus effoſſam dicarunt ſuo prædeceſſori, de quo *vide Blanchinum in Kalend. f.* 72. S. Iuſtinus martyrio coronatur. *Ricciolius*.

162. Quinta, vel potius 7. perſecutio in Chriſtianos ſęuit, & S. Praxedes martyrio coronatur. *Ricciolius*.

165. Pius PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Anicetus. Romam venit S. Polycarpus, & Hegeſyppus Hiſtoricus Eccleſiaſticus. *Ricciolius*.

167 S. Polycarpus martyrio coronatur. Peſtis Romæ, & alibi graſſatur, ideòque Galenus, qui Romam alias fuerat vocatus, indè diſcedit. *Galenus, & Capitolinus*.

169. Lucius Ælius Verus Imperator moritur, eiuſque cadauer Romam aſportatur. *Ricciolius*.

171. Tacianus hæreſis Encraticarum Auctor detegitur. Hic nuptias damnauit, & abſtinentiam cum continentia ſuperſtitioſè coluit. *Coriol.*

173. Anicetus PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Soter. Indi mittunt legationem ad Sanctum Soterum, poſtulantes vniri Romanæ Eccleſiæ. *Athl. Temp.*

174. M. Aurelius à Quadis obſeſſus iubet milites Chriſtianos Deum ſuum precari, quo facto, ingens pluuia deſcendit ad ſitim extinguendam, & fulmina cum grandine contrà hoſtes, quarè Imperator decreto cauit, ne quis Chriſtianus hoc ſolo nomine accuſaretur. *Baron. ad an.* 186. Hoc tempore M. Aurelius Columnam, Cochlidem Ioui pluuio erexit, cui Sixtus V. Statuam S. Pauli ſuperpoſuit, & extat adhùc in foro Columnæ. *Athl. Temp.*

175. Soter PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Eleutherius. *Ricciolius*.

179. Cathaphrigarum hæreſis inualeſcit Auctoribus Montano, Priſcilla, & Maximilla. *Bernini*.

M.

A.Æ.C.

180. M. Aurelius Jmperator moritur in Pannonia, cui ſuccedit filius eius Commodus, quem iam quatuor ante annos ſucceſſorem elegerat. De eius crudelitate legitur, quòd cum in balneo muſca ei moleſtiam afferret, iuſſit balnei Cuſtodem igne cremari. *Vallemontius*. Parthenus ex Stoico Chriſtianus Alexandriæ publicè Theologiam docet, eoque poſteà pergente in Indiam ad Euangelium prædicandum, ſucceſſit in Cathedra Clemens eius diſcipulus, & Præceptor Origenis. *Coriol. Athl. Temp.*

181. Commodus, in gratiam Marciæ eius concubinæ, Chriſtianis fauet. Eleutherius ad preces Lucij Britannorum Regis mittit in Britanniam Concionatores. *Ricciolius*.

182. Serapidis Templum Alexandriæ conflagrat. Iulius Pollux grammaticus floret. Theodotius Ponticus ex Marcioniſta Judæus S. Scripturam interpretatur. R*icciolius*.

186. Philippus Pater S. Eugeniæ mittitur Præfectus Ægypti, vbi cum filia poſteà martyrio coronatur. R*icciolius*.

188. Capitolio fulmine icto, & Bibliothecâ incensâ, peſtis ingens ſubſecuta eſt. *Dion. Euſebius*.

191. Poſt terremotum Romæ conflagrat Palatium, Ædes Veſtæ vſque ad Palladium, & Templum Pacis totum cum magna vrbis parte, nec incendium extinguitur, niſi poſt multos dies. *Dion.*. L*ampridius*.

192. Eleutherius PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Victor Africanus.

Commodus occiditur in paleſtra conſciâ Marciâ concubina die 31. Decembris. Multi volunt hunc annum eſſe 194., quia cum Baronio annis duobus anticipant Æram Chriſti, ſed falluntur.

193. Helius Pertinax Ligur in Imperatorem eligitur, ſed poſt dies 88. occiditur, cui ſubſtituitur M. Didius poſt dies 65. occiſus, & acclamatur Seuerus, *Spartianus. Capitolinus*.

196. Victor PP. Romæ concilium celebrat, in quo ſtatuitur Paſcha celebrandum poſt Lunam decimaquartam. Idem ſtatuit in Conc. Prouinciali Theophilus Cæſareæ Clemens Alexandrinus floret. *Euſebius*. Se-

A.Æ.C.

199. Seuerus Baſſianum filium Imperatorem nominat, & ad ſuaſionem Plautiani perſecutionem mouet contrà Chriſtianos, quæ ab alijs dicitur quinta, ab alijs ſexta, ſed à Ricciolio octaua, incipiendo ab illa, quæ fuit tempore S. Stephani Protomartyris.

SÆCULVM TERTIVM.

201. Victor PP. martyrio coronatur, cui ſuccedit Zozimus. *Ricciolius*.

202. Seuerus Imperator iubet ſaluos eſſe Chriſtianos, qui per Imperatoris Genium iuraſſent, quod facere recuſant Chriſtiani. *Tertul. in Apolog. cap.* 32.

203. Veſuuius ingentes flammas, & cineres euomit. Irenæus Lugduni Epiſcopus, Perpetua, & Felicitas martyrio coronantur. *Ricciolius*.

204. Plautianus, qui anno præcedenti Plautillam filiam in vxorem dederat Baſſiano cum dote tanta, quæ ſufficere potuiſſet 50. Regibus, accuſatus hoc anno de coniuratione, morti damnatur, & Plautus cum Plautilla eius filij in Lipparam Inſulam relegantur, vbi poſt ærumnoſam vitam necantur. Hic fuit finis Plautiani, qui Seuero perſecutionem in Chriſtianos ſuaſerat. *Dion. Herod.*

206. Origenes, vt ſecurius, & abſque ſuſpicione cum fœminis Diuina verba facere poſſet, ſe ipſum caſtrat. *Coriol.*

207. Tertullianus ſcribit contrà Marcionem de Reſurrectione, & Carne Chriſti. Minutius Felix Cauſidicus ſcribit Dialogum pro Chriſtianis. *S. Hieronymus in Cathal.*

208. Seuerus in Britannos proficiſcitur, qui, murum ab Adriano anno 121. conſtructum tranſgreſſi, Romanam ditionem inuaſerant, eoſque anno ſequenti repellit, & muro 130. milliarium intrà ſuos fines coercet *Xiphilinus, & Onuphrius*. Florent Alex. Aphrodiſeus, & Papinianus Iuriſcon.

Anto-

A.Æ.C.

210. Antonius Seuerum Patrem ſæpius occidere tentat, cui Pater parcit ſola increpatione contentus, ſed in fautores animaduertit dicens: Sentitiſne tandem caput imperare, non pedes? *Mappamundus hiſtoricus P. Foreſti*.

211. Seuerus moritur Eboraci in Anglia, cui ſuccedit Antoninus, & Getha, alter alteri inſidiantes. Cineres Seueri Romam deferuntur. *Foreſti*.

212. Antoninus Caracalla Getham fratrem in gremio Matris interficit. Papinianum, & alios Gethæ fautores morti damnat, & Juliam Nouercam ducit in vxorem. *Baron*. *Foreſti*.

214. Tertullianus, dolens, quod à Zephirino Pp. fuerit excommunicatus tanquam Montani fautor, ſcribit contrà Eccleſiam, & præcipuè librum de Monogamia. *Ricciolius*.

215. Agrippinus Ep. Carthaginenſis in Concilio Africano decernit baptizatos ab Hæreticis eſſe rebaptizandos, ſed erroneè. *Ricciolius*. *Baronius*, & *Coriolanus*.

217. Antoninus Caracalla occiditur inter Edeſſam, & Caoras; cui ſuccedit Macrinus. Origenes in vrbe Jericho inuenit D. Scripturam olim ex Hebręo in Græcum tranſlatam, quam quintam editionem vocant. *Ricciol*. *P. Ioſeph Maria de Turri t. 2. f. 41. illam ſignat anno 219. Baronium ſequens*.

218. Macrinus à militibus occiditur, cui ſuccedit M. Antoninus Eliogabalus. Origenes Romam venit, & S. Zephirinum alloquitur. *Dion. Capitolinus*. *Euſebius*.

219. Eliogabalus Romam venit, & Templum Soli ædificandum curat. S. Zephirinus martyrio coronatur, cui ſuccedit Caliſtus, is qui ieiunia 4. temporum inſtituit, & Templum S. Marię trans Tyberim ędificauit. *Ricciol*.

220. Eliogabalus obtinet à Senatu, vt eius Mater, qua libidinosè abutebatur, in ordine Senatorum cenſeatur. *Lampridius*. Iulius Africanus, Alexander Aphrodiſeus, & Aphtonius florent. *Ricciolius*.

A.Æ.C.

222. Eliogabalus vnà cum Matre occiditur, cui ſuccedit Alexander Seuerus Eliogabali Conſobrinus, & ſicut illo nihil turpius, ità iſto nihil iuſtius. S. Hyppolitus Epiſcopus Portuenſis Canonem Paſchalem condit, de quo *Blanchinus*, & *Ricciolius*.

223. Alexander Romæ inſtituit Senatum fæminarum, qui earum cauſas dijudicet. *Ath. Temp.*

224. Vulpiano Iure conſulto inſtigante, multa Chriſtianorum millia martyrio coronantur, inter quos S. Caliſtus Pp., cui ſuccedit Vrbanus Pp. *Ricciolius*.

225. Alexander ſalutaribus legibus Rĕpublicam conſtituit adiutus operâ inſignium Iure conſultorū Uulpiani, Iulij Pauli Patauini, Lucij Frontini, Celſi, Proculi, & Modeſtini. *Foreſti*.

226. Thermæ Alexandrinæ Romæ conſtruuntur. SS. Martinà, Cæcilia, Tiburtius, & Ualerianus martyrio coronantur. Alexandriæ Origenes à Demetrio Ep. excomunicatur. *Baron. ad an.* 228.

231. S. Vrbanus Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Pontianus. Florebant SS. Gregorius Taumaturgus, & Alexander Carbonarius. *Ricciolius*.

235. Alexander Imperator Moguntiæ occiditur à militibus, & Iulius Maximinus Imperium vſurpat. Pontianus Pp. martyr occumbit in Sardinia, cui ſuccedit Anterus. *Ricciolius*.

Incipit 7. vel potius 9. perſecutio in Chriſtianos. *Ricciolius*.

236. Anterus Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Fabianus. Duo Gordiani Imperium vſurpant, & Romani, iuſsù Senatus, à Maximino deficiunt. *Lampridius*.

237. Gordiani ambo in Africa occiſi ſunt, ſicut etiam Maximinus in obſidione Aquileię, in qua, deficientibus arcuum funibus, Mulieres capillos ſuppeditarunt. Senatus eligit Imperatores Maximum Pupienum, & Clodium Balbinum. *Herodianus*. *Capitolinus*.

Ma-

A.Æ.C.

238. Maximus, & Clodius à militibus occiduntur, & Gordianus adoleſcens annorum *16.* Auguſtus acclamatur. Cenſorinus hoc anno librum de Natali die ſcribit, & annum hunc illuſtrat celeberrimis Epochis *Ricciol.*

242. Gordianus Saporem Perſarum Regem, qui Syriam inuaſerat, in Perſidem victum redire cogit. *Oroſius*. *Capitolinus*.

244. Gordianus à militibus Jmperio priuatur, & paulò poſt occiditur, electuſque eſt in Imperatorem M. Iulius Philippus, qui C. Philippum, filium in ſocium eligit. *Baronius.*

245. Philippus, ædificata in Arabia Philipoli, vbi prius erat Boſra, Romam venit. *Eutropius l. 9.*

247. Philippus vterque hoc anno operâ Fabiani Pp. Chriſtianam Religionem amplectuntur, & Romæ ludi Sæculares celebrantur ob annum vrbis milleſimum. *Capitolinus, & alij*.

249. Philippus Pater apud Ueronam, & filius Romæ à Decio necantur, quibus ſuccedit Decius natus Syrmij in Pannonia. R*icciolius*. Sed ex lapide Veronæ inuento patet eos occiſos an. 253.

250. Decius octauam, vel potius decimam perſecutionem mouet contrà Chriſtianos. Origenes Idolis thus adolere cogitur. *Epiphanius*. Paulus Eremitarum Pater in Eremum ſecedit. Naſcitur S. Antonius Albintimelij in Liguria. *Rainaudus*.

251. S. Fabianus, & S. Agatha U. martyrio coronantur. Oritur primum Schiſma, inuadente Sedem Apoſtolicam Nouatiano. *Euſebius*. Decius, dum ad Paludem Meothidem cum Gothis dimicat, à voragine exhauſtus, perit, cui ſuccedit Vibius Gallus. *Eutropius*. *Zonorra*.

252. S. Cornelius eligitur in Pontificem, pulſo Nouatiano. Peſtis in Ægypto exorta orbem totum vexat. Occaſione huius peſtis S. Cyprianus ſcripſit Librum de mortalitate. Aduertendum, Baronium ponere mortem Decij anno 254., qui per nos eſt 252., & peſtem anno 255., qui per nos eſt 253. errando ſemper per anticipationem duorum annorum.

A.Æ.C.
251. Niceæ ad Varum martyrio coronatur S. Baſſus Epiſcopus.
253. S. Cornelius martyrio coronatur, cui ſuccedit Lucius Romanus, qui à Voluſiano exilio mulctatur. Gallus, & Voluſianus Interamne ab exercitu occiduntur. *Aurel. Victor.*
254. Licinius Valerianus, qui ab exercitu in Nouembri fuerat acclamatus, hoc anno in Aprili à Senatu confirmatur, & filium Gallienum Cæſarem dicit. Origenes moritur annorum 69. Catanenſes Æthnæ ignibus territi velum, quo Corpus S. Agathæ tegebatur opponunt, & flamma retrocedit, quarè multi Chriſti fidem amplectuntur. *Farellus.* Simile miraculum vide infrà anno 1537.
255. S. Lucius Pp. Martyr occumbit, cui ſuccedit S. Stephanus. *Ricciolius.*
256. S. Cyprianus in Concilio plurium Epiſcoporum in Africa decernit Baptiſmum ab Hæreticis collatum eſſe reiterandum, quod iam ſtatuerat in alio Concilio celebrato an. 215. Agrippinus eius prædeceſſor, verùm, eorum decretum, damnante S. Stephano Pp., S. Cyprianus definitionem Pontificis amplectitur. *Bataglinus lib. 1. f. 24. Baron. ad an. 258. Bellarminus, &c.*
257. Licinius Ualerianus nonam, per nos verò vndecimam perſecutionem mouet contrà Chriſtianos. *Ricciol.*
258. S. Cyprianus Epiſcopus, & S. Stephanus Pp. martyrio coronantur, & eligitur Sixtus ſecundus. *Ricciolius.*
259. Niceæ ad Varum moritur S. Pontius Senator, & Epiſcopus, qui duos Philippos Imperatores conuerterat ad fidem. *M. S.*
260. Sapores Valerianum ſuperat, & captiuum facit, eo vtens pro ſcabello ad aſcendendum equum. Dianæ Epheſinæ Templum conflagrat. SS. Sixtus, & Laurentius martyrio coronantur, & eligitur in Pontificem Dionyſius Monacus Græcus. *Ricciolius.*
261. Ualeriano in captiuitatem ducto, 30. Tyramni inter ſe Imperium diuidunt, Gallieno inerte Romæ demorante. *Baron., ſed Vallemontius hoc ſignat anno 253.* Dira peſtis Eu-

A.Æ.C.

261. Europam diuexat, & qui infirmis deſeruiunt tanquam Martyres in Martyrologio enumerantur die 28. Februarij. Gallienus clade Patris reſcipiſcens perſecutionem in Chriſtianos reprimit. *Baron.*

264. Dum Gallienus luxu marceſcit, Odenatus Jmperium in Oriente tuetur, Perſas acie vincens, & Saporem fugans. *Foreſti*. Pauli Samoſateni hęreſis detegitur, contrà quem Concilium Antiochenum conuocatur. *Epiphanius*.

268. Gallienus in obſidione Mediolani telo confoditur, & ſucceſſorem, moriens, nominat Flau. Claudium, qui erat Ticini Tribunus. Hic Romæ in Chriſtianos ſęuit. *Trebellius*. *Aurel. Vict.*

269. Claudius propè lacum Benacum vulgò *di Garda* ingentem Germanorum vim fundit, & alibi 320. millia Scytharum, Gothorumque, quorum alij cæſi, alij naufragio, reliqui peſte, aut fame in monte Hæmo perierunt. Martyrium SS. Marij, Marthæ, &c. *Trebellius*. *Eutropius*.

270. Claudius Jmperator Syrmij moritur peſte, & poſt dies 16. etiam M. Aurelius eius ſucceſſor. Valerius Aurelianus eligitur Imperator. *Foreſti*.

271. Aurelianus clade affectus ab Alemanis, & Marcomanis apud Placentiam, poſteà victor extitit, tum apud Placentiam, tùm ad Metaurum fl., tùm in Campis Ticini. Dionyſius Pp. moritur in ſuo lecto, cui ſuccedit Felix. Aurelianus Vrbis Romæ mænia amplificat ad 50. millia paſſus. *Vopiſcus*.

272. Aurelianus Palmirenos ſuperat, captâ Zenobiâ eorum Reginâ, quæ, mortuo marito, exercitum ducebat, eamque ad triumphum ſeruat. Aurelianus decimam, vel potius duodecimā perſecutionē in Chriſtianos mouet. *Vopiſcus*.

274. Romæ Aurelianus de Zenobiâ triumphat, quam nonnulli Chriſtianam fidem fuiſſe amplexatam aſſerunt, erat autem doctiſſima, multaſque linguas callebat. Aurelianus Gebennam conſtruit, quam Aurelianam vocat. Felix Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Eutychianus Lunenſis. *Baronius*. Au-

A.Æ.C.

275. Aurelianus à Militibus occiditur inter Byſantium, & Heracleam. Poſt menſes 8. eligitur Claudius Tacitus, qui perſecutioni Chriſtianorum finem imponit. *Vopiſcus*, *Zoſimus*, *Surius*.

276. Tacitus 200. Imperij die moritur, cui ſuccedit An. Florianus ipſius frater, ſed antè duos menſes à ſuis occiditur, & Aurelius Probus coactus capeſſit Imperium. S. Sabinianus decollatus caput ſuum defert ad pedes 49. exemplo S. Dionyſij, & S. Vrſicini martyris. *Bollandus ad* 29. *Ianuar.*

277. Probus in Gallijs Germanorum 400. millia cædit, recuperatis 60. vrbibus. Manes Manichæorum Hæreſim ſuſcitat. *Euſebius*. *Epiphan.*

281. Probus ſuperat Proculum Albigaunum, qui à Lugdunenſibus fuerat acclamatus Imperator. *Vopiſcus*, *Oroſius*.

282. Probus apud Syrmium à militibus necatur, eique ſuffectus eſt M. Aurelius Carus, qui ſtatim duos filios ſuos Carinum, & Numerianum Cæſares proclamat. Sarmatas domat occiſis 16. millibus, & 20. millibus captis. *Vopiſcus*. Franci in Græciam peruadunt, Syracuſas capiunt, & oras Hiſpanicas deſolantur, deindè ad propria redeunt, inhabitantes propè Rhenum. *Vallemont.*

283. Carus apud Cteſiphontem ægritudine correptus moritur, cui ſuccedunt filij. *Vopiſcus*. *Eutropius*.

284. Numerianus in Oriente ab Arrio Apro Socero ſuo occiditur, & à Militibus Imperator acclamatur Ualerianus Diocles, dictus poſteà Diocletianus poſt mortem Carini. Ab hoc anno incipit Æra Diocletiani ob immaniſſimam perſecutionem, quam in Chriſtianos excitauit, & fuit vndecima, vel potius decimatertia. Jn ea occiſi ſunt ad vigeſies centena millia Martyrum, inter quos Serena eius vxor. *Vopiſcus*. *Eutropius*.

S. Eutychianus Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Caius. Baronius ab hoc anno nobiſcum concordat ſignans annos per Indictiones.

Cari-

A.Æ.C.

285. Carinus à ſuis militibus occiditur, & Diocles Diocletianus nominatur. S. Sebaſtianus martyrio coronatur. *Baronius*.

286. Maximianus à Diocletiano Socius nominatur, & Auguſti titulo decoratur. *Idatius*. *Eutropius*.

291. Diocletianus, & Maximianus creant Cæſares Flau. Valer. Conſtantium Clorum, & Caium Galerium Maximianum. Conſtantius Clorus, repudiatâ Helenâ Conſtantini Matre, ducit in vxorem Theodoram Maximiani Imperatoris priuignam. *Euſebius*, *& Iuſtiniani Codex*.

293. Diocletianus adorari ſe vt Deum iubet, gemmaſque veſtibus ſuis inſerit. *Eutropius*.

296. S. Caius Pp. martyrio coronatur, cui ſuccedit Marcellinus Romanus. *Baronius*.

297. SS. Mauritij, & Sociorum Thebanorum martyrium. Conſtantius Cæſar iuxtà Lingonas 60. millia Germanorum cædit. Galerius Cæſar Narſeum Regem Perſarum ſuperat, ideòque à Diocletiano benignè excipitur, cùm anno præcedenti, eò quòd ab eodem Narſeo fuiſſet victus, eum pedeſtre antè currum ire ad aliquot millia paſſus iuſſerit. *Eutropius*. *Oronius*.

298. Diocletianus Thermas conſtrui mandat poſt annos 7. conficiendas, earumque veſtigia adhuc Romæ extant ad S. M. Angelorum PP. Carthuſianorum. *Baronius*.

SÆCVLVM QVARTVM.

301. Diocletianus, & Maximianus de Perſis, & Parthis anno 297. ſuperatis triumphant, ductis ante currum Narſei Sororibus, liberis, & præda, qua Galerius Parthos ſpoliauerat. Hic Narſeus erat ſucceſſor Saporis, qui Valerianum captiuum fecerat, & Auus Saporis iunioris, de quo infrà. *Baronius*.

303. Decima, per alios 11., per Ricciolium 13. perſecutio, quę anno 284. inceperat, hoc anno per publicum Edictum pu-

A.Æ.C.

303. publicatur, licèt Baronius illam ponat anno præcedenti. Porphirius contrà Chriſtianos ſcribit, & Arnobius cum ſuo Diſcipulo Lactantio Firmiano ſtant pro Chriſtianis. Martyrio coronantur Sancti Geneſius Mimus, Agnes, Lucia, & Anaſtaſia, quæ in Inſulam Palmariam, vulgò *Parmarola*, fuit deportata. *Baronius*.

304. S. Marcellinus Pp. martyrio coronatur, de quo dubitatur an coactus thus Idolis adoleuerit, quod negant Baronius, Bellarminus, & Rainaudus. Eligitur in eius locum Marcellus. Diocletianus, & Maximianus Herculeus Imperio ſe abdicant, electis in Jmperatores Conſtantio Chloro, & Galerio, nec non in Cæſares Seuero, & Galerio Maximino. *Baronius*.

305. Martyrio coronantur Sancti Januarius Beneuentanus Epiſcopus, & Bonifacius Romanus. *Ricciolius*.

306. Mortuo Conſtantio Chloro, illi ſuccedit in Imperio Conſtantinus eius filius, licèt à Prætorianis militibus fuiſſet acclamatus Maxentius Maximiani Herculei filius. Schiſma à Donato excitatur, & aliud à Meletio Lycopolitano Epiſcopo. *S. Athanaſius*.

309. Marcellus Pp. Martyrio coronatur, cui ſuccedit Euſebius filius Medici Græci. Perſecutio in Chriſtianos magis ſęuit, & integra Ciuitas in Phrygia, ob Chriſti confeſſionem, omninò deletur. *Euſebius*.

310. S. Petrus Alexandrinus, poſt excommunicatum Arium, Martyrio coronatur. *Ricciolius*.

311. Euſebius Pp. moritur in ſuo lecto, cui ſuccedit Melchiades. Galerius Maximianus edictum contrà Chriſtianos retractat ob vulcus in eum à Deo immiſſum. Dira lues totum Imperium Romanum diuexat. Conſtantino in acceſſu ad alpes apparet in aere Crucis ſignum, *Baron. ad an.* 312., & cum exercitu 170. millia peditum, & 18. millia Equitum contrà Maxentium procedit. *Ricciolius*.

312. Conſtantinus de Maxentio inſignem victoriam reportat, qui in fugam verſus, ruinâ Pontis Miluij in Tyberim

ca-

A.Æ.C.

312. cadens, moritur die 24. Septembris, & ab hac die, & anno ſignari Indictiones Imperiales Conſtantinus mandat, abrogatis Olympiadibus, licet Jdictiones Pontificiæ ſignentur à 1. Januarij anni ſequentis. Conſtantinus Ædes Lateranas donat Melchiadi Pp. & à Donatiſtis interpellatus contra Cęcilium Epiſcopum Carthaginenſem, cognitionem cauſę defert Melchiadi Papæ, & tribus Epiſcopis, qui Donatum damnant. Melchiades Papa moritur, ideò Martyr, quia ſub Maxentio vexatus fuerat. *Baronius*.

Aduertendum à D. Petro vſque ad Melchiadem incluſiuè fuiſſe Pontifices 33., qui omnes fuere Martyres præter Dionyſium, & Euſebium, quorum loco fuere Martyres, poſt S. Silueſtrum, S. Ioannes, S. Siluerius, & S. Martinus Pontifices.

313. Kalendis Februarij eligitur in Pontificem S. Silueſter Romanus. Conſtantinus, licet nondum Chriſtianus, illis tamen in multis fauet, ſed Licinius in Oriente eos perſequitur. *Ricciolius*.

315. Arius in hæreſim prolabitur. Conſtantinus Cæſares creat Chriſpum, & Conſtantinum filios. Edicta publicat contrà Iudæos. Tota die 8. Octobris pugnat contra Licinium in Pannonia, qui Cæſarem creat Valentem, & victus fugit in Daciam. *Petauius, ſed Baronius hanc victoriam ſignat an.* 317.

316. S. Martinus Turonenſis Epiſcopus naſcitur. Scythæ à Gallicano Duce ſuperantur. Donatiſtæ à Conſtantino exilio plectuntur, & Baſilicis priuantur. Sebaſtæ in Armenia quadraginta Martyres Martyrio coronantur. *Baron., ſed Ricciol. id ponit an.* 319.

317. Ricciolius ponit hoc anno contigiſſe victoriam Conſtantini de Licinio die 3. Iulij. Pax inter Imperatores firmatur, & Licinianus Licinij filius Cæſar eligitur. *Ricciolius*.

318. Alexander Alexandriæ Epiſcopus Arium eijcit, & in Concilio 100. Epiſcoporũ excomunicat, de quibus actis ſcribit ad

A.Æ.C.

318. S. Silueſtrum Pp. *Epiphanius*, *Theodoretus*, *& alijs*.

319. Conſtantinus Sarmatas Mæotides Iſtrum tranſgreſſos cædit, & fugat. Idem, cauſâ Arij cognitâ, ſcribit contra eum, & ibi agit de immunitate Clericorum. *Epiphanius*.

324. Conſtantinus, poſt multas victorias de Licinio reportatas, hoc anno baptizatur à S. Silueſtro, & Baſilicam Uaticanam conſtruendam curat. Eodem anno S. Silueſter, Conſtantini auctoritate fretus, indicit Concilium Nicænum. *Baronius*.

325. Synodus Nicęna 318. Epiſcoporum cępta eſt die 18. Iulij, & terminata die 25. Auguſti, pręſente Conſtantino, & Arius, licet fictè, ſe retractat. *Uallemontius*. *Baronius*.

326. Chriſpus Cæſar de inceſtû cum Fauſta Nouerca accuſatus, iuſſu Conſtantini morti damnatur, ſed Baronius aſſerit id accidiſſe antè Conſtantini baptiſmum. Helena Mater Conſtantini Crucem Domini inuenit. Mortuo Alexandro Alexandriæ Epiſcopo, ei ſubſtituitur Athanaſius.
Sapores Perſarum Rex perſecutionem in Chriſtianos mouet. *Baronius*.

327. Frumentius Tyrius Euangelizat Indis, & ab Athanaſio eorum Epiſcopus ordinatur. Conſtantinus, detecta calumnia Fauſtę vxoris in Chriſpum, eam, ardentibus balneis incluſam, necari iubet. *Eutropius*. Moritur S. Helena Conſtantini Mater. *Euſebius*.

328. S. Athanaſius viſitat in Eremo SS. Pacomium, & Antonium. Iuuencus Hiſpanus in carmen vertit Sancta Dei Euangelia. *S. Hieronymus*.

330. Conſtantinus, inſtaurato Bizantio, ibidem Sedem Imperialem figit, vnde Aquilæ bicapitis origo emanauit. *Vallemontius*.

331. Conſtantinus edictum publicat de Gentilium Templis ſubuertendis. Athanaſius accuſatur de interfecto Arſenio, & annis ſequentibus acciderunt, quæ in eius vita narrantur.

Con-

A.Æ.C.

332. Conſtantinus Cæſar, à Patre miſſus contrà Gothos, propè 100. millia fame, & frigore ad mortem adigit. *S. Hieron.*, *& Idacius*.

335. Mortuo S. Silueſtro die 31. Decembris, hoc anno die 16. Ianuarij eligitur Marcus, qui die 7. Octobris moritur, eique ſubſtituitur Julius Romanus. Moritur etiam Arius Bizantij. *Baronius*.

337. Moritur Conſtantinus Magnus, & Imperium diuiditur inter illius filios Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem. *Euſebius*.

338. Conſtantinus iunior iubet Athanaſium in ſuam ſedem reſtitui. Sapores Niſibem obſidet, ſed à S. Iacobo vrbis Epiſcopo Culium agmine fugatur, quod miraculum pluries renouatum eſt. *Theodoretus*.

343. Hoc tempore ſæuiebat perſecutio in Chriſtianos ſub Sapore in Perſide, & Arianorum in Oriente. Moritur S. Paulus Eremitarum Dux. Terræmotu Nicomedia tota eſt ſubuerſa, exceptâ Eccleſiâ, in qua ſeruabatur corpus S. Gregorij Thaumaturgi. *Hieronym. in Chron.*

350. Conſtans ad Pyrrenæum à Griſone occiditur, & annò ſequenti Conſtantius Gallum Cæſarem creat. *Idatius*.

352. Crucis ſignum in Luna apparet die 30. Ianuarij, vel nonis Maij, vt volunt alij. Iulius Pp. moritur, eique ſuccedit Liberius, cuius tempore Templum S. Mariæ ad Niues conſtructum eſt. *Baronius*.

354. Gallus Cæſar iuſſu Conſtantij occiditur. Naſcitur S. Auguſtinus, &, vt volunt aliqui, etiam Pelagius Hæreſiarca. *Illeſcas*.

355. Pſaudo Concilium Mediolani celebratur 300. Epiſcoporum. *Baronius ex Sozomeno, & alijs*.

Conſtantius Iulianum Apoſtatam Cæſarem nominat, & præficit Tranſalpinis. *Amianus*.

358. Terræmotus Macedoniam, Pontum, & Aſiam concutit, Nicomediam ſubuertit, & 150. vrbes vexat. *Idatius*. Moritur S. Antonius annorum 105. *Hieron. in Chron.*

A.Æ.C.

361. Moritur Conſtantius Arianorum protector, eique ſuccedit Iulianus, qui publicè Chriſtianam Religionem eiurat. *Baronius*.

363. Iulianus Imperator, accepto vulnere lanceæ, in Perſide moritur, cui ſuccedit Iouinianus. *Baron.*

364. Moritur Iouinianus, ex vapore prunarum in cubiculo calce recens illito, ſuffocatus, & ab exercitu eligitur Valentinianus, qui Valentem Auguſtum nominat, eiq; Orientem cedit, ipſe in Occidentem pergens. *Ammianus*. *Sozomenus*.

365. Ingens terræmotus orbem totum concutit, & Alexandriæ naues ſuprà tecta domorum transfert. *Baron.*, *& Ricciol.*

367. Ualentinianus Gratianum filium Auguſtum nominat. Moritur Liberius Pp., cui ſuccedit Damaſus. Grando ingens petrarum in modum Bizantij decidit. *Zoſimus*, *Idatius*, *& Ammianus*.

369. Moritur S. Hilarius Epiſcopus Pictauienſis. S. Baſilius ordinatur Epiſcopus Ceſareæ. S. Ambroſius præficitur Inſubriæ, Æmiliæ, & Liguriæ. *Baronius*.

370. In Oriente ſæuit perſecutio Valentis contrà Catholicos. *Baronius*.

372. Moritur S. Hilarion annorum 80., & S. Athanaſius. Melania Ægyptum luſtrat. *S. Hieron.*

374. S. Ambroſius eligitur in Epiſcopum Mediolanenſem. Celebratur Concilium Valentinum in Gallia. *Baron.*

375. S. Martinus ordinatur Epiſcopus Turonenſis. Valentinianus moritur, cui ſuccedit Gratianus, & frater ipſius Valentinianus quadrimus filius Ualentiniani, & Iuſtinæ. *Foreſti*.

377. Valens Orthodoxos ab exilio reuocat, territus ob cladem à Gothis iu Thracia acceptam. *Oroſius*.

378. S. Baſilius moritur, & paulò poſt S. Ephrem Syrus. Valens quoque in agreſti mapalio incenſus perit, prius ſagittâ percuſſus. Gothi precibus S. Acholij Epiſcopi Theſſalonicenſis à Macedonia fugantur ardenti peſtilentia. *Amian.*

Gra-

A.Æ.C.

379. Gratianus Theodoſium Orientis Imperatorem creat, qui Gothos è Thracia pellit. Longobardi ex Scandia egreſſi Vuandalos vincunt. *Baronius*.

381. Conſtantinopoli celebratur ſecundum Concilium Æcumenicum à 150. Epiſcopis, & Prouincialia Aquileienſe in Italia, Cæſarauguſtanum in Hiſpania, & anno ſequenti Romanum. *Baron.*

383. Maximus Gratianum interfici mandat. Theodoſius filium ſuum Arcadium Auguſtum nominat. Conſtantinopoli altera Synodus celebratur iuſsù Theodoſij ad conciliandos Hæreticos, ſi fieri poſſet. S. Urſula, & Sociæ martyrio coronantur. Roma fame vexatur. *Baronius*.

385. Mortuo Damaſo die 11. Decembris præcedentis, eligitur Siricius. In Concilio Prouinciali Burdegale celebrato damnatur Priſcilianus, & Vrbita illius diſcipula ibidem lapidatur. *Ricciolius*. *Proſper*.

386. Siricius Pp. Concilium conuocat Romæ 80. Epiſcopum. S. Hieronymus cum S. Paula Ægypti Monaſteria perluſtrant. S. Cyrillus Ieroſolymis moritur. S. Jo: Chriſoſtom. Præſbiter ordinatur. *Ricciolius*.

388. Theodoſius Antiochenis iratus placatur à Flauiano Epiſcopo. Maximo bellum indicit, eoque occiſo, Imperium Valentiniano reſtituit. S. Auguſtinus an. 34. baptizatur. *Ricciolius*.

389. Moritur S. Gregorius Nazianzenus, & S. Monica. S. Auguſtinus in Africam reuertitur, vbi vitam Eremiticam inſtituit. Longobardi primum Regem creant Agelmundum. *Ricciolius*.

390. Caput S. Io: Baptiſtæ ex vico Coſlai, vel Chalcedone Conſtantinopolim defertur. Theodoſius ob cædem Theſſalonicæ factam ſacris à S. Ambroſio excluditur, quarè pænitentiam agit, & legem fert, vt latæ ſententiæ executio ad dies 30. differatur. Iouinianus Hæreſiarca à Siricio Pp. excomunicatur. *Baronius*.

Va-

A. Æ. C.

392. Valentinianus iunior, ſiuè ſecundus inuentus eſt in Palatio præfocatus. *Zoſimus*. *Epiph.*

394. Theodoſius inſignem de Hæreticis victoriam reportat ſub auſpicijs S. Crucis. Nonnullę Regiones Europę terræmotú concuſſæ ſunt. S. Paulinus cum vxore ſęculo renuntiant. *Baronius*.

395. Moritur Theodoſius Magnus Mediolani, cui ſuccedit Arcadius in Oriente, & Honorius in Occidente. Florebant Claudianus, & Proba Falconia fœmina religioſiſſima ambo Poetæ. S. Auguſtinus ordinatur Epiſcopus. *Baronius*.

396. Conſtantinopoli terręmotu vexatur, & ſuper eum flammã pendere viſa eſt. *Auguſt. Marcellinus*.

397. S. Ambroſius moritur 4. Aprilis Sabbatho Sancto. S. Io: Chriſoſtomus eligitur in Patriarcam Conſtantinopolitanum, & die 26. Februarij anni ſequentis thronum conſcendit. *Baronius*.

398. Siricius Pp. moritur, cui ſuccedit Anaſtaſius. Gentiles iactantur hoc anno, qui eſt 365. à Miſſione Spiritus Sancti ſuper Apoſtolos, Religionẽ Chriſtianã periturã. *S. Aug. l. 18. deciu. Dei. c. 53.* Maſceziles ex Senatus Conſulto pergit in Africam contra Gildonem fratrem Imperio infeſtiſſimum, ſed priùs nauigat in Caprariam Inſulam, indèque ſecum ducit nonnullos Monacos, vt pro eo orent, quarè cum ſolis 5. millibus pugnat contra 70. millia, & inſignem refert victoriam. *Baronius*. Concilium quartum Carthaginenſe. *Ricciolius*.

399. S. Io: Chriſoſtomus prohibet Clericis nè ſub ſpecie pietatis in domibus ſuis retineant Sacras Virgines, quas Sorores ſpirituales, & Agapetas vocabant. *Baronius*. Arcadius, & Honorius publico edicto iubent Idolorum Templa, vel dirui, vel in Dei honorem ſacrari. Honorius etiam decernit, nè ad Eccleſias confugientes extrahantur. *Baronius*.

400. Anaſtaſius Pp. Origeniſtas hęreticos declarat, & Theophylus Patriarca Alexandriæ illos à ſua Diœceſi expellit, inter

:os fuere multi Monaci, qui Conſtantinopolim
, S. Io: Chriſoſtomum ſub ſpecie pietatis decipere
unt. *Baronus*. Allaricus Uiſigothorum Rex, in
ingreſſus, ab Honorio obtinet Gallias, & Hiſpa-
Arcadius aurea numiſmata cudi iubet. Eutro-
nuchum creat Patritium, & Conſulem, & qui
bere non poterat dictus eſt Pater Imperatoris.
mp.

ÆCVLUM QVINTVM.

ſtinus incipit ſcribere Libros de Ciuitate Dei
Ricciolius.

402. Theodoſius iunior filius Arcadij, anno præcedenti natus, creatur Auguſtus. Moritur Anaſtaſius Pp., cui ſuccedit Innocentius. Concilium Milleuitanum in Numidia celebratur. Moritur S. Martinus. *Baronius, ſed Ricciolius id ſignat anno præcedenti*.

403. Stilico apud Polentiam Liguriȩ vrbem inſignem refert de Allarico victoriam. *Baronius*. Operâ Theophili Patria Alexandrini Chalcedone conuocatur Conciliabulum dictum: ad Quærcum, in quo S. Io: Chriſoſtomus damnatur. *Baronius*.

404. Suadente Eudoxiâ, S. Io: Chriſoſtomus ab Imperatore Arcadio in exilium mittitur Cucuſſum. *Baronius*.

405. Pelagius Senex, & Vagabundus Monacus hoc anno Hæreſiarca detegitur. *Ricciolius*. Radagayſus Paganus, & Schyta cum 200. millibus, vel, vt volunt alij, cum 400. mill. in Italiam effuſus, victus eſt à Itilicone, eoque occiſo, Milites captiui vno aureo pro ſingulis diuenditi ſunt. *Baronius*. *Ricciolius hanc victoriam ſignat anno ſequenti*.

406. Vigilantij hȩreſis detegitur. *Baronius*.

S. Io:

A. Æ.C.

407. S. Io: Chriſoſtomus moritur in Exilio, & cum hoc nuncium delatum eſt Conſtantinopolim ingens grando ibidem cecidit. Innocentius Pp. excomunicat Arcadium, & Eudoxiam, quæ tribus menſibus ab obitu S. Io: miſerè perit. Celebratur Concilium Carthaginenſe. *Baronius*.

408. Moritur Arcadius, cui ſuccedit filius Theodoſius iunior octennis. Stilico, qui Rauennæ ad Eccleſiam confugerat, interimitur. Alani, Sueui, Vandali, Saxones, alijque barbari Gallias inuadunt profligatis Franchis. *Baronius*. Rutilius Poeta floret, qui ob hanc inuaſionem è patria deceſſit, & verſibus itinerarium conſcripſit.

409. Alaricus Gothorum Rex Romam inuadit, ſed Ciues à ſpolio, ſe redimunt ſolutis libris auri 5000., argenti 3000., veſtibus 4000., pellibus coccineis 3000., piperis libris 3000. Vandali, Alani, & Sueui Hiſpanias inuadũt mẽſibus Septembri, & Octobri. Melania Senior moritur. *Baron.*

410. Alaricus Attalum Imperatorem creat contrà Honorium, ſed paulò poſt illum deponit. Iterum Romam inuadit, eamque per triduum depopulatur, parcendo tamèn confugientibus ad Eccleſias, nec non veſtibus ſacris. Hęc fuit ſecunda Vrbis depopulatio, cum primam paſſa eſſet à Gallis anno Vrbis 362. Ruphinus Præsbiter Aquileienſis Origeniſta moritur. *Baron. Bernini t.* 1.

411. Alaricus dum exercitum in Siciliam traijcere tentat, apud Coſentiam in medio Baſſontij amnis moritur, eique ſuccedit Athaulphus, qui Placidiam Sororem Arcadij, & Honorij ducit in vxorem. *Baronius*. Uandali, & Sueui Galęciam occupant, Alani Luſitaniam, Silingi Bæticam. Pulcheria Soror Theodoſij Imperium Orientis ſola adminiſtrat, & poſt tres annos Auguſta vocatur. *Theophanes*. Vallemontius vult Athaulphum fuiſſe primum Regem Viſigothum in Hiſpania.

412. Gothi ſub Rege Athaulpho Gallias inuadunt. Attalus in mari captus obtroncata manu, ab Honorio dimittitur. Iouinianus hæreticus in Inſulam Boam propè Dalmatiam rele-

A.Æ.C.

412. relegatur. Moritur Theophilus Patriarca Alexandrinus, cui ſuccedit S. Girillus. *Petauius*.

413. Heraclianus, dum cum claſſe 700. Nauium ad Vrbem pergit, à Marino Comite ad Vtricolim victus, fugit Carthaginem, vbi iuſsù Honorij occiditur. *Oroſius*. *Proſper*. *Idatius*.

414. Conſtantius Comes Gothos Narbonâ pellit in Hiſpaniam, & Claſſis maritima Gothorum in Gaditano freto tempeſtate perit. *Oroſius*.

415. Inuentio Reliquiarum S. Stephani Protomartiris. Noua perſecutio in Perſide contrà Chriſtianos excitatur. Gothi, vel, vt dicunt alij, Viſigothi migrant ex Hiſpania. Athaulphus eorum Rex, à ſuis vulneratus, moritur, & eius Regnum inuadit Vallia, qui Placidiam reſtituit, & bellum capeſſit contra Vandalos, & Alanos. *Idatius*. *Proſper*. *Baronius*.

416. Placidia Honorij Soror Conſtantio Comiti in vxorem datur. Vallia pacem ab Honorio petit. *Ricciolius*.

417. Moritur Innocentius Pp., cui ſuccedit Zozimus. Hic à Cæleſtio, & Pelagio deceptus, eos abſoluit. Alani à Gothis penè ſunt deleti. Hoc anno Paſcha ritè celebratum eſt ab Alexandrinis die 22. Aprilis, cum eſſet litera Dominicalis G., & Plenilunium die 17. h. 12. m. 24. Aprilis, & ideò in eius peruigilio miraculosè iuxtà ſolitum Baptiſteria repleta ſunt aquâ, ſed non ritè ab Occidentalibus die 25. Martij. *Baron. Ricciol. Coriol.* Idem error contigit anno 573. 580., & 664. *Ricciolius*, *&* *Bernini*.

418. Zozimus Pp., detectâ Pelagij fraude, illum damnat, deindè moritur, cui ſuccedit Bonifacius Romanus, Schiſmaticis Eulalium intrudentibus. *Baronius*.

419. Varijs Paleſtinę Vrbibus terręmotù colapſis, Dominus Ieſus ſuper Montem Oliueti apparet. *Marcellinus*. Moritur Euſtochion S. Paulæ Romanæ filia. *Ricciolius*.

420. Moritur S. Hieronymus. Conſtantius Placidię Maritus aſſumitur Socius Imperij ab Honorio, ſed eodem anno Rauen-

A.Æ.C.

420. uennæ moritur. Franci Gallijs potiuntur, & primum Regem eligunt Pharamundum, qui auctor fuit legis Salicę fæminas à iure hęreditario excludentis. *Ath.*, *Temp.* *Uallemontius.*

421. Theodoſius Eudociam Leontij Philoſophi filiam in vxorem ducit, quæ anno ſequenti parit Eudoxiam filiam. *Marcellinus. Socrates.*

422. Eudocia Imperatrix ex Homeri carminibus poema conficit, quod Homero centones vocat, ad exemplum Probæ Falconiæ, quæ idem fecerat ex carminibus Virgilij. *Athl. Temp.*

423. Placidia ab Honorio fratre ob ſuſpicionem inuitatorum hoſtium pulſa, vnà cum filijs Ualentiniano, & Honorio pergit in Orientem. Honorius Imperator Rauennę moritur, & Ioannes olim ſcriba Imperium vſurpat. Theodoretus ex Monaco creatur Epiſcopus Cyri in Syria. Bonifacius Pp. moritur, cui ſuccedit Cæleſtinus Romanus, qui pſalmos ante Miſſam inſtituit. *Cortolanus, qui plura de pſalmodia refert.*

424. Theodoſius Placidiam Viduam, Conſtantis, & Honorij Sororem, Auguſtam nominat, eiuſque filium Valentinianum Cęſarem creat, eique deſpondet Eudoxiam filiam ſuam. Artaburius contrà Perſas miſſus, tanto pauore illos afficit, vt ad 10. millia in Euphratem ſe præcipitauerint. Acacius Amidæ Epiſcopus ſeptem millia Perſarum captiuorum, diſtractis Eccleſiæ vaſis, redimit, fouet, & in Perſidem remittit, quam pietatem Rex eſt admiratus. *Baronius.*

425. Placidia, & Valentinianus Tertius, Artaburij, & Aſparis auxilio, Joanne Rauennæ occiſo, recuperant Imperium, & Ualentinianus declaratur Imperator. Theodoſius dum aſſiſteret Ludis Circenſibus, audito hoc nuncio ſtatim ad Eccleſiam cum Populo ſe contulit gratias Deo acturus. *Ricciolius. Baronius.*

Gun-

A.Æ.C.

426. Gundericus Uuandalorum Rex, capta Hiſpali, dum manus in Eccleſiam extendit, à dæmone correptus moritur, cui ſuccedit Genſericus ex Catholico Arianus. *Ricciolius*.

427. Romani Pannonias, ab Vnnis annis 50. retentas, recuperant. Genſericus ex Hiſpania in Mauritaniam transfretat, & Africam inundat. *Ricciolius*.

428. S. Honoratus Abb. fundat Monaſterium Lirinenſe. *Athl. Temp.* Ferramundo Francorum Regi ſuccedit Clodius, qui à Vallemontio dicitur Clodionus.

429. Neſtorius ſcriptis hæreſim ſuam diſeminat, cui Cirillus Alexandrinus humaniſſimè ſcribit, ille verò arrogantiſſimè reſcribit. *Ricciolius*. S. Germanus Epiſcopus Antiſiodorenſis à Cęleſtino Pp. miſſus ad Britannos, Pariſijs S. Geneueffam Virginem Deo conſecrat. *Baronius*. *Coriol.*

430. Celebrantur Concilia Romanum, & Alexandrinum contrà Neſtoriũ Epiſcopũ Conſtantinopolitanum hęreſiarcam, & hypocritam, de quo *vide Coriolanum*. Genſerico Vuandalorum Rege Africam vaſtante, & Hipponam obſidente, moritur S. Auguſtinus annos natus 76. *Ricciolius*.

431. Celebratur Concilium Epheſinum Generale tertium Præſidente S. Cirillo Alexandrino, in quo dannatur hæreſis Neſtorij, qui Epiſcopatu priuatur. Moritur S. Paulinus Epiſcopus Nolanus annorum 78. *Ricciolius*. *Coriol.*

432. Moritur Cæleſtinus Pp., cui ſuccedit Sixtus Tertius Vrſinus. *Coriolanus*.

433. Conſtantinopoli maxima Vrbis pars Septentrionalis triduano incendio conflagrat. Sixtus Pp. in ſomnis præmonitus Petrum Diaconum ordinat in Epiſcopum Rauennatem, qui poſteà dictus eſt Chriſologus. S. Proſper ſcribit contra Caſſianum. Sixtus Pp. à Baſſo accuſatur, ſed in Synodo abſoluitur, & Baſſus proſcribitur. *Ricciol.*, *Coriol.*

434. Vincentius Lirinenſis ſcribit volumen contrà Hæreticos anno tertio poſt Concilium Epheſinum. *Ricciol.* Rugila, vel Roa eligitur in Regem Vnnorum. *Hiſtoria de Cotborum Regno*.

 Gen-

A.Æ.C.

318. S. Silueſtrum Pp. *Epiphanius*, *Theodoretus*, *& alijs*.

319. Conſtantinus Sarmatas Mæotidos Iſtrum tranſgreſſos cædit, & fugat. Idem, causâ Arij cognitâ, ſcribit contra eum, & ibi agit de immunitate Clericorum. *Epiphanius*.

324. Conſtantinus, poſt multas victorias de Licinio reportatas, hoc anno baptizatur à S. Silueſtro, & Baſilicam Uaticanam conſtruendam curat. Eodem anno S. Silueſter, Conſtantini auctoritate fretus, indicit Concilium Nicænum. *Baronius*.

325. Synodus Nicęna 318. Epiſcoporum cępta eſt die 18. Iulij, & terminata die 25. Auguſti, pręſente Conſtantino, & Arius, licet fictè, ſe retractat. *Uallemontius*. *Baronius*.

326. Chriſpus Cæſar de inceſtû cum Fauſta Nouerca accuſatus, iuſſu Conſtantini morti damnatur, ſed Baronius aſſerit id accidiſſe antè Conſtantini baptiſmum. Helena Mater Conſtantini Crucem Domini inuenit. Mortuo Alexandro Alexandriæ Epiſcopo, ei ſubſtituitur Athanaſius.

Sapores Perſarum Rex perſecutionem in Chriſtianos mouet. *Baronius*.

327. Frumentius Tyrius Euangelizat Indis, & ab Athanaſio eorum Epiſcopus ordinatur. Conſtantinus, detecta calumnia Fauſtę vxoris in Chriſpum, eam, ardentibus balneis incluſam, necari iubet. *Eutropius*. Moritur S. Helena Conſtantini Mater. *Euſebius*.

328. S. Athanaſius viſitat in Eremo SS. Pacomium, & Antonium. Iuuencus Hiſpanus in carmen vertit Sancta Dei Euangelia. *S. Hieronymus*.

330. Conſtantinus, inſtaurato Bizantio, ibidem Sedem Imperialem figit, vnde Aquilæ bicapitis origo emanauit. *Vallemontius*.

331. Conſtantinus edictum publicat de Gentilium Templis ſubuertendis. Athanaſius accuſatur de interfecto Arſenio, & annis ſequentibus acciderunt, quæ in eius vita narrantur.

Con-

A.Æ.C.

332. Conſtantinus Cæſar, à Patre miſſus contrà Gothos, propè 100. millia fame, & frigore ad mortem adigit. *S. Hieron.*, *& Idacius*.

335. Mortuo S. Silueſtro die 31. Decembris, hoc anno die 16. Ianuarij eligitur Marcus, qui die 7. Octobris moritur, eique ſubſtituitur Julius Romanus. Moritur etiam Arius Bizantij. *Baronius*.

337. Moritur Conſtantinus Magnus, & Imperium diuiditur inter illius filios Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem. *Euſebius*.

338. Conſtantinus iunior iubet Athanaſium in ſuam ſedem reſtitui. Sapores Niſibem obſidet, ſed à S. Iacobo vrbis Epiſcopo Culium agmine fugatur, quod miraculum pluries renouatum eſt. *Theodoretus*.

343. Hoc tempore ſæuiebat perſecutio in Chriſtianos ſub Sapore in Perſide, & Arianorum in Oriente. Moritur S. Paulus Eremitarum Dux. Terræmotu Nicomedia tota eſt ſubuerſa, exceptâ Eccleſiâ, in qua ſeruabatur corpus S. Gregorij Thaumaturgi. *Hieronym. in Chron.*

350. Conſtans ad Pyrrenæum à Griſone occiditur, & annò ſequenti Conſtantius Gallum Cæſarem creat. *Idatius*.

352. Crucis ſignum in Luna apparet die 30. Ianuarij, vel nonis Maij, vt volunt alij. Iulius Pp. moritur, eique ſuccedit Liberius, cuius tempore Templum S. Mariæ ad Niues conſtructum eſt. *Baronius*.

354. Gallus Cæſar iuſſu Conſtantij occiditur. Naſcitur S. Auguſtinus, &, vt volunt aliqui, etiam Pelagius Hæreſiarca. *Illeſcas*.

355. Pſaudo Concilium Mediolani celebratur 300. Epiſcoporum. *Baronius ex Sozomeno*, *& alijs*.

Conſtantius Iulianum Apoſtatam Cæſarem nominat, & præficit Tranſalpinis. *Amianus*.

358. Terræmotus Macedoniam, Pontum, & Aſiam concutit, Nicomediam ſubuertit, & 150. vrbes vexat. *Idatius*. Moritur S. Antonius annorum 105. *Hieron. in Chron.*

A.Æ.C.

361. Moritur Conſtantius Arianorum protector, eique ſuccedit Iulianus, qui publicè Chriſtianam Religionem eiurat. *Baronius*.

363. Iulianus Imperator, accepto vulnere lanceæ, in Perſide moritur, cui ſuccedit Iouinianus. *Baron.*

364. Moritur Iouinianus, ex vapore prunarum in cubiculo calce recens illito, ſuffocatus, & ab exercitu eligitur Valentinianus, qui Valentem Auguſtum nominat, eiq; Orientem cedit, ipſe in Occidentem pergens. *Ammianus*. *Sozomenus*.

365. Ingens terræmotus orbem totum concutit, & Alexandriæ naues ſuprà tecta domorum transfert. *Baron.*, *& Ricciol.*

367. Ualentinianus Gratianum filium Auguſtum nominat. Moritur Liberius Pp., cui ſuccedit Damaſus. Grando ingens petrarum in modum Bizantij decidit. *Zoſimus*, *Idatius*, *& Ammianus*.

369. Moritur S. Hilarius Epiſcopus Pictauienſis. S. Baſilius ordinatur Epiſcopus Ceſareæ. S. Ambroſius præficitur Inſubriæ, Æmiliæ, & Liguriæ. *Baronius*.

370. In Oriente ſæuit perſecutio Valentis contrà Catholicos. *Baronius*.

372. Moritur S. Hilarion annorum 80., & S. Athanaſius. Melania Ægyptum luſtrat. *S. Hieron.*

374. S. Ambroſius eligitur in Epiſcopum Mediolanenſem. Celebratur Concilium Valentinum in Gallia. *Baron.*

375. S. Martinus ordinatur Epiſcopus Turonenſis. Valentinianus moritur, cui ſuccedit Gratianus, & frater ipſius Valentinianus quadrimus filius Ualentiniani, & Iuſtinæ. *Foreſti*.

377. Valens Orthodoxos ab exilio reuocat, territus ob cladem à Gothis in Thracia acceptam. *Oroſius*.

378. S. Baſilius moritur, & paulò poſt S. Ephrem Syrus. Valens quoque in agreſti mapalio incenſus perit, prius ſagittâ percuſſus. Gothi precibus S. Acholij Epiſcopi Theſſalonicenſis à Macedonia fugantur ardenti peſtilentia. *Amian.*

Gra-

A.Æ.C.

379. Gratianus Theodoſium Orientis Imperatorem creat, qui Gothos è Thracia pellit. Longobardi ex Scandia egreſſi Vuandalos vincunt. *Baronius*.

381. Conſtantinopoli celebratur ſecundum Concilium Æcumenicum à 150. Epiſcopis, & Prouincialia Aquileienſe in Italia, Cæſarauguſtanum in Hiſpania, & anno ſequenti Romanum. *Baron.*

383. Maximus Gratianum interfici mandat. Theodoſius filium ſuum Arcadium Auguſtum nominat. Conſtantinopoli altera Synodus celebratur iuſsù Theodoſij ad conciliandos Hæreticos, ſi fieri poſſet. S. Urſula, & Sociæ martyrio coronantur. Roma fame vexatur. *Baronius*.

385. Mortuo Damaſo die 11. Decembris præcedentis, eligitur Siricius. In Concilio Prouinciali Burdegale celebrato damnatur Priſcilianus, & Vrbita illius diſcipula ibidem lapidatur. *Ricciolius. Proſper*.

386. Siricius Pp. Concilium conuocat Romæ 80. Epiſcopum. S. Hieronymus cum S. Paula Ægypti Monaſteria perluſtrant. S. Cyrillus Ieroſolymis moritur. S. Jo: Chriſoſtom. Præſbiter ordinatur. *Ricciolius*.

388. Theodoſius Antiochenis iratus placatur à Flauiano Epiſcopo. Maximo bellum indicit, eoque occiſo, Imperium Valentiniano reſtituit. S. Auguſtinus an. 34. baptizatur. *Ricciolius*.

389. Moritur S. Gregorius Nazianzenus, & S. Monica. S. Auguſtinus in Africam reuertitur, vbi vitam Eremiticam inſtituit. Longobardi primum Regem creant Agelmundum. *Ricciolius*.

390. Caput S. Io: Baptiſtæ ex vico Coſlai, vel Chalcedone Conſtantinopolim defertur. Theodoſius ob cædem Theſſalonicæ factam ſacris à S. Ambroſio excluditur, quarè pænitentiam agit, & legem fert, vt latæ ſententiæ executio ad dies 30. differatur. Iouinianus Hæreſiarca à Siricio Pp. excomunicatur. *Baronius*.

Y 3

A.Æ.C.

392. Valentinianus iunior, ſiuè ſecundus inuentus eſt in Palatio præfocatus. *Zoſimus*. *Epiph.*

394. Theodoſius inſignem de Hæreticis victoriam reportat ſub auſpicijs S. Crucis. Nonnullę Regiones Europę terræmotû concuſſæ ſunt. S. Paulinus cum vxore ſęculo renuntiant. *Baronius*.

395. Moritur Theodoſius Magnus Mediolani, cui ſuccedit Arcadius in Oriente, & Honorius in Occidente. Florebant Claudianus, & Proba Falconia fæmina religioſiſſima ambo Poetæ. S. Auguſtinus ordinatur Epiſcopus. *Baronius*.

396. Conſtantinopoli terręmotu vexatur, & ſuper eum flamma pendere viſa eſt. *Auguſt. Marcellinus*.

397. S. Ambroſius moritur 4. Aprilis Sabbatho Sancto. S. Io: Chriſoſtomus eligitur in Patriarcam Conſtantinopolitanum, & die 26. Februarij anni ſequentis thronum conſcendit. *Baronius*.

398. Siricius Pp. moritur, cui ſuccedit Anaſtaſius. Gentiles iactantur hoc anno, qui eſt 365. à Miſſione Spiritus Sancti ſuper Apoſtolos, Religionē Chriſtianā perituram. *S. Aug. l. 18. de ciu. Dei. c. 53.* Maſceziles ex Senatus Conſulto pergit in Africam contra Gildonem fratrem Imperio infeſtiſſimum, ſed priùs nauigat in Caprariam Inſulam, indèque ſecum ducit nonnullos Monacos, vt pro eo orent, quarè cum ſolis 5. millibus pugnat contra 70. millia, & inſignem refert victoriam. *Baronius*. Concilium quartum Carthaginenſe. *Ricciolius*.

399. S. Io: Chriſoſtomus prohibet Clericis nè ſub ſpecie pietatis in domibus ſuis retineant Sacras Virgines, quas Sorores ſpirituales, & Agapetas vocabant. *Baronius*. Arcadius, & Honorius publico edicto iubent Idolorum Templa, vel dirui, vel in Dei honorem ſacrari. Honorius etiam decernit, nè ad Eccleſias confugientes extrahantur. *Baronius*.

400. Anaſtaſius Pp. Origeniſtas hęreticos declarat, & Theophylus Patriarca Alexandriæ illos à ſua Diæceſi expellit, inter

A.Æ.C.
400. inter quos fuere multi Monaci, qui Conſtantinopolim profecti, S. Io: Chriſoſtomum ſub ſpecie pietatis decipere conati ſunt. *Baronus*. Allaricus Uiſigothorum Rex, in Italiam ingreſſus, ab Honorio obtinet Gallias, & Hiſpanias. Arcadius aurea numiſmata cudi iubet. Eutropium Eunuchum creat Patritium, & Conſulem, & qui filios habere non poterat dictus eſt Pater Imperatoris. *Ath. Temp.*

SÆCVLUM QVINTVM.

401. S. Auguſtinus incipit ſcribere Libros de Ciuitate Dei. *Ricciolius*.

402. Theodoſius iunior filius Arcadij, anno præcedenti natus, creatur Auguſtus. Moritur Anaſtaſius Pp., cui ſuccedit Innocentius. Concilium Milleuitanum in Numidia celebratur. Moritur S. Martinus. *Baronius, ſed Ricciolius id ſignat anno præcedenti*.

403. Stilico apud Polentiam Ligurię vrbem inſignem refert de Allarico victoriam. *Baronius*. Operâ Theophili Patria Alexandrini Chalcedone conuocatur Conciliabulum dictum: ad Quærcum, in quo S. Io: Chriſoſtomus damnatur. *Baronius*.

404. Suadente Eudoxiâ, S. Io: Chriſoſtomus ab Imperatore Arcadio in exilium mittitur Cucuſſum. *Baronius*.

405. Pelagius Senex, & Vagabundus Monacus hoc anno Hæreſiarca detegitur. *Ricciolius*. Radagayſus Paganus, & Schyta cum 200. millibus, vel, vt volunt alij, cum 400. mill. in Italiam effuſus, victus eſt à Itilicone, eoque occiſo, Milites captiui vno aureo pro ſingulis diuenditi ſunt. *Baronius*. *Ricciolius hanc victoriam ſignat anno ſequenti*.

406. Vigilantij hęreſis detegitur. *Baronius*.

S. Io:

A.Æ.C.

407. S. Io: Chriſoſtomus moritur in Exilio, & cum hoc nuncium delatum eſt Conſtantinopolim ingens grando ibidem cecidit. Innocentius Pp. excomunicat Arcadium, & Eudoxiam, quæ tribus menſibus ab obitu S. Io: miserè periit. Celebratur Concilium Carthaginenſe. *Baronius.*

408. Moritur Arcadius, cui ſuccedit filius Theodoſius iunior octennis. Stilico, qui Rauennæ ad Eccleſiam confugerat, interimitur. Alani, Sueui, Vandali, Saxones, alijque barbari Gallias inuadunt profligatis Franchis. *Baronius.* Rutilius Poeta floret, qui ob hanc inuaſionem è patria deceſſit, & verſibus itinerarium conſcripſit.

409. Alaricus Gothorum Rex Romam inuadit, ſed Ciues à ſpolio, ſe redimunt ſolutis libris auri 5000., argenti 3000., veſtibus 4000., pellibus coccineis 3000., piperis libris 3000. Vandali, Alani, & Sueui Hiſpanias inuadũt mẽſibus Septembri, & Octobri. Melania Senior moritur. *Baron.*

410. Alaricus Attalum Imperatorem creat contrà Honorium, ſed paulò poſt illum deponit. Iterum Romam inuadit, eamque per triduum depopulatur, parcendo tamèn confugientibus ad Eccleſias, nec non veſtibus ſacris. Hęc fuit ſecunda Vrbis depopulatio, cum primam paſſa eſſet à Gallis anno Vrbis 362. Ruphinus Præsbiter Aquileienſis Origeniſta moritur. *Baron. Bernini t. 1.*

411. Alaricus dum exercitum in Siciliam traijcere tentat, apud Coſentiam in medio Baſſontij amnis moritur, eique ſuccedit Athaulphus, qui Placidiam Sororem Arcadij, & Honorij ducit in vxorem. *Baronius.* Uandali, & Sueui Galęciam occupant, Alani Luſitaniam, Silingi Bæticam. Pulcheria Soror Theodoſij Jmperium Orientis ſola adminiſtrat, & poſt tres annos Auguſta vocatur. *Theophanes.* Vallemontius vult Athaulphum fuiſſe primum Regem Viſigothum in Hiſpania.

412. Gothi ſub Rege Athaulpho Gallias inuadunt. Attalus in mari captus obtroncata manu, ab Honorio dimittitur. Iouinianus hæreticus in Inſulam Boam propè Dalmatiam rele-

A.Æ.C.

412. relegatur. Moritur Theophilus Patriarca Alexandrinus, cui ſuccedit S. Girillus. *Petauius*.

413. Heraclianus, dum cum claſſe 700. Nauium ad Vrbem pergit, à Marino Comite ad Vtricolim victus, fugit Carthaginem, vbi iuſsù Honorij occiditur. *Oroſius*. *Proſper*. *Idatius*.

414. Conſtantius Comes Gothos Narbonâ pellit in Hiſpaniam, & Claſſis maritima Gothorum in Gaditano freto tempeſtate perit. *Oroſius*.

415. Inuentio Reliquiarum S. Stephani Protomartiris. Noua perſecutio in Perſide contrà Chriſtianos excitatur. Gothi, vel, vt dicunt alij, Viſigothi migrant ex Hiſpania. Athaulphus eorum Rex, à ſuis vulneratus, moritur, & eius Regnum inuadit Vallia, qui Placidiam reſtituit, & bellum capeſſit contra Vandalos, & Alanos. *Idatius*. *Proſper*. *Baronius*.

416. Placidia Honorij Soror Conſtantio Comiti in vxorem datur. Vallia pacem ab Honorio petit. *Ricciolius*.

417. Moritur Innocentius Pp., cui ſuccedit Zozimus. Hic à Cæleſtio, & Pelagio deceptus, eos abſoluit. Alani à Gothis penè ſunt deleti. Hoc anno Paſcha ritè celebratum eſt ab Alexandrinis die 22. Aprilis, cum eſſet litera Dominicalis G., & Plenilunium die 17. h. 12. m. 24. Aprilis, & ideò in eius peruigilio miraculosè iuxtà ſolitum Baptiſteria repleta ſunt aquâ, ſed non ritè ab Occidentalibus die 25. Martij. *Baron. Ricciol. Coriol.* Idem error contigit anno 573. 580., & 664. *Ricciolius, & Bernini*.

418. Zozimus Pp., detectâ Pelagij fraude, illum damnat, deindè moritur, cui ſuccedit Bonifacius Romanus, Schiſmaticis Eulalium intrudentibus. *Baronius*.

419. Varijs Paleſtinę Vrbibus terręmotù colapſis, Dominus Ieſus ſuper Montem Oliueti apparet. *Marcellinus*. Moritùr Euſtochion S. Paulæ Romanæ filia. *Ricciolius*.

420. Moritur S. Hieronymus. Conſtantius Placidię Maritus aſſumitur Socius Imperij ab Honorio, ſed eodem anno Rauen-

A.Æ.C.

420. uennæ moritur. Franci Gallijs potiuntur, & primum Regem eligunt Pharamundum, qui auctor fuit legis Salicę fæminas à iure hęreditario excludentis. *Ath.*, *Temp.* *Uallemontius*.

421. Theodoſius Eudociam Leontij Philoſophi filiam in vxorem ducit, quæ anno ſequenti parit Eudoxiam filiam. *Marcellinus*. *Socrates*.

422. Eudocia Imperatrix ex Homeri carminibus poema conficit, quod Homero centones vocat, ad exemplum Probæ Falconiæ, quæ idem fecerat ex carminibus Virgilij. *Athl. Temp.*

423. Placidia ab Honorio fratre ob ſuſpicionem inuitatorum hoſtium pulſa, vnà cum filijs Ualentiniano, & Honorio pergit in Orientem. Honorius Imperator Rauennę moritur, & Ioannes olim ſcriba Imperium vſurpat. Theodoretus ex Monaco creatur Epiſcopus Cyri in Syria. Bonifacius Pp. moritur, cui ſuccedit Cæleſtinus Romanus, qui pſalmos ante Miſſam inſtituit. *Cortolanus, qui plura de pſalmodia refert*.

424. Theodoſius Placidiam Viduam, Conſtantis, & Honorij Sororem, Auguſtam nominat, eiuſque filium Valentinianum Cęſarem creat, eique deſpondet Eudoxiam filiam ſuam. Artaburius contrà Perſas miſſus, tanto pauore illos afficit, vt ad 10. millia in Euphratem ſe præcipitauerint. Acacius Amidæ Epiſcopus ſeptem millia Perſarum captiuorum, diſtractis Eccleſiæ vaſis, redimit, fouet, & in Perſidem remittit, quam pietatem Rex eſt admiratus. *Baronius*.

425. Placidia, & Valentinianus Tertius, Artaburij, & Aſparis auxilio, Joanne Rauennæ occiſo, recuperant Imperium, & Ualentinianus declaratur Imperator. Theodoſius dum aſſiſteret Ludis Circenſibus, audito hoc nuncio ſtatim ad Eccleſiam cum Populo ſe contulit gratias Deo acturus. *Ricciolius*. *Baronius*.

Gun-

A.Æ.C.

426. Gundericus Uuandalorum Rex, capta Hiſpali, dum manus in Eccleſiam extendit, à dæmone correptus moritur, cui ſuccedit Genſericus ex Catholico Arianus. *Ricciolius*.

427. Romani Pannonias, ab Vnnis annis 50. retentas, recuperant. Genſericus ex Hiſpania in Mauritaniam transfretat, & Africam inundat. *Ricciolius*.

428. S. Honoratus Abb. fundat Monaſterium Lirinenſe. *Athl. Temp.* Ferramundo Francorum Regi ſuccedit Clodius, qui à Vallemontio dicitur Clodionus.

429. Neſtorius ſcriptis hæreſim ſuam diſſeminat, cui Cirillus Alexandrinus humaniſſimè ſcribit, ille verò arrogantiſſimè reſcribit. *Ricciolius*. S. Germanus Epiſcopus Antiſiodorenſis à Cęleſtino Pp. miſſus ad Britannos, Pariſijs S. Geneueffam Virginem Deo conſecrat. *Baronius*. *Coriol.*

430. Celebrantur Concilia Romanum, & Alexandrinum contrà Neſtoriū Epiſcopū Conſtantinopolitanum hęreſiarcam, & hypocritam, de quo *vide Coriolanum*. Genſerico Vuandalorum Rege Africam vaſtante, & Hipponam obſidente, moritur S. Auguſtinus annos natus 76. *Ricciolius*.

431. Celebratur Concilium Epheſinum Generale tertium Præſidente S. Cirillo Alexandrino, in quo dannatur hæreſis Neſtorij, qui Epiſcopatu priuatur. Moritur S. Paulinus Epiſcopus Nolanus annorum 78. *Ricciolius*. *Coriol.*

432. Moritur Cæleſtinus Pp., cui ſuccedit Sixtus Tertius Vrſinus. *Coriolanus*.

433. Conſtantinopoli maxima Vrbis pars Septentrionalis triduano incendio conflagrat. Sixtus Pp. in ſomnis præmonitus Petrum Diaconum ordinat in Epiſcopum Rauennatem, qui poſteà dictus eſt Chriſologus. S. Proſper ſcribit contra Caſſianum. Sixtus Pp. à Baſſo accuſatur, ſed in Synodo abſoluitur, & Baſſus proſcribitur. *Ricciol.*, *Coriol.*

434. Vincentius Lirinenſis ſcribit volumen contrà Hæreticos anno tertio poſt Concilium Epheſinum. *Ricciol.* Rugila, vel Roa eligitur in Regem Vnnorum. *Hiſtoria de Cotborum Regno*.

Digitized by Google

A.Æ.C.

437. Genſericus Vuandalorum Rex in Africa Catholicus vexat; Incipit Cyclus Cirilli annorum 95. Valentinianus Eudoxiam ſibi iam deſponſatam, in vxorem ducit. *Baronius*.

438. S. Io: Chriſoſtomi Corpus Conſtantinopolim transfertur, & plura edit miracula. *Coriolanus*. Eudocia ob pomum Paulino donatum venit in ſuſpicionem Theodoſio Marito, qui eam Ieroſolymam ire cogit, & Paulinum necari iubet. *Cauſinus, & Ricciolius ad annum* 444.

439. Eudocia Ieroſolymam profecta à S. Iuuenali Epiſcopo accipit catenas, quibus S. Petrus vinctus fuerat, & earum alteram Romam mittit ad filiam Eudoxiam, alteram Conſtantinopolim vnà cum Corpore S. Stephani Protomartiris. Genſericus Carthaginem dolo capit, & in Catholicos ſæuit. *Baronius*.

440. Sixtus tertius, ſubſtituto feſto Vinculorum S. Petri feſtiuitati, quæ agæbatur, de Actiaca victoria, moritur, cui ſuccedit Leo Magnus. Genſericus Siciliam vexat. *Idatius*. *Proſper*.

441. Arauſicæ, quæ eſt vrbs Galliæ Narbonenſis celebratum eſt primum Concilium Auriſcanum 15. Epiſcoporum, inter quos Hilarius Arelatenſis, Eucherius Lugdunenſis, & Maximus Taurinenſis. *Baron. Coriol.*

442. Ualentinianus ſuaſu Matris Pulcheriæ pacem firmat cum Genſerico Vuandalorum Rege, qui tamen Catholicos vexare non deſtitit. Theodoſius Attilæ Hunnorum Regi perſoluit auri libras 6000., promittens ſoluere quot annis libras 1000. *Baron., & Ricciol. ad an.* 438.

444. Attila, cæſo Balda fratre, ſolus regnat ſuper Hunnos. *Ricciolius*.

445. Concilium Romanum ſecundum, in quo agitatur cauſa Hilarij Arelatenſis, qui fines ſuos exceſſarat. *Baronius, & Coriolanus, qui id diligenter enarrant*.

446. Ingens terræmotus orbem totum concutit, & pręcipuè Bizantium, ſed per triſagium: Sanctus Deus, S. Fortis, S. Im-

Digitized by Google

A.Æ.C.

446. S. Immortalis, liberatur. Eudocia à Theodoſio reuocatur ab exilio. *Bernini t. 1. f. 564. Gauſinus.* Pulcheria ab adminiſtratione Imperij Orientis ſe abdicat. *Baronius.*

448. Concilium primum Conſtantinopolitanum contrà Eutichem celebratur. Clodio defunćto, ſuccedit in Regno Francorum Mæroueus, à quo ſtirps Merouingia denominatur, quæ à Ferremundo ad Pipinum regnauit annos 331., à Meroueo autem annos 303. *Baron., Vallemontius.*

449. Celebratur pſeudo Concilium Epheſinum à Leone Pp. damnatum. Moritur S. Petrus Griſologus *Ricciolius.*

450. Theodoſius, obiurgata Eudocia vxore, & reuocata Pulcheria ſorore, moritur, cui ſuccedit in Imperio Marcianus Pulcheriæ Maritus, qui Æcumenicam Synodum indicit Nicææ, ſed celebratam Chalcedone aſſiſtente Jmperatore, & legatis S. Leonis Pp. cum 630. Epiſcopis. Alaricus ab Ætio Patritio incitatus, profligatis ad Danubium Attilæ copijs, moritur. *Baronius.* Theodoricus Viſigothorum Rex in Hiſpania ab Attila vincitur in Campis Cathalaunicis, & in eo prælio periere pluſquam 300. millia hominum. *Ricciolius in indice Regum Hiſpaniç.* Florentia anno à ſui fundatione 520. a Totila deſtruitur. *Ex Villani Ricciolius*, ſed errat nam Totila viuebat anno 550.

Fames dira Italiam vexat. *Baronius.*

451. Die 8. Oćtobris celebratur Concilium Calcedonenſe, in quo damnatur Dioſcorus. Attila Galliam deuaſtat ſed ab Ætio, & Theodorico Viſigothorum Rege profligatur in Campis Cathalaunicis. *Ricciolius cum alijs.*

452. Attila Italiam vaſtat, ſed ſuaſu S. Leonis Pp recedit in Galliam, & poſt duas clades à Thoriſmundo, & ab Ætio acceptas, pacem cum Romanis init, & ad ſua reuertitur. *Marcellinus. Idatius.*

454. Ualentinianus Ætium propriâ manu interficit, nec non Boetium morti damnat, & ex hoc tempore Imperium Occidentis in deterius ruit. Poſt famem peſtis ſubſequi-

A.Æ C.

454. quitur, *Baronius*. Attila Hunnorum Rex inebriatus moritur. *Idatius*. *Marcellinus*.

455. Maximus Patritius Valentinianum occidit, & Eudoxiam Imperatricem ſtuprat, quæ Genſericum Vuandalorum Regem ex Africa vocat. Maximus fugiens, à ſuis occiditur. Auitus ab exercitu Toloſæ acclamatur Imperator, & Romæ recipitur. Genſericus vrbem Romam depopulatur, & quidquid ibi erat prætioſum in Africam transfert, ſed omnis Gaza, vel, vt volunt alij, ſola nauis, quæ ſtatuas ferebat à mari abſorbetur, *Baron.* Hæc fuit tertia depopulatio Romanæ vrbis.

456. Genſericus Catholicos in Africa vexat. Theodoricus Gothorum Rex Richiarium ſuperat. Mortuo Merouco Gallorum Rege ſuccedit Childericus eius filius. *Uallemont.*

457. Marcianus Imperator moritur, cui ſuccedit Leo 1. Huius opera Maioranus Rauennæ eligitur in Jmperatorem occidentis, cui Auitus Jmperium cedit, & fit Epiſcopus Placentiæ. *Baronius*.

458. Franci Childericum ob luxuriam eijciunt, & Ægidio Comiti Romano adhærent. *Vallemontius*.

461. Moritur S. Simeon Stylita, & S. Leo Pp. cui ſuccedit Hilarius Sardus. Bizantium horribili incendio vexatur. Seuerus Arianus, occiſo Maiorano, Imperium vſurpat. *Baron. Uallemontius*.

462. Antiochia Iſauriæ hiatu terræ mergitur, ſaluis tantum aliquot pijs. *Idatius*.

463. Victorinus Aquitanus rogatu Hilarij Pp. Cyclum Paſchalem an. 532. ædit. *Gennadius*.

465. Franci Childericum Regem reuocant, qui Ægidium fugat. *Vallemontius*. Seuerus Jmperator occiditur, & eſt Interregnum annorum 2. *Baron.*, & *Vallemont.*

466. Euariſtus, interfecto Theodorico fratre, ſuccedit in Regno Gothorum, ſeù Viſigothorum, & Hiſpanias, Galliaſque deuaſtat. *Ricciol*, *ſed Baron. id ſignat anno* 464.

Hi-

Digitized by Google

A Æ.C.

467. Hilarius Pp. moritur, cui ſuccedit Simplicius Tiburtinus. Anthemius eligitur Jmperator Occidentis, agente Leone Orientis Jmperatore. *Baron. Vallemontius.*

468. Leo claſſem 1100. nauium, & 100. millia hominum contrà Vandalos parat, ſed culpâ Baſiliſci Ducis omnes pereunt. *Baronius.* Exercitus Catholicus Denzicem Attilæ filium Hunnorum Regem ſuperat, eo occiſo, ideoq; hoc anno finem habet Scytarum, ſiuè Hunnorum Regnum. Leo Aſparis filium Cæſarem creat. *Ricciol.*

471. Anthemius Imperator Romæ occiditur, cui ſuccedit Olybrius dictus Anicius. Mons Ueſuuius, verſo in noctem die, Europam minuto puluere oplet Bizantium vſque, & anno ſequenti vſque Tripolim. *Baron. Caſſiodorus.*

473. Mortuo Olybrio menſe ſeptimo ſui Imperij Rauennæ, eligitur in Imperatorem Glycerius. Theodomirus Oſtrogotorum Rex moritur, cui ſuccedit filius Theodoricus. *Marcellinus.*

474. Leo Imperator Orientis moritur, cui ſuccedit Leo ſecundus Zenonis filius, & nepos ſenioris. Zeno Cæſar conſtituitur, & poſt 10. menſes, mortuo filio, ipſe Imperator acclamatur. *Cedrenus.* Iulius Nepos Glycerium à ſede expellit, cumque in Epiſcopum Salonitanum ordinari curat, ipſe verò Imperium adminiſtrat. *Baronius.*

475. Baſiliſcus frater Verinæ Imperatricis vxoris Leonis, fugato Zenone, acclamatur Imperator in Oriente. Oreſtes in Occidente Iulium Nepotem è throno eijcit, & Momilium filium ſuum Imperatorem creat, quem Auguſtum vocat, ſed per contemptum dictus eſt Auguſtulus, hic fuit vltimus Imperator Occidentis ab Auguſto. *Baronius, Vallemontius.*

476. Zeno Baſiliſcum è throno Orientis eijcit, & in Capadociam relegat. Odoacer Erulorum Rex Romam capit, & diripit, quæ quarta fuit Vrbis direptio, occiſo Oreſte, Auguſtulum in Luculanum relegat, & finē habet Romanum Imperium, quod in Auguſto cæpit, & in Auguſtulum

A.Æ.C.

476. ſijt. *Baronius*. Ab hoc anno Italia fuit ſub Regibus vſque ad annum 800. cum Carolus M. dictus eſt Imperator Occidentis.

Aduertendum hoc tempore nullum fuiſſe Principem Catholicum, nam Zeno erat Hæreticus Eutychianus. In Africa Hunnericus erat Arianus. In Hiſpania Gothi, ſiuè Viſigothi Ariani. In Italia Odoacer Arianus. In Gallia alij Ariani, alij Idololatræ, ſicut in alijs orbis partibus.

480. Conſtantinopoli per dies 40. terræmotu concutitur. *Marcellinus*. Naſcitur S. Benedictus. *Leo Oſtienſis*.

483. Moritur Simplicius Pp., cui ſuccedit Felix ſecundus, dictus tertius. Moritur etiam S. Sidonius Apollinaris Aruernenſis Epiſcopus, *de quo plura habet Baronius*.

484. Hunnericus Vuandalorum Rex in Africa Catolicos perſequitur, ſed à vermibus corroſus moritur, cui ſuccedit Gondabundus. Moritur etiam Euarix Uiſigotorum Rex in Gallia, cui ſuccedit Alaricus, & Childericus, cui ſuccedit Clodoueus. *Baronius, ſed Vallemontius. Childerici mortem ſignat anno* 481.

485. Jnuentio Corporis S. Barnabæ in Cypro. *Baronius*.

490. Theodoricus Gothorum, ſiue Oſtrogotorum Rex, Zenone Jmperatore conſentiente, occupat Italiam, Odoacrem in Veronæ Campis victum fugat, & Romam diripit. Hæc fuit 5. direptio. *Vallemontius*.

491. Zeno Jmperator Orientis moritur, priùs ſepultus, quam extinctus, cui ſuccedit Anaſtaſius Silentiarius. *Theophanes*. Moritur etiam S. Patritius Hiberniæ Epiſcopus annorum 132. *Probus, ſed Marianus dat illi an.* 82.

492. Moritur S. Felix Pp. Attauus S. Gregorij M., cui ſuccedit Gelaſius. Anaſtaſius libertatem ſectarum permittit, & Longinum Zenonis fratrem cogit ad Sacerdotium. *Ricciol.* Theodoricus fundat Regnum Italiæ.

493. Theodoricus Odoacrem occidit, & Audeflendam, Chlodouci Sororem in Vxorem ducit. *Caſſiodorus*. Apparitio

S.

A.Æ.C.

493. S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano. *Sigebertus*.

494. Multæ vrbes Orientis terræmotu corruunt. *Marcellinus*. Cum Gundebaldus Burgundorum Rex Liguriam vltrà Montes, & Emiliam deuaſtaſſet, multos inde captiuos deportans, Laurentius Epiſcopus Mediolanenſis, & Epiphanius Epiſcopus Ticinenſis Rauennam ad Theodoricum pergunt, vt eos in libertatem reſtitui conetur. *M.S.* ex quo patet falſum eſſe, quod ait Ricciolius, videlicet, quod Theodoricus eſſet contrà Ligures iratus, eò quòd Herulorum eſſent fautores.

495. Gundabundo Uuandalorum Regi mortuo, ſuccedit Thraſamundus mitior in Catholicos. Clodoueus Francorum Rex Chlotildis vxoris ſuasu fidem Chriſti amplectitur, & baptizatur à S. Remigio. Solus hic eo tempore erat Princeps Catholicus. *Uallemoutius*.

496. Mortuo Gelaſio Pp., ſuccedit Anaſtaſius ſecundus. *Ricciolius*.

498. Mortuo Anaſtaſio eligitur Symmacus Sardus, ſed Schiſmatici intrudunt Laurentium, qui à Synodo deponitur factus Epiſcopus Nuceriæ. *Theophanes*.

499. Bulgari ex partibus ſeptentrionalibus egreſſi Thraciam depopulantur, cæſis 4. millibus Romanorum, & Imperator Anaſtaſius pacem auro redimit. Pontus terræmotu concutitur, & Neocæſarea magna ex parte collabitur, ſtante tamen Templo, in quo ſeruabantur Reliquiæ S. Gregorij Thaumaturgi. *Baronius, qui Clodouei baptiſmum ponit hoc anno*.

500. Theodoricus Romam venit ad tollendum Shiſma, & licèt Gothus, & Arianus, ſe tamen Romanę Eccleſiæ benemeritum profert. *Baronius*.

Digitized by Google

SÆCVLVM SEXTVM.

A.Æ.C.

502. Romæ Synodus congregatur, in qua Laurentius deponitur, & Simmacus abſoluitur. Bulgari Italiam inuadunt, ſed à Theodorico fugantur, qui Pannoniam recuperat. *Baron.*

504. Simmacus Concilium Romæ celebrat, in quo anatematizantur retinentes bona Eccleſiaſtica etiam titulo regalis munificentiæ, cui decreto Theodoricus, licet Arianus ſubſcribit. Sanctus Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis vnà cum alijs Epiſcopis à Thraſamundo Vuandalum Rege relegatur in Sardiniam, vbi defertur etiam corpus S. Auguſtini vnà cnm Mitra, baculo, alijſque reliquijs. *Baronius.*

507. Chlodoueus Alaricum Viſigothorum Regem propè Pictauium acie ſuperat, & ſua manu occidit, cui ſuccedit Geſalaricus. S. Geneuieſſa 80. annorum, & amplius moritur. Baron. *Uallemontius.*

510. Mortuo Chlodoueo, quatuor eius filij inter ſe Regnum diuidunt, & Childerico Pariſium contigit. *Ricciolius; ſed Vallettus id ſignat anno* 511., *&* Baronius *anno* 514.

511. Alaricus iunior filius Alarici Viſigothorum Regis, qui occiſus fuerat à Chlodouæo ducit in vxorem Chlotildem filiam eiuſdem Clodouei. *Greg. Turon.* Anaſtaſius in Oriente Catholicos, & præcipuè Monacos perſequitur. *Ricciolius.*

514. Simmacus Pp. moritur, qui ſex Synodos Romæ congregauerat ad ſedandum Schiſma, quod, & obtinuit, eiq; ſuccedit Hormiſda. *Baron. Coriol.*

518. Anaſtaſius Jmperator fulmine ictus perit, cui ſuccedit Iuſtinus ex humili genere, & in carcere detentus. Hic pacem dat Eccleſiæ Orientali. *Baron.*

519. Hoc anno Caſſiodorus, qui fuit Theodorico à ſecretis, terminat ſuum Chronicum. *Ricciolius.*

Cer-

A.Æ.C.

520. Cerdinus ex Germania oriundus eligitur in primum Regem Angliæ. *Vallemontius*.

522. Thraſamundo Vuandalorum Regi mortuo, ſuccedit Hildericus, qui Catholicis fauet, & Epiſcopos ab exilio reuocat. *Baronius*. *Bernini t. 2. f.* 27.

525. Cum Iuſtinus Imperator Eccleſias Arianorum Catholico ritu conſecrari iuſſiſſet, Theodoricus Italiæ Rex ad eum mittit S. Ioannem Pp., qui Hormiſdæ ſucceſſerat, vt à perſequendis Arianis deſiſtat, qui in itinere multa patrat miracula, & à Iuſtino cum veneratione excipitur. Incendium, & terræmotus plures homines, & domos abſumit. Priſcianus Cæſarienſis Grammaticam Conſtantinopoli docet. *Marcellinus*, *& Caſſiod.*

526 S. Io: Pp. iuſſu Theodorici Rauennę in carcerem truditur, vbi moritur, martyr ideò dictus. In eius locum idem Theodoricus eligi mandat Felicem, alioquim pium. Symmacus, & Boetius eius Gener ab eodem Theodorico fuerant Papiæ morte damnati tres ante annos, ſed impius ſcelerum ſuorum pænas luit animam exhalans, quam Eræmita vidit in Inſula Lippari inter Io:, & Symacum in ardentem fornacem immitti. Theodorico ſuccedit in Regno eius Nepos ex filia Amalaſuntha, Attalius, ſiuè Attalaricus octennis. Dionyſius exiguus floret, qui Ærę Chriſtianæ auctor fuit, & ſuam periodum annorum 95. ab hoc anno incępit. *Baronius*.

527. Juſtinus Juſtinianum conſanguineum Imperatorem creat, & paulò poſt moritur. Iuſtinianus ſe munificentiſſimum in Eccleſias, & populum exhibet. *Euagrius*. *Cedrenus*.

528. Antiochia iterum terræmotu concutitur attritis 4870. Ciuibus, reliquis diſperſis. *Cedrenus*.

529. Moritur S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis. Belizarius à Iuſtiniano mittitur contrà Perſas, de quibus multas refert victorias. Iuſtinianus mandat publicari ſuum Codicem legum à peritiſſimis Iureconſultis compillatum, & poſt annos 4. publicat Digeſtum. *Procopius*. Aduerten-

A.Æ.C.
529. tendum autem Jmperio Romano leges fuiſſe datas priùs ab Alexandro Seuero, qui vſus eſt conſilio Uulpiani viri nequiſſimi anno 225., deindè à Juſtiniano per Tribonianum virum auariſſimum, quod notauit etiam Boronius. S. Benedictus Sublaco pergit ad Montem Caſſinum. *Sigebertus*.

530. Mortuo S. Felice Pp. eligitur Bonifacius. *Baronius*.

531. Bonifacio Pp. mortuo, ſuccedit Ioannes ſecundus. Chlotildis ſoror Childerici Francorum Regis iuſſu viri ſui Amalarici Viſigotorum Regis in Hiſpania morti damnatur, ſed illa mittens fratri ſudarium proprio ſanguine conſperſum, ab eo Amalaricus occiditur, cui ſuccedit Theodis. S. Saba moritur. *Baronius*.

532. Hoc anno cæptum eſt ſignari ſcripturas Æra Chriſti in Jtalia ex Vallemontio, licèt alij velint anno 590. quos ſequuti ſunt Belgę an. 620., Galli an. 780., Hiſpani verò an. 1383., & paulò poſt ipſos Luſitani.

533. Belizarius bellum contrà Vandalos in Africa ſuſcipit, & poſt obſidionem Carthaginem capit, & Gilimerus tyramnus, qui Hildericum Regem expulerat, fugit in montes, vbi à Duce Belizarij captus, ad eum ducitur. Attalaricus Oſtrogotorum Rex Romæ Caſſiodorum Senatorem creat Præfectum Prætorij. *Baronius*. Seditio magna commota eſt Conſtantinopoli, in qua 30. millia hominum periere & Templum S. Sophiæ à Conſtantino erectum, & à Conſtantio dicatum exuſtum eſt, ſed poſtea an. 557. à Iuſtiniano fuit reparatum. *Athl. Temp.*

534. Belizarius Conſtantinopoli ducit in triumphum Gilimerum anno præterito captum, & finem habet Regnum Vuandalorum. Moritur Attalaricus Oſtrogotorum Rex, cui ſuccedit Theodatus Nepos Theodorici operâ Amalaſunthæ, eſtò ingratus eam carceri mancipauerit in Inſula lacus Voliſinienſis vulgò *di Bolſenna*, & deindè etiam morti damnauerit. *Baron.*

Mor-

A. Æ.C.

535. Mortuo Io: Pp., eligitur Agapitus Romanus, qui ſcholas Theologię Romæ inſtituit. Belizarius hoc anno Conſulatum init, & Siciliam inuadit, cum Iuſtinianus contrà Gothos bellum paraſſet. Io: Grammaticus Tritheitarum hæreſis inuentor hoc anno dignoſcitur. *Baron.*

536. Agapitus Pp. Conſtantinopolim pergit ad diſſuadendum Iuſtiniano bellum contrà Theodatum, ibique, negotio infecto, moritur, quare operâ Theodati Romæ eligitur Siluerius, & Conſtantinopoli, opera Theodoræ Auguſtæ hęreticæ, Vigilius. *Baron.*

537. Uitiges eligitur in Regem à Gothis, occiſo Theodato. Belizarius potitur Neapoli, & deindè Româ inuitatus à Ciuibus. *Baron.*

538. Uitiges cum 150. hominum millibus Romam per annum integrum obſidet, nullum inferens damnum Eccleſijs SS. Petri, & Pauli poſitis extrà vrbem. Belizarius Siluerium Pp. relegat in Græciam, vel, vt volunt alij, in Inſulam Pontiam, ſeu Palmariam illi vicinam, & in Pontificatu ſubſtituit Uigilium, ſic mandante Theodora Auguſta. Baron.

539. Uitiges, relictâ Romanâ obſidione, Mediolanum pergit, quod ſolo ęquat, 30. millia virorum occiſis, mulieribus verò donatis Burgundis. Unni, tranſmiſſo Iſtro, ter Europam deuaſtant. Fames maxima Italiam vexat, ità vt in Liguria multæ Matres filios vorauerint. *Baron.*

540. Moritur Siluerius martyrio coronatus, cui ſubſtituitur Vigilius, qui iam ſe à Pontificatu abdicauerat. Coſthoes Perſarum Rex Syriam deuaſtat, & Antiochiam incendit occiſis Ciuibus, ſolâ maiori Eccleſiâ intactâ, ſed ornamentis ſpoliatâ. Iuſtinianus pacem ab eo redimit ſolutis 50. millibus aureorum, & totidem annuis promiſſis. *Baron.*

541. Belizarius, capta Rauenna, & Uitige Gothorum Rege, Bizantium reuocatur. Gothi eligunt in Regem Theodibaldum. Martyrium SS. Placidi, & Sociorum. *Baron.*

Gothi,

A. Æ. C.

542. Gothi, occiſo Theodibaldo, eligunt in Regem Ararium; quem etiam paucis poſt menſibus necant, & eligunt Totilam, qui bis Romanos ſuperat apud Fauentiam, & Florentiam. Childericus, & Clotarius fratres ſuperant Theodem Uiſigotorum Regem. *Ricciolius*.

543. Totila plures Italię vrbes diripit, & cum S. Benedicto alloquitur. Hoc anno mortuum S. Benedictum probabilius eſt, ſi verum eſt obijſſe in Sabbatho, erat enim Lit. Dom. D. contrà Ricciolium.

544. Dira peſtis in Oriente graſſatur, immiſſa per Angelos malos. *Raronius*.

545. Coſrhoes Edeſſam oppugnat, ſed fruſtrà, vtpotè munitam Immagine Saluatoris ad Abagarum miſsâ; *Procopius*.

547. Totila Romam obſidet, & expugnatam diripit. Hæc fuit ſexta Vrbis direptio. Vigilius Papa Conſtantinopolim pergit vocatus à Iuſtiniano, & ibi Theodoram Auguſtam excomunicat. *Ricciol.*

548. In Hiſpania, Theudâ Rege occiſo, ſuccedit Theodegilus Arianus, qui poſt menſes 19. à coniuratis confoſſus eſt, & eligitur Aguil. *Iſidorus*.

551. Contentio de tribus capitulis à Iuſtiniano damnatis, & à Vigilio defenſis, de quibus vide Baronium, & Coriolanum. Totila iterum Roma potitur.

552. Gothi Corſicam, & Sardiniam occupant. Juſtinianus cum Vigilio reconciliatur, & indicitur Generale Concilium Conſtantinopoli, quod dictum eſt quinta Synodus. *Baronius*.

553. Narſes Eunucus cum Belizario ingentem Totilæ exercitum delet, eo occiſo anno 10. Regni ſui, vt ei S. Benedictus prædixerat. Romam, aliaſque Jtaliæ Vrbes recuperant. A Gothis Theias in Regem eligitur, ſed paulò poſt occiditur, quarè hoc anno finem habet Regnum Gothorum, ſiuè Oſtrogothorum. *Baronius*. Terræmotus Bizantium, Alexandriam, aliaſque Vrbes concutit, & Beritum ſolo æquat. *Agathias*.

Mor-

A.Æ.C.

555. Mortuo Vigilio Pp., eligitur Pelagius, qui Clerum ad recitandas horas canonicas in Choro obligauit, & deindè Pelagius Secundus hoc onus etiam ad ſingulos Clericos extrà Chorum extendit anno 580. *Athl. Temp.* A 3. millibus Perſarum in Cholchi fugata ſunt 50. millia Romanorum. *Agathias.*

556. Iuſtinus Iuſtiniani Dux in Cholchis cum ſolis 1000. militibus Perſas ſuperat. *Baronius.*

557. Ingens terręmotus Bizantium concutit, & nonnullas ædes ſolo æquat, aliquibus nebulonibus prædicantibus mundi finem aduenire, quarè populus pœnitentiam egit. *Baronius.*

558. Conſtantinopoli peſtis dira ſæuit. Zeberta Unnorum Rex Thraciam depopulatur, contrà quem mittitur Belizarius iam Senex, qui hoſtes in patriam redire cogit. *Baronius.* S. Rudegunda Clotarij Sueſſionenſis Regis vxor, Marito permittente, Monaſticam vitam profitetur in Abbatia S. Crucis Pictauienſis. *Athl. Temp.* Moritur Childebertus Rex Pariſiorum non relicta prole maſculina, & Clotarius ipſius frater vi legis Salicæ ei ſuccedit in Regno (Hoc eſt primum exemplum legis Salicę in fauorem prolis maſculinæ) & Monarchia Galliarum in vnum coiuit. *Uallemontius.*

559. Moritur Pelagius Pp., cui ſuccedit Ioannes Tertius cognomento Caſtellinus. In Pariſienſi Concilio anathemate feriuntur Regij Miniſtri, qui manus in bona Eccleſiaſtica inijcere tentauerant. *Greg. Turon.*

560. Theodemirus Galleciæ Rex in Hiſpania Catholicam Religionem profitetur. *Baronius.*

561. Belizarius bonis expoliatur, & excæcatus mendicare cogitur. *Baronius.* Clotarius, cum anno præcedenti Chrannum filium à ſe rebellantem in ruſticano mapali vnà cum vxore, & filijs comburi iuſſiſſet, pænitens moritur. Succedit in Regno Pariſienſi Cherebertus, alijque tres fratres in alijs Regnis. Hoc pacto diuiſa eſt altera vice Monarchia. *Uallemontius.*

Caſ-

A ÆC.

562. Caſſiodorus annum agens 93. in Monaſterio à ſe conſtructo apud Syllacum ſcribit hoc anno de computo Paſchali. *Ricciolius*. & *Baronius*, addit ſcripſiſſe etiam de modis inueniendi Indictionem, quã hoc anno ſignat decimã.

563. Iuſtinianus Jmperator in hæreſim labitur, eique ſe opponit Anaſtaſius Synaitas Epiſcopus Antiochenus. *Ricciolius*.

564. Iuſtinus Catholicos perſequitur. *Baronius*.

565. Moritur Iuſtinianus Imperator, de cuius ęterna ſalute dubitatur, eique ſuccedit Iuſtinus illius Nepos. Inguinaria peſtis in Liguria exorta, Italiam, Galliam, & partes Septemtrionales vexat, præcedentibus nonnullis ſignis in domibus, & veſtibus, quæ ablui non poterant, & multi ob Sanctorum intercesſionem liberantur S. Columbanus Abb. Pictones in parte Septemtrionali Britaniæ conuertit ad fidem, ibique multa Monaſteria ædificat. *Baronius*.

567. Narſes Eunucus, & Dux Iuſtini Imperatoris, ab eo, & à Sophia Auguſta contemptus, vocat ex Pannonia Longobardos, qui 40. ante annos ex Scandinauia fuerant egreſſi. *Anaſtaſius*.

568. Athanagildo Viſigothorum Rege mortuo, ſuccedit Liuba, & filię Athanagildis nuptui dantur Chilperico Suetionenſi, & Sigiberto Auſtraſiæ Regibus, ideò firmatur pax inter Viſigotos, & Francos. *Fortunatus*. Alboinus Longobardorum Rex die 1., vel 2. Aprilis in Italiam veniens Regnum ibi firmat. *Baronius*. *Vallemontius*.

569. Mortuo Theodomiro Sueuorum in Gallacia Rege, ſuccedit Ariamirus filius, etiam ipſe Catholicus. *Baronius*. Alboinus Liguriam expugnat captis vrbibus maritimis; Mediolano potitur, & Ticinum per triennium obſidet. Liuba Leouigildo fratri cædit Hiſpaniam contentus ipſe Gallia Narbonenſi, & anno ſequenti moritur. *Ricciolius*.

571. Alboinus, expugnato Ticino, tota Jtalia potitur excepta Roma, & Rauenna. Cum eſſet Veronæ in conuiuio Roſemundam vxorem inuitat ad bibendum in poculo ex

Cal-

A.Æ.C.

571. Caluaria Chunicmundi eius Patris ab eo occiſi, quare, eiuſdem vxoris inſidijs, occiſus eſt; ipſa verò *Rauennæ*, vbi confugerat ad Longinum Exarcum, venenum bibere cogitur, & Alboino ſuccedit in *R*egno Longobardorum Clephem. *Baronius, & Uallemontius*.

572. Mortuo Io: Tertio Pp., eligitur poſt menſes 10., & dies 3. Benedictus. Chereberto Pariſiorum *R*ege mortuo excomunicato, & ſine prole maſculina, ſuccedit Chilpericus frater. Berta Chereberti filia nubit Etelberto Cantuariæ Regi, eumque ſuadet ad amplectendam Catholicam fidem. *Uallemontius*.

573. Clephis Longobardorum *R*ege necato, ſequitur interregnum 10. annorum. Hiſpani hoc anno celebrarunt Paſcha die 21. Martij non rectè, & Galli die 18. Aprilis rectè. *Ricciolius*. Sed aduertendum hoc non potuiſſe accidere hoc anno, in quo erat Litera Dominicalis A. non C. *Vide ſupra anno* 417., *& t.* 1. *Bernini f.* 105. *vbi plura ad hoc refert*.

577. Mortuo Benedicto Pp., ſuccedit Pelagius ſecundus. Florebat Venantius Fortunatus. *Baronius*.

578. Moritur Iuſtinus Imperator, cui ſuccedit Tiberius, qui Sophiam Auguſtam in ordinem redigit, & prædeceſſoris theſauros in pauperes diſtribuit, ſed dum Crucem in pauimento poſitam iubet eleuari, ibidem theſaurum inuenit. *Greg. Turonenſis*. Fredegunda Chilperici vxor Sigibertum Cognatum à Sicarijs occidi iubet. *Baronius vbi plura de ea*.

579. Tiberius Imperator Coſrhoem Perſarum Regem ſuperat, qui legem fert ne Reges Perſarum contrà *R*omanos bellum inferant. *Baronius*.

581. Viuebat apud Niceam S. Hoſpitius Confeſſor egregiæ abſtinentię Uir. *Paulus Diaconus, & Baronius*.

582. Tiberius moritur, cui ſuccedit in Imperio Mauritius. In Synodo Matiſconenſi ſtatuitur ieiunium Aduentus Domini. *Ricciol.* Lingua Latina ceſſat eſſe communis in Occidente. *Vallemont.*

Oo In

A.Æ C.

584. In Hiſpania Leouigildus Rex Arianus Catholicos perſequitur, & filium Hermenegildum morti damnat. *Baronius id ſignat anno* 588.*, ſed Ricciolius hoc anno*. Dira peſtis Galliam, & præcipuè Pariſios deſolatur. *Uallemontius*.

585. Longobardi poſt decennium Interregni eligunt in Regem Antharit, addito Flauij pronomine. *Baronius*, qui etiam ſignat victoriam de Perſis reportatam per Imaginem Saluatoris ad Abagarum miſſam.

586. Mortuo Eutychio Conſtantinopolitano Patriarca, in eius locum ſuffectus eſt Ioãnes Monachus dictus Ieiunator, ſed Hipocrita. *Ricciolius*.

587. Chilperico Galliæ Rege defuncto, ſuccedit Chlotarius ſecundus eius filius ſub tutela Fredegundæ Matris, cuius ſcelera narrat. *Uallemontius, & Baronius*.

589. Claudius Luſitaniæ Dux Gothus cum 300. ſolis Militibus Francorum 60. millia in fugam conuertit, maximâ eorum parte trucidata. *Baronius*, qui etiam narrat Tiberis, & Adeſis prodigioſam inundationem, & miraculum à S. Zenone patratum. Concilium tertium Toletanum.

590. Moritur Pelagius ſecundus Pp., cui ſuccedit S. Gregorius Magnus, graſſante in Italia peſte inguinaria. Moritur Leouigildus Rex, cui ſuccedit Recaredus, moritur etiam Antharit Longobardorum Rex, cui ſubſtituitur Agilulphus. *Baronius*.

591. Agilulphus Catholicam fidem amplectitur, & cum eo tota gens Longobarda operâ Theodelindæ Vxoris, quo pacto idem acciderat Chlodoueo opera Chlotildis, Hermenegildo opera Ingundis filiæ Regis Francorum, & Eidelberto Cantuariæ Regi opera Bertæ Vxoris. *Baronius*.

593. S. Gregorius Mauritium redarguit de lege lata: ne quis, inexpleta militia, Monachus fieret. *Baronius*.

596. S. Gregorius mittit Concionatores in Britanniam ad Eidelbertum Regem, qui opera Bertæ Vxoris Catholicam Religionem fuerat amplexus. *Baronius*.

Sclauis

A.Æ.C.

600. Sclauis Venetam Prouinciam ingreſſis, Chaianus Auarum Rex Forum Julij comburit opera Romildæ, quę Regis nuptias optabat, ſed ab eo morti damnatur. Deindè Thraciam inuadit, multiſque captiuis factis exhibet Mauritio, vt eos redimat ſolutis quatuor ſiliquis pro ſingulis, quod facere recuſat Imperator, & ideò omnes morti damnat. *Baronius*.

SÆCULVM SEPTIMVM.

602. MAuritius Imperator cum omnibus filijs, & proceribus ei adhærentibus occiditur à Phoca Centurione, qui coronatur Imperator, & Leontia eius Uxor Auguſta dicitur. Huic ſcribit S. Gregorius Magnus, qui eodem tempore ritum colendi Sabathum aufert. *Baron.*

604. Moritur S. Gregorius M., cui ſubſtituitur Sabinianus, qui S. Gregorio infenſus, parum abfuit quin eius ſcripta igni traderet. Auarus in pauperes à S. Gregorio ei apparente quatèr exprobatur. Coſrhoes, prætextu vlciſcendi mortem Mauritij, Imperium inuadit, & multas Prouincias deſolatur. *Baronius*.

606. Mortuo Sabiniano, eligitur Bonifacius Tertius, qui poſt celebratum Concilium, moritur, eique ſubſtituitur Bonifacius Quartus, qui Pantheon in honorem Deiparæ conſecrat. *Ricciolius*.

610. Heraclius Phocam occidit, & Jmperator acclamatur. Io: Eleemoſinarius fit Patriarcha Alexandriæ. S. Petrus Apoſtolus conſecrat Eccleſiam ſuo nomini dicatam propè Londinum. *Ricciolius*. *Beda*. *Surius*.

613. S. Columbanus Abb. ex Gallia Brunighildis opera eiectus, in Italiam veniens, conſtruit Monaſterium Bobienſe. Viuebant eodem tempore in Gallia Bruneghildes, & Fridegbilda impiæ fæminæ. *Ricciolius*. *Vallemontius*.

Digitized by Google

A.Æ.C.

614. Bonifacio Quarto ſuccedit Deusdedit, ſiuè Deodatus, & Childeberto Francorum Regi Clotarius ſecundus, qui Bruneghildem decem Regum interfectricem occidi iubet. *Vallemontius*. Coſrhoes, Jeroſolyma capta, Zacariam Patriarcam, & S. Crucem in Perſidem abducit. *Baroni. t.* 2. Iudæi in Hiſpania, vi, & pænis ad Chriſtianam Religionem profitendam coguntur à Siſebuto Viſigotorum Rege. Idem accidit in Gallia ſub Dagoberto, & in Oriente ſub Heraclio Imperatore. *Ricciolius*.

615. Bobij moritur S. Columbanus Abb.. Agilulpho defuncto, ſuccedit in Regno Longobardorum Adaluualdus ſub tutela Theodelindæ Matris, cui S. Gregorius M. varias ſcripſit Epiſtolas.

617. Deodato Pp. ſuccedit Bonifacius Quintus. Sergius Patriarca impetrat ab Heraclio Imperatore Pragmaticam Sanctionem, ne quis Clericus fiat, niſi in locum defuncti ſubſtituendus. *Baronius*.

619. Celebratur Concilium Hiſpalenſe præſide S. Iſidoro ſub Seſibuto Rege. *Cedrenus*.

620. Moritur S. Io: Eleemoſinarius, cuius plura miracula narrat Baronius.

621. Siſebuto Hiſpaniarum Regi ſuccedit Suinthila Recaredi primi filius. *Vaſæus, & alij*.

622. Hoc anno die 16. Iulij feria 6. Macometes ab occaſu diei præcedentis ſuam Æram, quam Hegiram, ideſt martyrium, ſiue perſecutionem vocat, incepit.

626. Bonifacio Quinto Pp. ſuccedit Honorius. Longobardi, Adaluualdo eiecto, ſubrogant Arioualdum. Clotarius Dagobertum in ſocium Regni aſſumit. *Baronius*.

627. Coſrhoes Anaſtaſium Monachum, & alios martyrio coronat, ſed ipſe à filio occiditur, Crucis ligno Heraclio reſtituto, quod anno ſequenti Ieroſolymam tranſlatum eſt. Eduinus Angliæ Septentrionalis Rex, Chriſti fidem amplectitur. *Baronius*.

He-

Digitized by Google

A.Æ.C.

629. Heraclius volens Hæreticos cum Catholicis conciliare, ipſe in hæreſim Monothelytarum prolabitur. Mortuo anno præcedente Clotario ſecundo, ſuccedit in Regno Galliæ Dagobertus. *Ricciolius*.

630. Moritur Macometes in Mecha Arabiæ vrbe. *Theophanes, & Cedrenus*.

636. Saraceni Ieroſolymam poſt duorum annorum obſidionem expugnant, & vbi erat anteà Templum Salomonicum conſtruunt Templum ſuæ ſectæ. Moritur S. Jſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis. *Baronius*.

638. Honorio Pp. ſuccedit Seuerinus, eoque paulò poſt mortuo, eligitur Ioannes 4.. In Concilio ſexto Toletano hoc anno celebrato, ſtatuitur, ne quis Rex Regiam ſedem aſcendat, niſi prius iuret ſe Catholicam fidem defenſurum, vndè eis Catholici nomen venit. *Baronius*.

639. Hoc anno, vel per alios anno 643. moritur Dagobertus, cui ſuccedit filius Chlodoueus ſecundus tota poteſtate exiſtente penes Pipinum Palatij Magiſtrum, in quo, & in ſucceſſoribus continuauit ſub 11. Regibus vſque ad electionem Pipini in Regem anno 751. *Baron. ad an.* 630.

641. Heraclius Imperator Ecthesim, ideſt fidei formulam hæreticam publicat, quam Io: quartus Pp. damnat. Moritur Heraclius, cui ſuccedit in Imperio Conſtans. *Baronius*. Moritur etiam Io: quartus Pp. cui ſuccedit Theodorus.

648. Conſtans Imperator promulgat Typum, in quo ſub prætextu concordiæ ſilentium inijcit Catholicis ęquè ac hęreticis, quod à Theodoro Pp. damnatur. *Baron.* Theodorus Pp. Chriſti ſanguine ſcribit excomunicationem contrà Pirrum. *Bernini t.* 2. *f.* 236., *& f.* 552.

649. Theodoro Pp. ſuccedit Martinus, qui, conuocata ſynodo, damnat Typum, & ideò ab Olimpio Exarco vexatur. Mortuo Chindaſuingo Viſigotorum Rege in Hiſpania, ſuccedit Recenſuindus ipſius filius. *Rodericus Toletanus*.

650. Macometi ſectatores Africâ potiuntur, & eorum Regem denominant Miramolinum, ideſt Dominum credentium. *Foreſti t.* 4. *p.* 2. *f.* 25.

S.

A.Æ.C.

654. S. Martinus Pp. iuſſu Conſtantis Imperatoris deportatus in Inſulam Naxo, indè Conſtantinopolim, & tandem in Cherſoneſum, ibi, erumnis confectus, martyr occumbit, cui ſuccedit Eugenius. Rotario Longobardorum Rege mortuo, ſuccedit filius eius Rodoaldus. *Vallemontius*.

655. Eugenio Pp. ſuccedit Uitalianus. Moritur Chlodouæus ſecundus, qui ex Battilde viliſſima fæmina, vtpotè quæ erat mancipia Magiſtri Palatij, reliquit Clotarium tertium, Childericum ſecundum, & Theodoricum, qui omnes Reges ſucceſſiuè fuerunt. De eo legitur, quòd fame Regnum vexante, ipſe argentum, quo S. Dionyſij Templum erat opertum, in pauperes diſtribuit, & in compenſationem Abbatem ab Epiſcoporum iuriſdictione exemit. *Uallemontius*. *Athlas Temp*.

659. Conſtans Imperator Theodorum fratrem Diaconum occidi iubet, qui noctu ei apparet calicem manu geſtans, dicenſque: bibe frater; vnde territus Conſtantinopolim fugit. Rodoaldo Longobardorum Regi ſuccedit Aripertus. *Vallemontius*. *Baronius*.

663. Ariperto ſuccedit Grimoaldus. *Ricciolius*.

667. Moritur S. Idelphonſus Epiſcopus Hiſpalenſis. *Ricciolius*.

668. Conſtans Imperator occiditur, & Maxentius Tyrannus ſubrogatur, ſed à Conſtantio Conſtantis filio occiditur. Africanorum 80. millia à Saracenis captiui fiunt. *Ricciolius*.

669. Vitaliano Pp. ſuccedit Adeodatus. *Ricciolius*.

673. Grimoaldo Longobardorum Regi ſubſtituitur Bertaridus Ariperti filius, reiecto Garibaldo filio Grimoaldi. *Paulus Diaconus*.

676. Adeodato Pp. ſuccedit Donus. *Ricciolius*.

678. Dono Pp. ſuccedit Agatho Monachus. Poſt viſum cometem per tres menſes, ſubſecuta eſt ſiccitas triennalis ſine pluuia. *Anaſtaſius*. *Beda l. 4. c. 12.*

Vnam-

Digitized by Google

A.Æ.C.

680. Vuamba qui anno 672. coactus Regnum Viſigothorum adminiſtrare cæperat, hoc anno illud Euuigio ſpontè cædit, & Monaſticam vitam profitetur. Agatho Pp. indicit tertium Concilium Generale Conſtantinopolitanum inter Æcumenica ſextum. Poſt Solis, & Lunæ Eclipſim peſtis Romam, & totam ferè Italiam vexat, quàmplures abſumens, totque moriebantur in vnaquaque domo, quot vicibus malus Angelus iuſſu boni Angeli virga fores domorum percutiebat, à qua per interceſſionem S. Sebaſtiani liberati ſunt. *Baronius*.

681. Agathoni Pp., poſt menſes 19. ſedis vacantis, ſuccedit Leo ſecundus, eoque mortuo, anno ſequenti ſubſtituitur Benedictus ſecundus, qui ſtatim poſt electionem ordinatus eſt abſque impetrata licentia ab Imperatore, vt moris erat, quod in poſterum ſeruatum eſt. *Baronius*.

685. Conſtantino ſecundo ſuccedit Iuſtinianus ſecundus; & Benedicto ſecundo Ioannes quintus; quo etiam mortuo anno ſequenti ſuccedit Conon Thrax. *Ricciolius*.

687. Cononi ſuccedit in Pontificatu Sergius. Mortuo in Hiſpania Eruigio eligitur in Regem Egicas ex Uiſigothorum ſanguine poſtpoſitis Eruigis filijs. *Baronius*.

691. Mortuo Theodorico vltimò filio Chlodouæi ſecundi, ſuccedit Chlodouæus tertius ipſius filius. Berthando Longobardorum Regi ſuccedit Cunipertus eius filius. *Vallem.*

693. Iuſtinianus à Populo naribus obtruncatur, & in exilium pellitur, ſubſtituto in eius locum Leontio. *Baronius*. Clotario tertio ſuccedit Childebertus ipſius frater. *Uallemontius*.

695. Saraceni Africam deuaſtant, eaque potiuntur. Exercitus Leontium Imperatorem naribus obtruncatum in Monaſterium detrudit, & Abſimarum ſubſtituit, quem Tiberium vocat. *Ricciolius*. Chriſti fides mirificè propagatur in Hollandia, Friſia, & finitimis Regionibus opera S. Uuilbrordi Epiſcopi Traiectenſis. *Baronius*.

SÆ-

SÆCULUM OCTAVUM.

A.Æ.C.

701. SErgio Pap. ſuccedit Ioannes Sextus, & Egicani Viſigorum Regi Vuitizza Apoſtata à fide. *Baronius*.

703. Iuſtinianus Imperium recuperat, occiſo Aldimaro. Cuniberto Longobardorum Regi ſuccedit Luitbertus ipſius filius. Florebat Venerabilis Beda. *Ricciolius*. *Baronius*.

704. Luitberto ſuccedit Regimbertus, & poſt hunc Aribertus. *Vallemontius*.

705. Ioanni ſexto ſuccedit Ioannes ſeptimus.

707. Ioanni ſeptimo ſuccedit Siſinius, eoque mortuo, eligitur in Pontificem Conſtantinus.

710. Conſtantinus Pp. Conſtantinopolim pergit, & Nicomediæ à Iuſtiniano honorificè excipitur. Mortuo Vuitizza ſuccedit in Regno Clodericus filius Theofredi. *Baronius*.

711. Iuſtinianus capite obtruncatur, & acclamatur in Imperatorem Philippus Hæreticus. Childeberto Francorum Regi ſuccedit filius eius Dagobertus ſecundus. *Baronius*. *Vallemontius*.

712. Ariberto ſuccedit Aſprandus, eoque mortuo, poſt tres menſes eligitur in Regem Longobardorum Luitprandus regnaturus annos 31., & menſes 7. *Baronius*, qui citat donationem factam ab hoc Rege Pontifici Alpium Cottiarum, & Ianuæ.

713. Philippus à coniuratis deponitur, & ſubſtituitur in Imperiali ſede Arthemius dictus Anaſtaſius Catholicus. Mauri, ſiuè Saraceni Kalendis Octobris in Hiſpaniam ex Africa irrumpunt vocati à Comite Iuliano. Rodericus Rex occiditur, & finem habet Viſigothorum Regnum, quod ibi ſteterat per annos ferè 300. *Rogatis*.

714. Moritur Pipinus Regni Francorum adminiſtrator, ſeù Palatij Magiſter, in cuius locum ſuccedit Carolus Martellus ex pellice Aſpaide neglectis filijs legitimis. *Baron.* *Vallemontius*. Conſtantino Pp. ſuccedit Gregorius ſecundus.

A. Æ.C.

714. dus. Theodoſius in Oriente acclamatur Imperator, & Anaſtaſium in Monaſterium relegat. *Baron.*

716. Theodoſius ſe abdicat Imperio, cui ſuccedit Leo Iſauricus Catholicus. Captâ anno præcedenti Hiſpali à Mauris, hoc anno Toleto potiuntur, alijſque Hiſpaniæ vrbibus. Ibidem Chriſtiani eligunt in Regem Pelagium. *Rogatis.* Dagoberto ſuccedit in Regno Francorum Chlotarius 4. Carolus Martellus inſignem de Mauris victoriam reportat propè Turonem. *Vallemontius.*

717. Saraceni, ſeù Arabes ferè per annum Conſtantinopolim obſident, ſed fruſtrà, B. Virgine vrbem protegente. *Baron.*

718. Saracenorum claſſis, quæ Conſtantinopolim obſidebat partim naufragio, partim ignea grandine è Cælo colapſa deletur, Duce eorum fatente: id ſibi accidiſſe ob blaſphemias in B. Virginê prolatas. Bernini *t. 2. f. 339.* aſſerit Saracenorum claſſem fuiſſe incenſam ab igne Græco nouiter inuento. Pelagius, qui in Aſturijs ſe in ſpeluncam abdiderat, ex ea erumpens, inſignem de Mauris victoriam reportat, ferè toto exercitu 80. millia hominum deleto. *Rogatis*, & *Baronius*, qui ſignat vtramque victoriam Orientis, & Occidentis per B. Virginis protectionem fuiſſe conſecutam. Conſtantinopoli ad 30. millia hominum partim peſte, partim fame periere. *Baron.* Radbordus Friſonum Rex baptizandus, audiens prædeceſſores ſuos ad inferos delatos, potiùs cum illis eſſe maluit, quam cum electis in Cælo. *Surius in vita S. Vulfangi.*

721. Poſt Chilpericum ſecundum, ſuccedit in Regno Francorum Theodoricus ſecundus operâ Caroli Martelli Regni adminiſtratoris. *Valiemontius.*

723. Hæreſis Iconoclaſtarum incipit, & in eam incidit Leo Iſauricus, qui anno præcedenti Conſtantinum Copronymum, ſic dictum à fonte baptiſmali fædato, Auguſtum nominauerat. *Theophanes.*

725. Corpus S. Auguſtini ex Sardinia Ticinum defertur operâ Luitprandi Regis. *Baronius*.

726. Leo Imperator in Oriente Catholicos perſequitur. Carolus Martellus inſignem de Saracenis victoriam reportat, 375. millibus cæſis, inter quos Abdemarum eorum Ducem, ſolis 1500. ex ſuis deſideratis. *Baron.* Athlas Temp. addit Gregorium ſecundum dediſſe Carolo Martello titulum Chriſtianiſſimi, quod poſteà Zacharias Pp. anno 744. Pipino confirmauit, & Adrianus Carolo Magno anno 774. *Hanc victoriam Uallemontius ſignat anno* 716.

728. S. Joanni Damaſceno à Saracenis manus obtruncatur, quę ei à B. Virgine reſtituitur. *Io: Patriarcha in eius vita*.

731. S. Gregorio ſecundo ſuccedit Gregorius tertius. Beda ſexagenarius hoc anno finem imponit ſuæ hiſtoriæ. Perſecutio contrà Catholicos in Oriente ſæuit. *Ricciolius*.

738. Mortuo Pelagio Rege, & poſteà filio ipſius Fauila, Chriſtiani eligunt in Regem Alphonſum Pelagij Generum, qui dictus fuit Catholicus, quem titulum dederat Cinthilano Recaredi filio Sexta Synodus Toletana anno 638., & tandem datum eſt Ferdinando V., cum Mauros à totâ Hiſpaniâ eiecit anno 1492. *Rogatis t. 2. f.* 192. Moritur Theodoricus ſecundus Galliæ Rex, nec alium Regem creat Carolus Martellus. *Uallemontius*.

741. Leoni Iſaurico ſuccedit Conſtantinus Copronymus Iconoclaſta, & Gregorio tertio Zacharias Pp.. Moritur etiam Carolus Martellus Palatij Magiſter, cui in adminiſtratione Regni ſuccedunt Pipinus, Carolomannus, & Griſonus, qui paulò poſt à fratribus ſpoliatur. *Vallemontius*.

742. Naſcitur Carolus Magnus Pipini filius, & Caroli Martelli Nepos. *Vallemontius*.

743. Carolomannus, & Pipinus poſt quinquennium Interregni eligunt in Regem Chilpericum ſecundum filium, vt creditur, Theodorici, ipſis intereà Regnum Galliæ adminiſtrantibus. *Vallemontius*. Albertus Gallus, & Cle-

A.Æ.C.

743. Clemens Scotus Pſeudo Epiſcopi, & Impoſtores damnantur. *Baronius*.

744. Luitprando Longobardorum Regi ſuccedit Rachiſius. *Baronius*.

745. Bonifacius Epiſcopus Moguntiæ apud Zachariam Pp. accuſat Vigilium Epiſcopum Salisburgenſem tanquam de hæreſi ſuſpectum, eò quod aſſereret dari Antipodes. *Schola Principis*,

746. A die 4. Auguſti ad Kalendas Octobris tenebræ factæ ſunt caliginoſæ in Oriente, quas ſubſecutus eſt terræmotus in Syria, qui innumerabiles homines oppreſſit. In Sicilia cæpit peſtis, quæ poſteà propagata eſt in Oriente. In veſtibus Cruces velùt oleo illitę apparent, & qui illis ſignati erant, peribant. Rachiſius leges Longobardorum examinatas promulgat. *Baronius*.

747. Carolomannus, facta donatione agri trium milliarium Monaſterio Fuldenſi ab eo ædificato, & relicta Pipino fratri Regni adminiſtratione, traiectis Alpibus, priùs in montis Soractis Monaſterio, poſteà in Caſſinenſi Monaſticam vitam profitetur. *Baronius*.

750. Rachiſius Longobardorum Rex Monaſticam vitam profitetur in Monaſterio montis Caſſini. Anno præcedenti terręmotus Syriam, & Meſopotamiam vaſtauerat multis oppidis aliò tranſlatis. *Vide Baronium*.

751. Chilperico Rege depoſito, & in Monaſterium incluſo, Galliſque à Zachariâ Pp. à iuramento abſolutis, eligitur in Regem Gallię Pipinus filius Caroli Martelli. Finem habet ſtirps Merouingia, quæ à Faramundo regnauerat per annos 331., Regibus 22., quorum quatuor fuere Idololatræ, cæteri Chriſtiani, & Catholici. Incipit ſtirps Carolingia regnatura per annos 335. *Vallemontius. Baron.*

752. Pipinus inungitur Suetione. Zacharias Pp. moritur, cui ſuccedit Stephanus ſecundus, & poſt eum Stephanus tertius. Zacharias Pp. Pipino conceſſerat nominationem Epiſ-

A. Æ.C.

752. coporum. Anſelmus cognatus Regis Aiſtulphi Monaſterium Nonantulæ ædificat, ibique fit Abbas 200. Monacorum. *Baronius*.

753. Aiſtulpho Romam obſidente, Stephanus Pp. in Galliam proficiſcitur ad Pipinum, qui eum benignè excipit, ipſe verò dat Regi titulum defenſoris Eccleſiæ Romanæ. *Uallemontius*.

755. Pipinus ad Alpium fauces bis Aiſtulphum ſuperat, & ad reſtituendum R. Eccleſiæ ablatas vrbes cogit. Donat inſuper R. Eccleſiæ Corſicam, & à Lunis vſque Parmam, cum alijs vrbibus. *Vide Baron.*

756. Moritur Aiſtulphus pluries fædifragus, cui ſuccedit Deſiderius. *Anaſtaſius*.

757. Mortuo Stephano tertio, eligitur Paulus ipſius frater. Moritur etiam Alphonſus Catholicus Hiſpaniæ Rex, cui ſuccedit Froila eiuſdem filius. *Baronius*. *Rogatis*.

759. Froila inſignem de Saracenis victoriam reportat. *Rogatis t.* 2. Pipinus Parlamentum inſtituit, quod cum, eſſet vagum, Philippus Pulcher anno 1302. Pariſijs ſtabiliuit. *Vallemontius*.

763. Copronymus Catholicos perſequitur. Turcæ per portas Caſpias in Armeniam irrumpunt. Pontus Euxinus ad 100. milliaria gelu duratum ad profunditatem cubitorum 30., niue excreuit ad cubitos 20. *Baron.*

765. Beryti dum Judæi imagini Chriſti Ieſu illudunt, & lanceâ perfodiunt, ſanguis ex ea in magna copia emanat, qui plures Eccleſias ditauit. *Ricciolius*. *Baronius ad annum* 787.

766. Copronymus claſſem nauium 2600., contrà Bulgaros miſſam, amittit. *Theophanes*.

767. Mortuo Paulo Pp., violenter eligitur Conſtantinus. *Baronius*.

768. Eiecto Conſtantino, eligitur Philippus, & poſt ipſum canonicè Stephanus Quartus. Moritur Pipinus, cui ſuccedit Carolus Magnus, & Carolomannus eius filij, qui ambo

co-

A.Æ.C.

768. coronantur, ſed Carolomannus paulò poſt moritur. *Vallemontius*.

772. Moritur Stephanus Pp. cui ſuccedit Adrianus. In Oriente ſæuit perſecutio in Monacos. *Baronius*.

774. Carolus Magnus à Pontifice vocatus, Ticinum anno præcedenti obſeſſum, expugnat, & Deſiderium in Galliam perducit, quarè finem habet Longobardorum Regnum, quod continuauerat per annos 206. *Vallemontius*.

775. Mortuo Conſtantino Copronymo, ſuccedit in Imperio Leo eius filius. *Baronius*.

777. Venerabilis Beda moritur annorum 105. *Ricciolius*.

780. Leo Imperator, incipiens perſequi Catholicos, moritur; cui ſuccedit filius Conſtantinus ſeptimus decennis ſub tutela Matris Irene. *Baronius*.

781. Carolus M. Romæ celebrat Paſcha, vbi Adrianus baptizat Pipinum filium. *Annales Francorum*.

784. Aaron Saracenorum Rex dono dat Carolo M. S. Sepulchrum Chriſti Ieſu. *Baronius*.

786. Alphonſus dictus Caſtus, quo regnante inuentum eſt Corpus S. Iacobi Apoſtoli, inſignem de Saracenis victoriam reportat, occiſis 70. millibus eorum, & recuſat eis ſoluere annuum tributum centum Puellarum, quòd Aurelius eius prædeceſſor illis promiſerat anno 770. *Rogatis t. 2. & Ricciolius anno* 793. Celebratur Concilium Generale ſecundum Nicenum. *Bernini t. 2. f.* 426.

791. Tyberis inundatio triduana, in qua Adrianus Pp. in Scapha cibum pauperibus ſubminiſtrat. Hoc tempore florebat Albinus Flaccus Præceptor Caroli M. *Baronius*. Vſuardus hoc tempore Martyrologium conſcripſit vſque ad annum 788., quod Addon Viennenſis continuauit vſque ad 1060.. Carolus M. inſtituit Vniuerſitates Pariſienſem, Ticinenſem, & Bononienſem, nec non 12. Pares Galliæ, *Abl. Temp.*

795. Adriano ſuccedit Leo Tertius. Conſtantinus Imperator, repudiatâ Mariâ legitimâ Vxore, ducit Theodotem

Cu-

A. Æ.C.

795. Cubiculariam. *Theophanes. Ignatius, & alij*.

797. Proceres, ſuaſu Irenis, Conſtantinum excæcant, qui paulò poſt moritur, & Irenes Imperium adminiſtrat. *Theophanes*.

799. Leoni Pp. à Sicarijs oculi eruuntur, & lingua, ſed totum per miraculum D. Petri ei reſtituitur, in exilium miſſis Sicarijs, pro quibus Leo deprecatur, ne occidantur. *Baronius*.

800. Leo in die Natalis Domini Carolum M. Imperatorem coronat in Templo D. Petri. *Baron*.

SÆCVLVM NONVM.

801. INgens terræmotus totam Jtaliam concutit, Urbes, & Montes diruit, quarè Leo Pp. Litanias maiores inſtituit. *Baronius*.

802. Nicephorus, relegatâ Irene in Monaſterium, Imperium Orientis inuadit. *Theophanes*.

804. Leo Pp. rogatus à Carolo M. Mantuam ſe confert ad examinandum Sanguinem Chriſti ibi repertum, quod ex vero Chriſti Corpore, non ex imagine Beryti eſſe aſſerit. *Baronius*.

811. Nicephorus Imperator occiditur, eique ſuccedit Michael Curopolata. *Baronius*.

813. Michaele depoſito, & relegato in Inſulam Protam, caſtratiſque eius filijs, Leo Armenus Jmperator acclamatur. *Ricciolius*. Horum filiorum vnus fuit Ignatius Patriarcha à Photio depoſitus. *Bernini t. 2*.

814. Leo Jmperator ſeductus ab Iconoclaſtis ſæuit in Catholicos. Moritur Aquiſgrani Carolus M., quem poſtea Paſchalis pſeudo Papa poſt annos 166. canonizauit, Romana Sede non refragante, quarè inter Sanctos colitur in Gallia, & Germania. Succedit Ludouicus Primus dictus Pius eius filius. *Baronius. Vallemontius*.

Leo-

A.Æ.C.

816. Leoni Tertio Pp. ſuccedit Stephanus Quintus, eoque paulo poſt mortuo, anno ſequenti ſuccedit Paſchalis, Inuentio Corporis S. Iacobi Apoſtoli in Hiſpania. *Baronius*.

820. Leo Imperator occiditur in nocte Natalis Domini, cui ſubſtituitur Michael, qui tunc erat in carcere. Corpus S. Marci ex Ægypto Venetias defertur. *Baronius*.

821. Inuentio Corporis S. Cæciliæ V., & M., aliorumque, quæ Paſchali Pp. illud reuelauit, & ſub Clemente Octauo poſt annos 778. denuò repertum eſt. *Baronius*.

823. Puella vno integro anno viuit ſine cibo. Michael Catholicos perſequitur. *Baronius*.

824. Paſchali Pp. ſuccedit Eugenius Secundus. *Baronius*.

827. Eugenio ſuccedit Valentinus, eoque mortuo, eligitur Gregorius Quartus. *Baronius*.

829. Moritur Michael Balbus Imperator, cui ſuccedit Theophilus filius Iconomachus. *Baronius*.

834. Ducenti Monaci apud Caradignum martyrio coronantur à Saracenis in Hiſpania, & cum eſſent in Clauſtro ſepulti, ſingulis annis die eorum aniuerſariâ pauimentum ſanguine conſperſum apparet. *Baronius*. *Rogatis*.

838. Rabanus Maurus quietis deſiderio abdicat à ſe Abbatiam Fuldenſem, & Lupus eius diſcipulus eligitur Abbas cænobij Bethelem, ſiuè Ferrarienſis in ditione Senonenſi. *Baronius*.

840. Poſt inſignem ſolis Eclipſim, quæ diem in noctem conuertit, moritur Ludouicus Pius, cui ſuccedit in Imperio Lotharius, & in Regno Carolus Caluus, præter Ludouicum, & Pipinum. *Baronius*.

841. Inſigne prælium Fontanenſe inter quatuor filios Ludouici; cùm ex vna parte pugnarent Lotharius, & Pipinus; ex alia Carolus, & Ludouicus, qui victores fuere. Ceciderunt in hoc prelio ad 100. millia Gallorum. *Vallemontius*.

842. Mortuo Theophilo Imperatore, ſubſtituitur filius eius Michael ſub tutela Matris Theodoræ Catholicæ, quarè, extinctis Iconoclaſtis, pax datur Eccleſiæ Orientis. *Baronius*.

A.Æ.C.

842. *nius*. In Polonia eligitur in Principem Plaſtus vir agreſtis, ſed optimis moribus imbutus, cuius progenies maſculina dominata eſt vſque ad annum 1370., & fœminea vſque ad Ioannem Caſimirum electum in Regem anno 1648. *Foresti*.

844. Gregorio Quarto ſubſtituitur Sergius, de quo volunt aliqui eum ſibi nomen mutaſſe, eò quod vocaretur Os porci, ſed id Baronius negat.

846. Saraceni ſuburbia TransTyberina, & Eccleſias Sanctorũ Petri, & Pauli deuaſtant. Monaſterium quoque Caſſinenſe aggrediuntur, ſed fruſtrà, & in regreſſu Claſſis naufragium eſt perpeſſa. *Baronius*.

847. Mortuo Sergio Secundo Pp., eligitur Leo Quartus, qui Vaticanum muris cingit, ideòque dicitur Urbs Leonina. *Baronius*.

848. Rex Ramirus inſignem de Mauris victoriam reportat, occiſis 70. millibus, ſub protectione S. Iacobi Apoſtoli. *Rogatis*. Verùm hoc tempore regnabat Alphonſus M. non Ramirus. *Ricciolius*.

850. Simeon Metaphraſtes vitas Sanctorũ ſcribit vſque ad annum præſens. *Athl. Temp.*

852. Leo Quartus Romanæ Vrbis partem, quæ eſt TransTyberim muris cingit, ibique Corſorum Coloniam ad inhabitandum ducit, eò quod à Saracenis in Patria infeſtarentur. *M. S.*

853. Leo Pp. Romæ conuocat Concilium, in quo excomunicatus fuit Anaſtaſius Cardinalis Tit. S. Marcelli, eò quòd à ſua Eccleſia per annos 5. abfuiſſet. *Baron. Athl. Temp.*

855. Leoni Quarto ſuccedit Benedictus Tertius, non verò Ioanna Papiſſa, vt dixerunt aliqui, de quo Vide Baronium. Lotharius Imperator vitam Monaſticam amplectitur, ei ſuccedente filio eius Ludouico. *Baronius*.

856. Tyberis inundatio, & poſt ipſam peſtis Romam affligit. *Baronius*.

Carolus

A. Æ. C.

857. Carolus Caluus in Conuentu ad S. Quintinum firmat pacem cum fratribus ſuis. *Ricciolius, & alij*.

858. Benedicto Tertio ſuccedit Nicolaus Magnus Romanus. *Baronius*.

862. Lotharius filius Lotharij Imperatoris falsò accuſatam de adulterio Theuſpergam vxorem repudiat, vt iungatur Ualtradę pellici. *Baronius*. Mortuo Ordonio Hiſpaniarum Rege illi ſuccedit Alphonſus dictus Magnus *Baronius*. *Rogatis*. *Sed Ricciolius mortem Ordonij ſignat anno* 841.

867. Michael Imperator occiditur, eiq; ſubſtituitur Baſilius, qui Photium Schiſmaticum è Sede Conſtantinopolitana pellit, eamque Ignatio iam expulſo reſtituit. Corpus S. Clementis ex Cherſona Romam transfertur. Nicolao ſuccedit Adrianus Secundus. *Baronius*.

868. Lotharius Ludouici Imperatoris frater adulterus, & periurus moritur Placentię. *Baronius*.

869. Conſtantinopoli conuocatur Synodus, quæ fuit octaua Generalis contrà Photium. *Baronius*. Ludouicus Secundus Imperator Corpus S. Fabiani Pp. Placentiam transfert, & in Eccleſia S. Sixti collocat. *M. S.*

870. Danis Scotiam vaſtantibus, Ebba Abbatiſſa Monaſterij Collinganenſis, ne ab illis violaretur, ſibi naſum, & labium ſuperius nouaculâ præcidit, cuius exemplum aliæ Moniales ſubſecutæ ſunt, ideòque à Danis omnes occiduntur. *Baronius*.

871. Ludouicus Jmperator Romæ ab Adriano coronatur. *Ricciol.*

872. Adriano ſuccedit Ioannes. *Ricciolius*.

874. A Kalendis Nouembris vſque ad Equinoctium anni ſequentis nix ſinè intermiſſione cecidit, Rhenus, & Menus glacie conſtricti currus ſubſtinebant, & multi frigore perierunt. *Lancelottus*.

875. Mortuo Ludouico Jmperatore ſinè prole, ei ſuccedit in Jmperio Carolus Caluus Rex Gallię ipſius Auunculus, qui Romæ à Pontifice coronatur. *Vallemontius*.

A. Æ C.

876. Ubaldus Monacus S. Amandi mittit Carolo Caluo 300 carmina in laudem Caluitij. *Rainaudus*.

877. Carolus Caluus moritur ex veneno ei propinato ab illius Medico Sedecia Iudęo, cui ſuccedit in Regno, & in Imperio Ludouicus Tertius Balbus eius filius. *Vallemontius*.

879. Ignatius Patriarcha moritur, ſedemque denuò inuadit Photius, qui à Ioanne Pp. confirmatur, licèt nulla dederit pænitentiæ ſigna, & hinc ortum habuit fabula de Ioanna Papiſſa. *Bernin. t.* 2.

881. Joanni Pp. ſuccedit Marinus, & Ludouico Tertio Carolus Tertius Craſſus. *Vallemontius*. *Baronius*.

882. Saraceni ad fontem Vulturni incendunt Monaſterium obtruncatis 900. Monacis. *Baronius*.

883. In Anglia occiditur Ioannes Scotus à pueris, quos inſtruebat ad exemplum S. Caſſiani Epiſcopi, & martyris. *Ricciolius, ſed vide de hoc Bernini t.* 2. *f.* 517.

884. Marino ſuccedit Adrianus tertius. Saraceni Monaſterium Caſſinenſe incendunt, occiſo S. Berthario Abbate. *Leo Oſtienſis*.

885. Adriano ſuccedit Stephanus ſextus. *Ricciolius*.

886. Moritur Baſilius Imperator, cui ſuccedit filius Leo 6. Hic Photium in Monaſterium detrudit. *Ricciolius*.

888. Carolo Craſſo ſuccedit in Imperio Arnolphus ipſius nothus, & in Regno Galliarum Eudus, ſiuè Oddo Comes Pariſienſis, qui Regnum diuiſit cum Carolo Simplici vnico ex progenie Caroli M., vndè ſeditio magna eſt exorta. *Vallemontius*.

890. Moriuntur Guido apud fl. Tharum, & Arnulphus pediculis, & vermibus ſcatens ambo dicti Jmperatores, quibus in Imperio ſuccedit Ludouicus quartus vltimus Jmperator ex ſtirpe Caroli Magni, & à Pontifice Romano coronatur. *Baronius*. *Vallemontius*.

891. Stephano ſexto Pp. ſubſtituitur Formoſus vir doctiſſimus. *Ricciolius*.

For-

Digitized by Google

A.Æ.C.

896. Formoſus Arnulphum, qui Romam armis cæperat, & iniurias factas à Populo Romano Pontifici vltus fuerat, coronat Imperatorem. *Baronius*.

897. Formoſo ſuccedit Bonifacius, qui ſedem inuaſerat, ſed, eo eiecto, eligitur Stephanus ſeptimus, qui Formoſi Cadauer veſtibus Pontificalibus exutum in Tyberim conijci iubet. *Baronius*.

898. Mortuo Odone, ſolus regnat Carolus ſimplex filius Ludouici Balbi. *Baronius*.

SÆCULVM DECIMVM.

901. INcipit Sæculum infęliciſſimum ob inopiam literarum, & ob copiam ſcelerum. Cùm in fine ſæculi præcedentis Stephanus Pp. fuiſſet à Romanis in carcerem truſus, & ſtrangulatus, illique ſubſtitutus Romanus, & poſt ipſum Theodorus ſecundus, tandem eligitur Ioannes IX. *Baron.*

902. Vnni, ſiuè Vngari Italiam tranſpadanam inuadunt, victo Berengario, & Monaſterium Nonantulæ incendunt, quod anno ſequenti Petrus Abb. reædificat. *Cigonius*.

904. Ludouicus Imperator, captus à Berengario Tyranno, oculis orbatur, & priuatur Imperio. Lambertus, qui anno 893. à Formoſo Pp. fuerat coronatus Imperator, Rex Italiæ dicitur, & hoc pactò Imperium à Francis tranſiuit ad Italos, apud eos breui tempore duraturum. *Baronius*.

905. Ioanni IX. ſuccedit Benedictus quartus. Alphonſus quintus Rex Hiſpaniæ, dictus Magnus, inſignem de Mauris victoriam reportat. *Baronius*. *Rogatis*.

908. Benedicto quarto ſuccedit Leo quintus, ſed Chriſtophorus ſedem inuadit, à qua per Sergium depellitur, eodem in ſede remanente. Sub hoc Pontifice Theodora, & Maroxia maximam habebant poteſtatem. *Baronius, quem vide*.

Digitized by Google

A.Æ.C.

910. Mortuo Sergio Pp. tolerato, ſuccedit Athanaſius tertius. *Baronius*. Garthias Alphunſi M. filius, pertefus longi regiminis Patris, in eum conſpirat, adiuuante Matre, & fratribus, verùm Alphonſus; ne domeſtico bello Saraceni reuiuiſcerent, ſpontè filio Regnum cedit. *Rogatis, & Baron. qui id ſignat an.* 908., *& Ricciol.* 887.

911. Leone Imperatore, dicto Philoſopho, mortuo, ſuccedit Alexander frater, & Conſtantinus eius filius. *Baronius*.

912. Athanaſio tertio Pp. ſuccedit Lando, eoque mortuo, eligitur Ioannes x., Theodora id operante. Moriuntur etiam Alphonſus M., & Berno Abb. Inſtitutor Ord. Cluniacenſis, nec non Ludouicus quartus Imperator, quarè Germani eligunt Conradum Franconiæ Ducem eiuſdem Generum, cum eam dignitatem recuſaſſet Otho Saxoniæ Dux. *Baron. Uallemoutius*.

915. Conuenientibus Principibus Græcis, & Latinis, Saraceni omninò ab Italia fugantur, cum per plures annos ad Gariglianum ſedem fixiſſent. Mortuo Garzia, ei ſuccedit in Regno Ordonius, qui Legione Regiam ſedem figit, ideò dictus Rex Legionis. *Baronius, ſed Recciolius anno* 890.

919. Mortuo Conrado, eligitur in eius locum Henricus 1., dictus Venator, Othonis filius. Hic Brandeburgenſem Marchionatum inſtituit. Germanis Rhenum tranſgreſſis, Carolus ſimplex Galliæ Rex ab eis pacem poſcit oblatis muneribus auri, & manus S. Dionyſij, Corporis S. Viti, nec non alijs reliquijs, cum quibus gloria Galliæ tranſiuit ad Germanos, *vt ait Baron.* monſtantinus octauus Imperator Orientis Romanum claſſis Præfectum Cæſarem, & deindè Imperatorem creat, ducens in vxorem Helenam eius filiam. *Uallemontius*.

920. Carolus quartus dictus Simplex Rolloni Normandorum Duci Giſellam filiam matrimonio iungit, aſſignatâ in dotem Neuſtriâ, Normandia impoſterum dicta. *Vallemontius*.

Galliæ

A.Æ.C.

923. Galliæ Magnates, relicto Carolo, eoque in carcerem truſo, Peronæ eligunt in Regem Raulphum Burgundiæ Ducem. *Vallemontius*.

924. Berengarius, qui Italiæ tyrannidem affectabat à Longobardis pulſus, Vnnos ſiuè Vngaros in Italiam vocat, qui Ticinum incendunt, omnibus fere Ciuibus cum Epiſcopo occiſis, ſed Vnni à Rodulpho, & Ugone per Alpium abrupta ſtrati ſunt, & Berengarius à ſuis occiditur. *Baronius*.

925. Pelagius Puer annorum 13., nolens impuriſſimo Regi Saraceno in Hiſpania conſentire, martyrio coronatur. *Rogatis*. Ugo Heriberti filius eligitur in Archiepiſcopum Rhemenſem, cum adhuc eſſet quinquennis, & electio à Io: Papa confirmatur. *Baron.*

927. Adelphonſus quartus Ramiro Regnum cedit, & fit Monacus, ſed facti pęnitens, dum Regnum repetere tentat, oculos, & libertatem perdit. *Baron.*

929. Io: x. Pp. à Guidone Thuſciæ Marchione ceruicali in carcere ſuffocatur, eique ſubſtituitur Leo VI., qui poſt menſes 6. moritur detruſus in carcerem, eique ſubrogatur Stephanus VIII. *Baron.*

931. Stephano VIII. defuncto, intruditur Joannes XI. Sergij Pſeudopapæ, & Maroziæ Scorti filius, operante Thuſciæ Marchione. *Baron.*

936. Mortuo Henrico Imperatore, eligitur Otho I., qui Aquiſgranæ coronatur. Mortuo Raulpho, ſiue Rodulpho Galliæ Rege, Magnates eligunt Ludouicum IV. Caroli Simplicis filium. Defuncto Ioanne XI. Pp. eligitur Leo VII.. Genuæ fons copioſo ſanguine manat, & anno ſequenti Saraceni ex Africa Urbem deuaſtant, occiſis Ciuibus, relictis ſolis pueris, & Mulieribus. *Baron.*

938. Ramirum Rex Legionenſis inſignem de Saracenis victoriam reportat, occiſis 40. millibus eorum. *Baron. Rogatis*. Fernandus Gonzalez Comes Caſtellæ aliam reportat victoriam ei ab Eremita prædictam. *Rogatis*. S. Uuen-

ceſ-

A.Æ.C.

938. ceſlaus à fratre Boleſlao occiditur. Otho precibus potius, quam armis inſignem de hoſtibus victoriam reportat. *Baronius*.

939. Leoni ſeptimo ſuccedit Stephanus IX. Otho aliam inſignem victoriam de hoſtibus reportat. *Baronius*.

943. Stephano Pp. IX. ſuccedit Martinus, ſiuè Marinus ſecundus. *Baronius*.

944. Imago Saluatoris ex Edeſſa Conſtantinopolim transfertur, ſuper quam ſimile Sudarium imponentes, altera Jmago apparuit impreſſa, ideòque duo nunc extant, alia Genuæ, alia Romę in Eccleſia S. Siluestri. *Baron.*

946. Marino ſuccedit Agapetus ſecundus. *Baron.*

949. Vngaris Italiam vaſtantibus, Berengarius dat illis decem modios nũmorum, quos ab Eccleſijs abſtulerat. *Baronius.*

950. Agapetus Pp. Berengarij tyrannidem non ferens, vocat in Italiam Othonem Imperatorem, qui Berengarium fugat, & Adelaidem, Lotharij iam demortui Coniugem, in Vxorem ducit. *Baronius*. Rex Ramirus apud Tallaueram inſignem de Mauris victoriam reportat, & paulò poſt moritur, eique ſuccedit Ordonius ſecundus eius filius. *Rogatis*.

954. Ludouico Galliæ Regi ſuccedit Lotharius eius filius, excluſo Carolo, nec amplius deinceps diuiſum eſt Regnum inter fratres. *Uallemontius*. In veſtibus Cruces apparent. *Baronius*.

955. Mortuo Agapeto Pp., Sedem inuadit Octauianus adhuc puer ſub nomine Ioannis 12. annorum 17.. Ungaris Auguſtam Urbem obſidentibus, Otho precibus, & ieiunijs de eis inſignem victoriam reportat, ità vt vix ſex, aut octo euaſerint. *Baronius*.

956. Ex Antiochia Conſtantinopolim transfertur manus S. Io: Baptiſtæ. Peſtis ſæuit in partibus borealibus, crucibus in veſtibus apparentibus. Moritur Theophilatus Patriarcha Conſtantinopolitanus, de cuius effreni amore ergà equos vide Baronium.

Mo-

A.Æ.C.

960. Moritur Conſtantinus ex veneno ei propinato à filio ſuo Romano, ei in Imperio Orientis ſuccedente. *Baronius.*

62. Otho Imperator in Italiam veniens à Ioanne Pp. coronatur, & confirmat ea, quæ à prædeceſſoribus ſuis Apoſtolicæ Sedi fuerant donata. Hoc pactò Imperium à deſcendentibus à Carolo Magno tranſiuit ad Reges Italiæ, & hoc anno ad Germanos, cum Conradus, & Henricus non ſint agniti Imperatores niſi à Germanis. *Vallem.*

963. Ob diſſidium ortum inter Ioannem Pp., & Othonem fit Schiſma in Eccleſia. Mortuo Romano Jmperatore Orientis, acclamatur ab Exercitu Nicephorus Phocas. *Baronius.*

964. Ioanni decimoſecundo ſubſtituitur Benedictus quintus, ſed à Schiſmaticis Leo VIII. *Baronius.*

965. Mortuis Benedicto, & Leone, ex Othonis conſenſu eligitur Joannes decimustertius. *Baronius.*

969. Nicephorus Imperator occiditur à Populo, & acclamatur Io: Zemiſſa. Hatto Abb. Fuldenſis, & Epiſcopus Moguntinus deuoratur à muribus in medio Rheno ob eius ſęuitiam in pauperes *Ricciolius. Ex Gaſpare Bruſchio.*

971. Io: Zemiſſes inſignem de Turcis, Bulgaris, alijſque barbaris victoriam reportat 330. millibus diuerſis pręlijs ſuperatis, captoque Bulgarorum Rege, quarè eorum Regnum finem habet. *Baronius.*

972. Io anni decimotertio ſuccedit Donus ſecundus, & poſt ipſum Benedictus VI. *Baronius.*

973. Eodem anno moriũtur Otho Jmperator, Mathildis ipſius Mater, & Villelmus Archiepiſcopus eius filius, ſuccedente in Imperio Othone ſecundo eiuſdem filio ex Adelaide. *Baronius.*

975. Bonifacius Diaconus Cardinalis, occiſo Benedicto ſexto, Sedem inuadit, ſed eijcitur à Benedicto ſeptimo, qui poſt annum fuit electus in Pontificem. *De ſceleribus Bonifacij vide Baronium.* Ioanne Jmperatore Orientis occiſo per venenum, ſuccedunt in Imperiali Sede Baſilius, & Conſtantinus filij Romani iunioris. In Concilio Uuintonię

A.Æ.C.

975. toniæ in Anglia celebrato ſub Archiepiſcopo Dunſtano, dum agitur de eijciendis ab Eccleſijs Monacis, & reſtituendis in eis Clericis, Imago Crucifixi dixit: Non fiet: Non fiet. Iudicaſtis benè mutaretis malè. *Baronius*, *quem vide etiam anno 979.*

978. Florebat S. Nilus Abb. ex Vrbe Roſſani in Calabria miraculis clarus. S. Eduardus Angliæ Rex inſidijs Nouercæ occiditur, & anno ſequenti coronatur Etelredus, cui S. Dunſtanus prędixit non defuturum gladium Dei pro occiſione iniuſta Eduardi, quod anno ſequenti contigit. *Baronius.*

983. Otho Imperator ſecundus moritur ex mærore ob infelicem pugnam contrà Saracenos in Calabria initam, cui ſuccedit Otho tertius eius filius. *Uallemontius.*

984. Benedicto ſeptimo ſuccedit Ioannes decimuſquartus Epiſcopus Papienſis. Romæ erigitur Sodalitium pro ſuffragio Defunctorum. *Baronius.*

985. Bonifacius denuò Sedem Romanam inuadit, & Ioannem decimũquartum in arce S. Angeli fame perire cogit, verùm, eo poſt quatuor menſes mortuo, eligitur Joannes XIV. *Baronius.*

987. Moritur Ludouicus V., & Proceres, poſthabito Carolo Lotharingiæ Duce, qui erat frater Lotharij Patris Ludouici ante annum mortui, eligunt in Rgem Vgonem Capetum, qui Aurelianis coronatur, quarè ceſſat linea Carolingia, quæ regnauerat per annos 236. *Uallemontius.*

990. Alderamus filius Ducis Saxoniæ cum Adelaſia filia Othonis ſecundi, qui Garexium ſe receperat, ab Epiſcopo Sauonenſi deteguntur, & Imperator illis dono dat Marchionatum Montisferacis. *Hiſtoria Sauonæ.*

996. Joanni decimoquinto ſuccedit Gregorius V. legitimè electus, contrà quem, operà Creſcentij eligitur Joannes Epiſcopus Placentius, cui Romani oculos eruunt, & infami ſuplicio damnant. Gregorius Othonem tertium coronat,

A.Æ.C.

996. ronat, qui eum in ſua Sede reſtituerat, & ſeptem Imperij Electores ſtatuit. *Baronius*.

998. Vgoni Galliæ Regi ſuccedit Robertus eius filius. *Vallemontius*. Veremundus, ſiuè Bermundus inſignem de Almanzorre Saraceno victoriam reportat, occiſis 70. millibus peditum, & 40. millibus Equitum. Ferdinandus Autolinus, dum in Eccleſia orat, & à Socijs exprobatur vt ſegnis, Angelus viſus eſt ſub eius ſpecie pugnare, & ipſius veſtes, & arma ſanguine ſunt conſperſa. *Rogatis*. Otho Imperatricem Coniugem, quæ Equitem calumniauerat Mutinæ morti damnat. *Ricciolius ex Crantio*.

999. Gregorio v. ſuccedit Gerbertus aliàs intruſus in Archiepiſcopatum Rhemenſem, poſteà factus Archiepiſcopus Rauennatenſis, & tandem Pontifex, dictus Silueſter ſecundus, de quo varia fama vulgauit. Alphonſus v. ſuccedit Veremundo Hiſpaniæ Regi. Coronam, quam Pontifex parauerat pro Boleſlao Poloniæ Rege, diuino monitu, mittit ad S. Stephanum Ungariæ Regem, aliam poſtea mittens Boleſlao. *Baron*.

SÆCULUM UNDECIMUM.

1001. IN tota Gallia vulgatum eſt, completo millenario Æræ Chriſti, aduenturum Antichriſtum, contra quos Abbo Abb. Floriacenſis librum ſcripſit, in quo aſſerit multos dixiſſe venturum Antichriſtum cùm Annunciatio inciderit in diem Paraſceue. S. Romualdus Rauennæ Othoni Jmperatori mortem prædicit. *Baron*.

1002. Mortuo Othone, eligitur in Imperatorem Henricus Bauariæ Dux. Quadraginta Normandi, è Paleſtina redeuntes, Salernum à Saracenis deffendunt, & inſignem de eis victoriam reportant. *Baronius*.

Digitized by Google

A. Æ C.

1003. Silueſtro ſecundo ſuccedit Io: xviii., &, hoc mortuo, Io: xix., aduertendum tamen horum alterum dici xvi., alterum xvii. *Baronius*.

1006. Peſtis, & fames Galliam, & Germaniam vexat deficientibus, qui cadauera ſepelirent, & S. Odilo Abbas Cluniacenſis veſtes, & vaſa ſacra vendit ad pauperes alendos, quod tamen modò non licet. *Baronius*.

1009. Joanni xix. ſubſtituitur Sergius iv.. Iudæi in Gallia degentes Ammirato Babyloniæ Principi ſuadent, vt Templum Ieroſolimitanum, & ſacrum Sepulchrum deſtruat, ideò Chriſtiani Iudęos ex omni regione expellunt, multis occiſis. *Vallemontius*.

1010. Romæ in quadam Eccleſia ex pauimenti foramine oleum ſcaturit per integrum diem. Thereſia Alphonſi Regis Galeciæ ſoror matrimonio coniuncta Principi Saraceno ſub conditione, vt fidem Chriſti amplectatur, cum is pactum non ſeruaſſet, morbo corripitur, quare eam cum muneribus dimittit. *Baronius*. *Rogatis*.

1011. Cum ſacrilegus bona Eccleſiæ S. Clementis diripuiſſet, à muribus deuoratur. Dani Angliam vaſtantes omnes, ſtatuta die ab Anglis mactantur. *Baronius*.

1012. Sergio iv. ſuccedit Benedictus viii., qui à Gregorio Antipapa à ſede eijcitur, ſed anno ſequenti ab Henrico Imperatore in eam reſtituitur. *Baronius*.

1014. Benedictus Pp. S. Henricum, & S. Cunegundam vxorem coronat. *Baronius*.

1016. Exercitus, & Claſſis Benedicti Pp. propè Lunenſem portum Saracenos ſuperat, quare Princeps Saracenus Benedicto mittit Caſtanearum ſaccum dicens: anno ſequenti ſe tot milites in Italiam miſſurum, cui Pp., miſſo ordei ſacco, reſpondit: eum tot milites ibidem reperturum. *Baronius*.

1017. Romæ in Paraſceue Iudæi Chriſti Imagini illudunt, quarè ventus ingens totam vrbem concutit, ſed, Iudęis punitis, ceſſat ventus. In Aquitania per tres dies pluuia ſanguinea cæcidit. *Baron.* Nor-

A Æ.C.

1018. Normandi in Italia pugnant contrà Græcos, qui Apuliæ dominabantur. *Baronius*.

1022. Henricus Imperator in Monaſterio Caſſinenſi ægrotans doloribus Nephriticis à S. Benedicto ſanatur, & ideò illi Monaſterio multa donat. Guido Aretinus Monacus adinuenit notas muſicas. *Baronius*.

1024. Benedicto VIII. ſuccedit Ioannes XX., primùm quidem ſymoniacè, ſed poſteà legitimè. Moritur S. Henricus Imperator, & eligitur Conradus ex Ducibus Vuormatiæ. *Baronius*.

1027. Moritur S. Romualdus Abb., & S. Canutus Danorum Rex Romam venit. *Baronius*.

1028. Conſtantino Imperatori Orientis ſuccedit Romanus eius Gener. *Baronius*. Sancius Rex Nauarræ Caſtellam in Regnum inſtituit. *Rogatis t. 3. l. 3.*

1029. In Synodo Lemouicenſi quæſitum eſt, an S. Martialis dicendus eſſet illius regionis Apoſtolus, cui affirmatiuè reſpondit Pontifex. *Baronius*.

1031. Henricus, & Robertus filij Roberti Regis Galliæ, à Matre inſtigati, rebellant in Patrem, cui S. Vuillelmus Abb. S. Benigni ait: id ei permiſſum à Deo ob iniurias Patri, & Matri illatas, & ideò de illis pænitentiam agit. *Baronius*.

1033. Eclipſim Solis prodigioſam ſubſecuta eſt mors Ioannis XX. Pp., qui erat frater Benedicti VIII., & in eius locum eligitur eorum Nepos Benedictus IX. puer adhuc decennis. Roberto Galliæ Regi ſuccedit Henricus, qui Roberto fratri confert Ducatum Burgundiæ. *Baronius*. Viuebat hoc tempore Vmbertus dictus candidarum manuum Comes Morianæ, & Sabaudiæ, à quo deſcendunt Duces Sabaudiæ. *Vallemontius*.

1034. Romanus Imperator Orientis occiditur operâ Zoæ vxoris, quæ Michaelem adulterum, & procum ſuum eligendum curat, ob quod facinus multa prodigia vrbem vexarunt. Michael à demone fuit areptus, & Zoe à Io-

A. Æ.C.

1034. annę Michaelis fratre in ordinem fuit redacta. *Baron.*

1037. Fernandus Magnus Rex Caſtellæ Veremundum Legionis Regem occidit, & vtrumque Regnum in vnum coniungit. *Baronius*. *Rogatis*.

1039. Conrado Imperatori ſuccedit Henricus ſecundus eius filius. *Vallemontius*.

1040. Bambergæ moritur S. Cunegundis Imperatrix Virgo, & Coniux Henrici Imperatoris. Saraceni tota Sicilia potiti, dum Meſſanam obſident, ab exercitu Imperatoris cæduntur partim occiſis, partim fugatis, ex qua victoria ingentes diuitias Chriſtiani compararunt. *Baron.*

1041. Michaeli Imperatori Orientis ſuccedit Michael Calophates. Poloni Caſimirum iam Monacum, & Diaconum in Regem eligunt, obtenta diſpenſatione à Benedicto IX. *Baronius*. Normanni Apuliâ potiuntur, fugatis Gręcis, eamque inter ſe diuidunt. *Baronius*.

1042. Eiecto Michaele, cui oculi eruuntur, eligitur in Imperatorem Conſtantinus XI. Monomacus, qui Zoem in vxorem ducit. Jo: Gualbertus inimico parcit, & videt Crucifixi caput ſibi inclinantem. *Baronius*.

1044. Poſt Schyſma, in quo tres erant Pontifices, primus ad S. Petrum, ſecundus ad S. Mariam Maiorem, tertius ad S. Ioannem Lateranum, ritè eligitur Gregorius VI. *Baron.*

1046. Gregorius VI. ab Henrico 3. Imperatore renuntiare cogitur Pontificatui, in cuius locum eligitur Clemens ſecundus, & poſt ipſum Damaſus ſecundus. *Baronius*.

1049. Poſt Damaſum, eligitur in Pontificem Leo IX. ſanctitate celebris. *Baronius*.

1054. Leoni IX. ſuccedit Victor ſecundus. Moritur Conſtantinus XI. Imperator Orientis, cui ſuccedit Theodora filia Conſtantini X., & Soror Zoe. *Baronius*.

1055. Victor ſecundus pugnat contrà Labem Simoniacam, quæ tunc graſſabatur. Fernandus M. Rex Caſtellæ Imperatoris nomen aſſumit, nonnullis Electoribus ei fauentibus, ſed Henrico contradicente. Introducta eſt conſuetudo

A.Æ.C.

1055. tudo ſe flagellis cędendi ad exemplum S. Dominici Loricati. *Baronius*. *Rogatis*.

1056. Henrico III. ſuccedit Henricus IV. quinquennis eius filius, cuius Mater, dum eum geſtaret in vtero, in ſomnis viſa eſt virulentum Draconem parere. *Baronius*. *Vallemontius*. Mortuâ Theodorâ eligitur in Imperatorem Orientis Michael Stratonicus. *Baronius*.

1057. Victori ſecundo ſuccedit Stephanus X., eoque mortuo intruditur Benedictus Schiſmaticus, & contrà ipſum Nicolaus 2.. Henricus Galliç Rex Philippum I. filium ſuum in Regem coronari iubet, & paulò poſt moritur. Michael Imperium Orientis Iſacio Comeno renunciare cogitur. Petrus Damiani à Stephano Pp. electus in Epiſcopum Oſtienſem, & Cardinalem, eundem Pontificem ideò inimicum vocat. *Baronius*.

1059. Jſacius Comenus fulmine percuſſus abdicat ſe Imperio, & Monaſticam vitam profitetur, electo in eius locum Conſtantino Duca. *Baronius*.

1061. Nicolao ſecundo ſuccedit Alexander ſecundus, quem Cadalous Epiſcopus Schiſmaticus plurimum vexat. *Baroni.*

1063. Florentiæ, orto diſſidio inter Monacos, & Epiſcopum cum Clero, Pontifex ibidem mittit S. Petrum Damiani, qui Monacos redarguit. Petrus Monacus ex familia Aldobrandrina, ad probandum Epiſcopum eſſe Simoniacum, per prunas illeſus tranſit, ideò dictus Ignitus. Fuit hic poſtea Cardinalis. *Baronius*. *Berninus t. 3*.

1065. S. Petrus Damiani inſectatur Nicolaitas, connubia Clericorum, & alia vitia defendentes. Moritur Ferdinandus M. Rex Caſtellæ, cui ſuccedit filius eius Sancius. Vzi populi Scythiæ tranſmiſſo Iſtro ad 600. millia Imperium inuadunt, ſed Conſtantinus Imperator cum ſolis 150. millibus orans dę eis victoriam reportat. *Baronius*.

1069. Mortuo anno præcedenti Conſtantino XI., Eudoxia illius vxor relicta filiorum curatrix nubit hoc anno Romano Diogeni, eumque Jmperatorem nominat. *Baronius*.

Ro-

A. Æ C.

1071. Romanus Imperator à Turcis captus liber dimittitur, de quo vide in Baronio, quid ei dixerit Turcarum Princeps. Conſtantinopoli eligitur Imperator Michael Parapinacus filius Conſtantini XI., qui Matrem Eudoxiam in Monaſterium detrudit, & Romano oculos erui mandat, quare, vermibus ſcatens, obijt, dans tamen ſigna pœnitentię. Alexander Pap. ad preces Deſiderij Abb. Montis Caſſini ibidem Eccleſiam conſecrat. *Baronius*.

1072. Moritur S. Petrus Damiani. *Baronius*.

1073. Alexandro Pp. defuncto, eligitur Hildebrandus Archidiaconus, dictus Gregorius VII., qui plura habuit deſſidia cum Henrico tertio, ſiuè IV. Imperatore, & Politicorum fuit acerrimus impugnator, de quo plura dicunt Hiſtorici. *Baronius*. *Bernini t. 3.*

1077. Principes Germaniæ deponunt Henricum IV. à Pontifice excomunicatum, electo in eius locum Rodulpho, quo mortuo, denuò imperat Henricus. Comitiſſa Metildis filia Marchionis Thuſciæ illius hæres donat Romanæ Sedi Thuſciam, & Liguriam, quod intelligendum eſt de Feudis, quæ in hac regione habebat. *Baronius*. Henricus erat IV. Rex, & tertius Imperator.

1080. S. Stanislaus Epiſcopus martyrio coronatur à Boleslao Rege Poloniæ, qui à Gregorio VII. excomunicatur, & mortuus eſt dilaniatus à Canibus. Gregorius VII. conuocat Romæ Concilium pro negotijs Henrici Imperatoris depoſiti. *Baronius*.

1081. S. Canutus Daniæ Rex martyrio coronatur, & ideò populus famæ, & peſte à Deo punitur. Robertus Guiſcardus Normandorum Dux cum ſolis 15. millibus inſignem reportat victoriam de Alexio Jmperatore, qui ſub ſignis habebat 170. millia hominum. Gregorius VII. in Synodo confirmat excomunicationem latam in Hericum IV. Imperatorem. *Baronius*.

1085. Salerni moritur Gregorius VII., cuius Corpus anno 1578. integrum fuit repertum, & in eius locum eligitur Deſiderius

A.Æ.C.

1085. rius Abb. Montis Caſſini dictus Victor III., licet reluctans. *Baronius*.

1086. S. Bruno incipit habitare Cartuſiam propè Gratianopolim. *Baronius*. Alphonſus VI. Rex Caſtellæ potitur Toleto poſt annos 7. obſidionis, & poſtquam fuerat ſub Saracenorum iugo annis 370.. *Rogatis t. 3*.

1088. Victor in vere mittit exercitum in Africam contrà Saracenos, quorum fuere mactati ad 100. millia, captâ eorum Urbe primaria. Ex Mirâ Barium translata ſunt oſſa S. Nicolai Epiſcopi miraculis clara. Moritur Berengarius Hæreſiarca pluries relapſus. Moritur etiam Victor 3., cui anno ſequenti ſubſtituitur Vrbanus ſecundus. *Baronius*.

1089. Augetur cultus erga S. Antonium Abb. ob concurſum ad Corpus ipſius Viennæ in Gallia infirmorum ex lue ignis ſacri. Moritur Lanfrancus Epiſcopus Cantuarienſis. *Baronius*.

1093. Conradus contrà Patrem Henricum IV. Imperatorem rebellat, qui de ſcelere in ſcelus prolapſus vxorem legitimam repudiat, ideòque in plurimis Concilijs excomunicatur. *Baronius*.

1094. In Monaſterio Marciniacenſi in Gallia, recuſantibus Monialibus eggredi, licet data eis facultate à Legato Pontificio ob imminens periculum incendij, miraculosè liberantur. *Baronius*. Alphonſus Rex in Hiſpania inſignem de Saracenis victoriam reportat, occiſis 40. millibus, ſolis mille ex ſuis deſideratis. *Rogatis*.

1095. Urbanus ſecundus Concilium conuocat Placentię in Emilia, vbi conuenere 4. millia Clerici, & 30. millia Laici. In eadem Urbe aliud celebratum fuit Concilium anno 1132. *Baronius*. In Hiſpania Rodericus Diaz, dictus Cid, Reges 17. Saracenos ſuperat, & captiuos facit. *Rogatis t. 3. l. 5*.

1096. Cum Vrbanus ſecundus in Concilio Claremontano, celebrato poſt Placentinum in Decembri indixiſſet expeditionem contrà Infedeles ſub nomine Cruciatæ, hoc an-

no

A. Æ. C.

1096. no ad eam proceſſerunt ad 300. millia hominum. Hæc fuit prima Cruciata, ſiuè expeditio *Uallem. Baron.*

1097. Vrbanus ſecundus Salernum pergit, vbi Rogerium Calabriæ Comitem alloquitur, eique dediſſe priuilegium Monarchiæ aſſerunt aliqui, ſed id negat Baronius ad hunc annum. Idem Pontifex conuocat Concilium Barij in Apulia, vbi S. Anſelmus diſputauit contrà Græcos de proceſſione Spiritus Sancti. Moritur S. Margarita Scotorum Regina. *Baronius.*

1098. Chriſtiani Antiochiæ inſignem de Saracenis victoriam reportant, occiſis 100. millibus, ſolis 4. millibus ex noſtris deſideratis. S. Robertus Abb. Moliſmenſis iacit fundamenta Monaſterij Ciſtercienſis in Epiſcopatu Lingonienſi, cuius inſtituti poſt ipſum fuere propagatores S. Stephanus Abb., & S. Bernardus Abb. *Baronius.*

1099. Orto diſſidio inter Iuonem Carnutenſem, & Hugonem Legatum, Vrbanus aliquid humani eſt paſſus, ait Ricciol., & Iuo petit Epiſcopatus dimiſſionem. Urbano ſuccedit Paſchalis ſecundus. Chriſtiani Ieroſolymis potiuntur die 15. Iulij f. 6., & incipit Regnum Ieroſolimitanum. *Vallemontius.* Ioannes adhuc puer eligitur in Epiſcopum Aurelianenſem, de quo Iuo multa dicit. *Baronius.*

SÆCVLVM DUODECIMVM.

1101. ALexio Imperatore oculte Turcis fauente, & peſte graſſante, Chriſtiani in Oriente magnam cladem patiuntur. Genuenſis Claſſis potitur Antipatris, & Cæſarea, vndè Vas Smaragdinum Genuam transferunt. Moritur S. Bruno Cartuſiæ Fundator. Paſchalis ſecundus expeditionem ſecundam indicit ad recuperanda loca Sancta, cui nomen dedere 300. millia Gallorum. *Baronius. Vallemontius.*

Hen-

A.Æ.C.

1102. Henricus Imperator Henricum Patrem è throno eijcit, & Paſchalem Pontificem recognoſcere cogit. *Uallemontius.* Metildis confirmat donationem à ſe factam Romanę Eccleſiæ. *Baronius.*

1106. Moritur Henricus IV. Jmperator, cui ſuccedit Henricus V., & ipſe Pontificibus infeſtus. Philippo Regi Galliæ ſuccedit Ludouicus VI. eius filius. Paſchalis Pp. indicit Concilium Guaſtallæ ad Padi ripam. *Baronius.*

1109. Paſchalis Pp. excomunicat Alphonſum Aragoniæ Regem ob matrimonium contractum cum Vracâ filia Regis Caſtellæ, ei in tertio gradu conſanguinitatis coniunctâ. Moriuntur S. Anſelmus Epiſcopus, & Hugo Abb. Chluniacenſis. *Baronius.*

1111. Henricus Imperator Romam veniens Paſchalem, & plures Cardinales in carcerem trudit, & ab eis priuilegium Inueſtiturarum extorquet, quod poſteà per plura Concilia reuocatum fuit. *Baronius.* Hoc tempore etiam Rex Angliæ Pontifices vexabat.

1113. Monaſterium Chluniacenſe in Monte Tabor à Turcis euertitur, & omnes Monaci martyrio coronantur. S. Bernardus ingreditur Monaſterium Ciſtercienſe ſub S. Stephano Abb. cum eſſet annorum 22. *Ricciolius.*

1115. Comitiſſa Metildis annorũ 69. moritur Virgo, licet bis nupſiſſet. *Baronius.*

1117. Terręmotus per dies 40. Italiam vexat, & in Lombardia Pagum integrum aliò transfert. Cum Magnates Mediolanenſes in quadam turri eſſent congregati, audita eſt vox vocantis vnum ex ipſius, vt exiret, quo rectretante, apparuit vir, qui eum foris eduxit, ſtatimque turris corruit, & omnes alij ſub ea periere. *Baronius.* Cremonæ infans in faſcijs dixit Matri, ſe vidiſſe B. Virginem precantem filium ſuum, ne totum Mundum perderet, nec amplius locutus eſt vſq; ad præfinitum tempus. *Ricciolius.* Moritur S. Robertus inſtitutor Ordinis Fontis Ebraldi. *Baronius. Rainaudus.*

A.Æ.C.

1118. Paſchali ſecundo canonicè ſubſtituitur Gelaſius ſecundus, & à Schiſmaticis Gregorius VII. Gelaſius à Cencio Frangipani, & ab Henrico multa patitur. Templariorum Ordo inſtituitur. Moritur Alexius Imperator, cui ſuccedit Cono Ioannes filius ipſius. *Baronius*. Alphonſus Aragoniæ Rex potitur Saragoſâ, quæ ſub Maurorum poteſtate erat. *Rogatis*.

1119. Gelaſius ſecundus in Galliam proficiſcitur, & moritur in Monaſterio Chluniacenſi, eique ſuccedit Calixtus ſecundus. *Baronius*.

1121. Calixtus ſecundus Vormatiæ pacem init cum Henrico Imperatore. *M. S.*

1122. Calixtus Pp. conuocat Concilium in Laterano, & Henricus renuntiat inueſtituris, quare pax Eccleſiæ datur. *Baron.*

1124. Caliſto Pp. ſuccedit Honorius ſecundus non ſinè diſſidijs. Chriſtiani inſignem de Turcis victoriam reportant. *Baronius*.

1125. Henrico quinto Jmperatori ſuccedit Lotharius ſecundus Saxoniæ Dux. *Baronius*.

1130. Honorio ſecundo ſuccedit Innocentius ſecundus, ſed à Schiſmaticis eligitur Anacletus ſecundus, pro quo ſtetere Rugerius Dux Siciliæ, & Monaci Caſſinenſes, ſed S. Bernardus ſtetit pro Innocentio. Inſtituitur Ordo Hoſpitalariorum, qui nunc dicitur Equitum Melitenſium. *Baronius*.

1132. Innocentius Pp. Concilium celebrat Placentię, & in Roncalijs cum Lothario Rege Germaniæ alloquitur, deinde Piſis pacem init inter Piſanos, & Genuenſes, qui ei auxilium præbent ad recuperanda loca Pontificiæ ditionis. *Baronius*.

1133. Innocentius in ſua Sede reſtituitur à Lothario, quem Imperatorem coronat. *Baronius*.

1134. Celebratur Concilium Generale Piſis, præſente Innocentio Pp., & S. Bernardo. *Baronius*. Mortuo Alphonſo Rege Aragoniæ ſine prole, eligitur in Regem ipſius frater Ramirus Monacus, Abbas, Sacerdos, & Epiſcopus, qui Agnetem in vxorem ducit. *Rogatis*.

S.

A.Æ.C.

1135. S. Bernardus Guglielmum Aquitaniæ Comitem publicè redarguit. *Baronius*. Alphonſus Rex Caſtellæ acclamatur Imperator. *Rogatis t. 4. l. 2.*

1137. Ludouico VI. ſuccedit Ludouicus VII. ipſius filius. *Uallemontius*.

1138. Mortuo Petro Leone, qui dicebatur Anacletus, Schiſmatici in eius locum eligunt Gregorium Cardinalem, quem Uictorem nominant, ſed hic per S. Bernardum Jnnocentio reconciliatur, & finem habet Schiſma. Lothario Imperatori ſuccedit Conradus tertius Henrici V. Sororius, poſtpoſito Henrico Ducæ Bauariæ eiuſdem Genero. *Baronius*.

1139. Innocentius Pp. celebrat Romę Concilium 1000. Epiſcoporum, in quo damnatur Arnaldus de Brixia. *Baronius*. *Rainaudus*. Alphonſus primus Rex Luſitanię, inſigni victoriâ ſuperat quinque Reges Mauros, *Rogatis t. 4. l. 2.*

1143. Innocentio ſecundo ſuccedit Cæleſtinus ſecundus, eoque mortuo, anno ſequenti ſubſtituitur Lucius ſecundus, & poſt ipſum Eugenius tertius. Moritur etiam Ioannes Imperator Orientis, cui ſuccedit filius ipſius Manuel. *Baronius*.

1147. Operâ S. Bernardi publicatur Cruciata contrà Jnfideles. Dum Eugenius Pp. celebrare vult in Templo S. Genoueſæ Pariſijs, orta eſt contentio inter Papę Miniſtros, & Canonicos illius Eccleſię cum ſcandalo, & ideò, amotis illis, Eccleſia data fuit Canonicis Regularibus S. Auguſtini. Conradus Rex Romanorum, & Ludouicus Rex Galliæ pergunt in Paleſtinam, ſed infelici exitu, ob fraudem præcipuè Græcorum, & Imperatoris Manuelis. *Baronius*. Alphonſus Rex Luſitaniæ Vliſiponâ ponitur, quæ erat ſub Mauris. *Rogatis*.

1150. Gratianus Monacus Monaſterij S. Felicis Bononiæ publicat librum Decretalium, *Baron.*

1152. Cõrado III. Imperatori ſuccedit Federicus ſiuè Fridericus I. dictus Barbaroſſa Pontificibus infeſtus. *Vallemontius*.

A.Æ.C.

1153. Eugenio tertio ſubſtituitur Anaſtaſius IV., &, eo mortuo, anno ſequenti ſubſtituitur Adrianus IV. Moritur S. Bernardus Abb. *Baronius*.

1155. Arnoldus de Brixia, qui plures Pontifices vexauerat, Romæ ſuſpenditur, eiuſque Cineres in Tiberim proijciuntur. Fridericus, qui Pontifici Stratoris officio ſeruire recuſabat, errorem ſuum corrigit, & ab eo coronatur. *Baronius*.

1158. Fridericus in Italiam rediens Conuentum Principum, & Iuriſperitorum conuocat Roncaliæ inter Placentiam, & Cremonam ad decidendum: an Imperator ſit Dominus totius Orbis, quod, cum negaretur à Bulgaro, & affirmaretur à Martino Iureconſultis Bononienſibus, Imperator huic donauit Equum, cui inſidebat, quarè Bulgarus ait: Amiſi Equum, quia dixi æquum, quod non fuit æquum. *Baronius*. *Ricciolius*.

1159. Moritur Adrianus, qui multas habuit contentiones cum Friderico, & eligitur in eius locum Alexander tertius, ſed à Friderici ſectatoribus intruditur Octauianus, dictus Victor, quarè Fridericus conuocat Conciliabulum Papiæ, ibique citat Alexandrum, & Conciliabulum declarat Octauianum verum Pontificem, qui anno ſequenti aliud Conciliabulum conuocat Leodij, vbi idem confirmatur. Alexander ab alijs Principibus recognoſcitur, & excomunicat Fridericum, & Octauianum. Laudes Gallicanæ Eccleſiæ vide in Baronio anno 1160., & 1186.

1162. Alexander Pp. honorificè excipitur Genuæ in die S. Agathę, & in Galliam proficiſcitur, vbi Reges Gallię, & Anglię eum in Pontificem recognoſcunt. S. Thomas eligitur in Epiſcopum Cantuarienſem, & anno ſequenti Regis indignationem incurrit. *Baronius*. Hoc tempore inſtituitur Ordo Equitum Calatrauę in Hiſpania. *Rogatis t.* 4.

1164. Moritur Octauianus Lucę in Thuſcia, & Canonici Cathedralis, & S. Fridiani ei ſepolturam dare recuſant; ſed Schiſmatici ſubſtituunt Victorem tertium. Petrus Lombardus

Digitized by Google

A.Æ.C.

1164. bardus Epiſcopus Pariſienſis, dictus Magiſter ſententiarum, moritur. *Baronius*. Hoc tempore inſtitutus eſt Ordo Equitum S. Iacobi in Hiſpania. *Rogatis*.

1167. Fridericus Romam obſidet, quarè Alexander Pp. incognitus fugit Beneuentum, verùm, peſte graſſante in exercitu, Fridericus in Germaniam redire cogitur. *Baronius*.

1168. Fridericus ab Alexandro excomunicatur, & à Mediolanenſibus Papiæ obſidetur, vndè fugiens, in Germaniam, non ſine difficultate, ſe recipit. Mediolanenſes, Cremonenſes, & Placentini nouam Vrbem condunt inter tria flumina, quam Alexandriam vocant in honorem Alexandri Pp. *Baronius*.

1169. Tota Sicilia terręmotu concuſsâ, Catana penitus corruit, ne vnâ quidem domo ſuperſtite. *Baronius*.

1170. S. Thomas Cantuarienſis martyrio coronatur, & eodem anno moritur etiam Victor Antipapa, in cuius locum ſubſtituitur à Schiſmaticis Ioannes. Naſcitur S. Dominicus. *Baronius*.

1173. S. Thomas canonizatur ab Alezandro Pp., qui Henricum Regem abſoluit, ſed iuſto Dei iudicio patitur filium ſibi rebellantem. *Baronius*.

1175. Alexandria erigitur in Epiſcopatum, & à Friderico obſidetur, ſed S. Petrus viſibiliter eam deffendit. *Baron.*

1176. Fridericus, à Mediolanenſibus ſuperatus, ab Alexandro feriò petit pacem. *Baron.*

1177. Venetijs firmatur pax inter Alexandrum, & Fridericum, qui tamen iuramento non ſtetit. Preteiannes Rex Æthiopiæ petit à Pontifice inſtrui in fide. *Baron.*

1178. Chriſtianorum exercitus 10. millium hominum ſuperat exercitum Saladini 500. millium, occiſis 100. millibus. Benedictus Paſtor, Dei monitu, Auenione Pontem ſuper Rhodanum conſtruit *Baronius*. *Rainaudus*.

1179. Celebratur Concilium Lateranenſe 300. Epiſcoporum. Alphonſus 1., qui anno 1139. acclamatus fuerat in Regem Luſitaniæ confirmatur à Pontifice, & ipſe Regnum

A.Æ.C.

1179. gnum vectigalem facit Sedi Apoſtolicæ. *Baronius*. *Rogatis*.

1180. Ludouico VII. Regi Galliæ ſuccedit Philippus ſecundus eius filius. *Vallemontius*. Manueli Jmperatori Orientis ſuccedit Alexius Comenus. *Baronius*.

1181. Naſcitur S. P. Franciſcus. Alexandro III. ſubſtituitur Lucius ſecundus Lucenſis anno 1181.. Maronitæ Libanum incolentes, deteſtata hæreſi, Catholicam fidem amplectuntur. *Baron.*, & *Bernini*, *t.* 3.*f.* 244. *qui negat Maronitas hæreſis labe infectos fuiſſe*.

1183. Andronicus Alexium Imperatorem occidit, & ſe Imperatorem proclamat. Græci Conſtantinopoli Latinos mactant, ſed Latini fugientes per Propontidem paria reddunt. *Baron.*

1185. Jſacius Angelus Imperium Orientale inuadit, & Andronicus à Populo maximis iniurijs, & tormentis ad mortem vſque afficitur, quæ ille patienter tollerat. Moritur Lucius Pp., cuius Epitaphium vide hoc anno in Ricciolio. Succedit Vrbanus III. *Baronius*.

1187. Saladinus Ieroſolymam expugnat, quare Vrbanus III. ex dolore moritur, eique ſuccedit Gregorius VIII., eoque etiam mortuo, ſuccedit Clemens III. *Baron.*

1188. Ab omnibus Chriſtianis Principibus fit expeditio in Paleſtinam. In Gallia agitatur quæſtio: an aqua, vino mixta in Calice, conuertatur in ſanguinem. *Baronius*. *Bernini t.* 3.*f.* 258.

1189. Mortuo Uuilelmo Siciliæ Rege ſine prole, Henricus filius Friderici Imperatoris Regnum, ſibi debitum ob vxorem Conſtantiam mortui Regis conſaguineam, vindicare prętendit, ſed Tancredus illi obſtat, & fauente Pontifice, Regem ſe facit. *Baronius*.

1190. Ricardo Angliæ Rege in Sicilia hiemante, dum in Paleſtinam proficiſcitur, audit ab Abb. Ioachino multa ab eo falsò prophetizata. Chriſtiani duas inſignes de Turcis victorias obtinent in Paleſtina. *Baronius*. Moritur ibi Fri-

A.Æ.C.

1190. Fridericus Imperator, cui ſuccedit in Imperio Henricus filius, dictus v., ſed à Vallemontio vi.

1191. Clementi iii. ſuccedit Cæleſtinus iii., qui Romæ Henricum, & Conſtantiam vxorem coronat. Chriſtiani in Oriente alias duas de Turcis victorias obtinent, quas vide in Ricciolio. Ricardus Angliæ Rex, è Paleſtina reuertens in Angliam per Germaniam, à Leopoldo Duce Auſtriæ Viennæ capitur, & mittitur ad Henricum, Pontifex ideò Leopoldum excomunicat, quod ille contemnens, punitur à Deo varijs flagellis. *Baronius anno* 1195.

1193. Henricus Imperator Siciliæ Regnum inuadit, mortuo Tancredo, illiuſque vxorem, & filios ducit in Germaniam, deprædatis thæſauris Regijs. *Baronius*. Hoc tempore erant in Hiſpania quinque Reges, videlicet Legionenſis, Caſtellanenſis, Aragonius, Nauarrus, & Luſitanus, præter Reges Saracenos, *Rogatis t.* 4.

1194. Leopoldus Dux Auſtriæ punitur ob contemptam excomunicationem. *Rogerius*.

1195. Cæleſtinus Pp. excomunicat Henricum Imperatorem, eò quòd in carcere retineret Ricardum Angliæ Regem. *Baronius*.

1196. Bello inter Anglos, & Gallos ſæuiente, capitur ab Anglis Epiſcopus Belluacenſis, & Pontifice reclamante, Rex ad eum miſit arma, quibus Epiſcopus erat indutus, dicens: Vide an tunica filij tui ſit, an non? cui reſpondit, vt de eo faceret quidquid ipſi luberet. Henrico in Siculos, & Normandos ſæuiente, Conſtantia ipſius vxor contrà Maritum exercitum parat, eò quòd eſſet & ipſa ex ſanguine Normando. *Baron.*

1197. Henricus reconciliatur cum vxore, & Siculis, deindè moritur Meſſanç excomunicatus, quarè Cæleſtinus Pp. iubet ne ſepeliatur, niſi ad nutum Ricardi Regis Angliæ, & cum in teſtamento legaſſet Ordini Ciſtercienſi tria millia marcarum argenti, Monaci donationem recuſant, eò quòd eſſet ab excomunicato. *Baron.* Cæ-

A. Æ.C.

1198. Cæleſtinus Pp. moritur, cui ſuccedit Innocentius III. In Germania, ob Henrici mortem, alij eligunt in Imperatorem Philippum, alij Othonem, & hic à Pontifice confirmatur. *Vallemontius*. Alphonſus VIII. Rex Caſtellæ Blancam filiam dat in vxorem Ludouico VIII.. Hæc fuit poſteà Mater S. Ludouici Regis. *Rogatis*.

SÆCULVM XIIJ.

1201. PHilippus Rex Galliæ, repudiatâ illegitimâ vxore, legitimam reuocat, & à Pontifice abſoluitur ab Interdicto, cui totum Regnum ſuppoſuerat. *Rogerius*.

1202. Philippus potitur totâ Normandiâ, quæ per annos 316. ſteterat ſub Ducibus Normandis. *Vallemontius*.

1204. Occiſo Iſaaco Imperatore Orientis, Franci, & Veneti coronant Balduinum, ſed Græci in vrbe Niceæ ſalutant Imperatorem Theodorum Laſcaris, & ex tunc Orientale Imperium diuiſum eſt in Europæum, & Aſiaticum. Pariſijs publico edicto libri Ariſtotelis igne comburuntur. *Bernini t. 3. f.* 291. *Ricciol.*

1206. Balduino ſubſtituitur in Imperio Europæo Henricus eius frater. *Nicetas*.

1207. Hæreticis contemnentibus Feſtum S. Jo: Baptiſtæ, ex eorum manipulis ſanguis eggreditur. *Bernini t. 3. f. 266.*

1209. Otho coronatur ab Innocentio Pp. *Onuphrius*. S. P. Franciſcus ſuę regulę primam confirmationem obtinet, ordinemque inſtituit. *Vuadingus*.

1212. Alphonſus Rex Caſtellæ in Hiſpania inſignem de Mauris victoriam reportat, cęſis pluſquam 200. millibus, ſolis 25. Chriſtianis deſideratis, & ideò quot annis fit illius commemoratio ſub titulo triumphi Crucis. *Ricciolius*. *Rogatis t. 4. l. 3.* Tartari Aſſyriam, Meſopotamiam, & Moſcouiæ confinia depopulantur. Pueri per Galliam, & Germaniam congregantur ad eundum in Paleſtinam, vt

A.Æ.C.

1212. vt Crucem Domini recuperent, falsò credentes mare eſiccandum ad viam ſternendam, quarè Genuam peruenerunt ad 12. millia Peregrini. *Ricciolius*. *Dezza*.

1213. Othone à Pontifice excomunicato, & Imperio priuato; Aquiſgrani coronatur Fridericus ſecundus filius Friderici primi. Catholici de Albigenſibus inſignem victoriam reportant, occiſis pluſquam 20. millibus, & ſolis 7. ex Catholicis deſideratis. *Ricciol.* Inſtituitur Ordo Equitum Alcantarę. *Rogatis t.* 4.

1215. Celebratur Concilium Generale Lateranenſe quartum Ecumenicum 12. *Coriol.*

1216. Jnnocentio III. ſuccedit Honoricus III. Pp. *Ricciolius*. Mortuo Henrico Imperatore, Conſtantinopolis eligitur Petrus Contenæus Comes Andegauenſis Gallus Maritus Jolantę filię Henrici. *Vallemontius*. *Gregoras*.

1217. Henricus Rex Caſtellę decennis ludens in area ex tegulæ cadentis ictù moritur, cui ſuccedit Ferdinandus III. *Rogatis*.

1218. Jn Friſia centena hominum millia ob maris inundationem pereunt, & anno 1277. ibidem 33. pagi ſunt demerſi propè Endem. *Trithemius*.

1219. Damiata à Chriſtianis expugnatur cum ex 70. millibus Ciuium, ſola tria millia viua remanſerint, quibus Io: Brena Rex Ieroſolymorum pepercit, ea conditione, vt à cadaueribus vrbem purgarent. *Tarcagnotta*.

1220. Robertus Petri Jmperatoris Conſtantinopoli filius coronatur Romæ, cum Pater ipſius biennió antè captus fuiſſet à Theodoro Laſcaris, & in carcerem truſus. *Nauclerus*.

1221. Moritur S. Dominicus, & Septæ in Africa martyrio coronantur ſeptem Fratres Minores. *Vuadingus*.

1222. Theodoro Laſcaris ſuccedit in Imperio Aſiatico Ioannes III. Terræmotu concuſſa ſunt Germania, Cyprus, vbi duæ vrbes colapſæ, & Italia, vbi Brixia ferè tota fuit ſubuerſa. Naſcitur S. Thomas Aquinas. *Ricciolius*.

Tt Phi-

A.Æ C.

1223. Philippo Galliæ Regi ſuccedit Ludouicus VIII. eius filius, & Pater S. Ludouici IX.. Honorius III. confirmat diplomate regulam Fratrum Minorum. *Uuadingus*.

1224. S. P. Franciſcus Sacris Stigmatibus inſignitur. Firmatur pax inter Anglos, & Gallos. *Ricciolius*.

1226. Moritur S. P. Franciſcus, & Ludouicus VIII. ex propinato veneno, eique ſuccedit S. Ludouicus IX. ſub tutela Matris Blanchæ. Honorius III. excomunicat Fridericum ſecundum Imperatorem. *Vallemontius*.

1227. Honorio III. ſuccedit Gregorius IX. *Ricciolius*.

1229. Roberto Contenæo Imperatori Europæo ſuccedit Balduinus ſecundus eius filius. *Sabellicus*. Auctoritate Pontificia annullatur matrimonium Iacobi Regis Aragoniæ cum Eleonora, legitimo tamen declarato Alphonſo ab eis nato *Rogatis t.* 4.

1230. Confirmatur ordo B. Mariæ de Mercede à S. Petro Nolaſco inſtitutus. Alphonſus Rex Legionis vnà cum filio Ferdinando Rege Caſtellæ Mauros ingenti prælio ſuperat, captis vrbibus munitiſſimis, & paulò poſt, Alphonſo defuncto, vtrumque Regnum Legionis, & Caſtellæ vniuntur. *Rogatis*.

1231. Moriuntur S. Antonius Paduanus, & S. Eliſabet filia Regis Ungariæ. Inſtituitur ordo Seruorum B. Virginis. *Vuadingus*.

1233. Diuiſâ Italiâ in factiones Guelfam, quæ Pontifici, & Gibellinam, quæ Imperatori adherebat, Gregorius IX. Pontifex per Concionatores illas euellere conatur, & Canones in libros 5. Decretalium à S. Raimundo digeſtos iubet in Scholis explicari. Uetat prætereà Jus Ciuile Pariſijs, & in locis propinquis explicari. *Platina*.

1236. B. Iordanus Generalis Dominicanorum naufragio perit vnà cum 102. alijs.

1237. Ferdinandus Rex Caſtellæ recuperat à Mauris Cordubam, quæ ſub eorum Dominio ſteterat annis ferè 500. *Rogatis tom.* 4.

Iaco-

A.Æ.C.

12,8. Iacobus Rex Aragoniæ recuperat à Mauris Balleares, & Uallentiam. *Rogatis t. 4.*

1240. Creſcentibus in dies diſſidijs inter Pontificem, & Imperatorem Fridericum, Mediolanenſes occupant Ferariam, eiq; auctoritate Pontificia, preficiunt Azonem Eſtenſem. *Sabellicus. Platina.*

1241. Gregorio IX. ſubſtituitur Cęleſtinus IV., eoque mortuo, poſt menſes 18. eligitur Sinibaldus Fliſcus, qui dictus fuit Innocentius IV. anno 1243. *Ricciol.*

1243. Robertus de Sorbona Pariſijs fundat Collegium Theologorum ſub eius nomine nuncupatum. *Uallemontius, ſed Ricciolius id ſtatuit anno* 1253.

1244. Coraſmiani à Tartaris ex Perſide eiecti, occupant Paleſtinam, & Chriſtianos mactant, quo audito S. Ludouicus Galliæ Rex vouet, ſi ſanitatem recuperet, ad eos pellendos ſe in Paleſtinam profecturum. *Uallemontius.* Innocentius IV. Genuâ pertranſit, vbi infirmatur, & ad Monaſterium Ciſtercienſium propè Sextum ſe confert pro valetudinario. *Ex lapide ibi poſito.*

1245. Innocentius IV. celebrat primum Concilium Generale Lugdunenſe, in quo excomunicat Jmperatorem Fridericum ſecundum, eumque priuat Jmperiali dignitate. Dat etiam pileum rubrum Cardinalibus. *Ricciol.* S. Ludouicus præficitur bello ſacro.

1246. Iacobus Rex Aragonię excomunicatur ab Innocentio IV., eo quod Epiſcopo Gerundino linguam euelli iuſſiſſet. *Rogatis t. 4.*

1248. Ferdinandus Rex Caſtellæ Hiſpalim expugnat, poſtquam annis fere 500. fuiſſet ſub poteſtate Maurorum. *Rogatis t. 4.* Principes Germaniæ eligunt in Regem Romanorum Guglielmum Hollandiæ Comitem, Friderico, & Conrado eius filio reluctantibus. *Bzouius. Spondanus.*

1250. Fridericus ſecundus à Manfredo eius filio notho ſuffocatur. S. Ludouicus à Saracenis captus redimitur, reſtituta Damiatâ, & dato prætio 400. millia librarum ar-

A.Æ.C.

1250. genti ſingulis annis. *Vallemontius*. Iudęi in Paſchate puerum Chriſtianum ſeptennem lancea perfodiunt, poſtquam Cruci affixerant. *Annales Aragoniæ*.

1251. Innocentius IV. Conradum Friderici ſecundi filium excomunicat. Florentini, eiectis Gibellinis, Rempublicam conſtituunt. Jn Gallijs quidam Vngarus, collectis 60. millibus Ruſticis, & Opilionibus, qui ſe Paſtorellos dicebant, ſub prætextu recuperandi loca Sancta, totam Galliam depopulantur, verum, Vngaro occiſo, omnes diſſipantur. *Ricciolius*.

1252. Hoc eodem anno moriuntur S. Clara, S. Petrus Martyr Dominicanus, & Ferdinandus Sanctus Rex Caſtellæ, cui ſuccedit Alphonſus Aſtronomus. Ugo Cardinalis Bibliam diſtinguit in capita, & verſus, nec non Concordantijs illuſtrat. *Genebrardus*.

1253. S. Ludouicus Iudęos è tota Gallia expellit, ijs tantum relictis, qui victum manibus lucrabantur. *Ricciol.*

1254. Innocentius IV. Neapolitanum Regnum occupat, & ibidem moritur. Hic Pontifex in ſui aſſumptione inſtituit Feſtum Natiuitatis B. Virginis. Præterea, ob merita Regum Galliæ erga Romanam Eccleſiam, concedit indulgentiam dierum 10. pro ipſis pręcantibus. Succedit Alexander IV.. Alphonſus Rex Caſtellę repudiat Violantem vxorem ob ſterilitatem, vt ducat Chriſtianam, ſed interim, inuenta grauida Uiolante, Chriſtiana nubit fratri ipſius Alphonſi. *Rogatis t. 5., & Ricciol.*

1255. Guglielmus Rex Romanorum occiditur, & vacat Imperium vſque ad Rodulphum eligendum an 1273.. Poſt Io: Ducam Imperatorem Aſiaticum, ſuccedit filius ipſius Theodorus Laſcaris, qui coronatur Niceæ in Bithinia. *Nicephorus*.

1258. Tartari Perſianum Regnum inuadunt, & occupant vſque ad annum 1350. *Genebrardus*.

1260. Mortuo Theodoro Laſcaris, ſuccedit Jo: Ducas iunior filius ipſius ſexennis ſub tutela Michaelis Palęologi, qui,

occiſo

A.Æ.C.

1260. occiſo pupillo, & fugato Balduino ſecundo Contenxo Imperatore Europęo, ſe totius Orientis Imperatorem facit, & Imperium Gręcis reſtituitur poſtquam diuiſum ſtetiſſet annis 56., & totidem regnaſſet familia Laſcaris, familia verò Contença Galla annis 44. *Nicephorus*. Moritur Ezelinus Lombardię Tirannus, vt prędixerat S. Antonius Paduanus. *Ex Chronicis FF. Minorum*.

1261. Alexandro IV. ſuccedit Vrbanus IV.. Michael Paleologus Cōſtantinopolim recuperat, & ſequitur pedeſter currum, in quo erat Imago S. Virginis, ſed paulò poſt Ioannem Ducam pupillum iam excæcatum morti tradit. *Nicephorus*.

1263. Albertus Magnus, abdicato Epiſcopatu Ratisbonenſi, Coloniam redit ad docendam Theologiam. *Ricciolius*. Amurath Turca in Europam venit. *Ex tabula Chronol.*

1264. Urbanus IV. inſtituit Feſtum Corporis Chriſti, &, eo mortuo, anno ſequeni eligitur Clemens IV. inſignis moderationis erga Conſanguineos, vt etiam fuerunt Adrianus IV. Io: XXII., Benedictus XII.. Inſuper Innocentius XI., & Jnnocentius XII. *Coriolanus*.

1265. Inſighem de Mauris victoriam reportat Alphonſus Rex Caſtellæ æque bellicoſus, ac doctus, is enim vicibus quaturdecim legerat totam Diuinam Scripturam, & inſignis fuit Mathematicus. Carolus Comes Andegauenſis frater S. Ludouici Regis, & Pater S. Ludouici Epiſcopi, auctoritate Pontificia, eligitur in Regem vtriuſque Siciliæ, impoſito ei vectigali 40. millia aureorum. *Coriolanus*.

1268. Conradinus Friderici ſecundi Nepos, & Conradi filius ad Lacum Fucinum à Carolo Andegauenſi pręlio ſuperatur, &, agnitus ex annulo, capitur, annoque ſequenti Neapoli publicè ſecuri percutitur vnà cum Duce Auſtriæ. Moritur Clemens IV., & Sedes vacat per menſes 33. S. Ludouicus recuſat facultatem ſibi datam à Pontifice nominandi ad Eccleſiaſtica beneficia. *Ricciolius*.

S

A.Æ.C.

1270. S. Ludouico IX. ſuccedit Philippus primogenitus, & Robertus alter filius in vxorem ducit Beatricem Borboniam, à quibus originem habet familia Borbonia. *Vallemontius*.

1271. Ad ſuaſionem S. Bonauenturæ Cardinales eligunt in Pontificem Gregorium X. Placentinum, qui pacem inter Genuenſes, & Venetos ſollicitat. *Platina*.

1273. Eligitur in Imperatorem Rodulphus Comes Habſpurgenſis, à quo originem ducit familia Auſtriaca. Hic ab Otocoro Rege Boemiæ abſtulit Auſtriam, quam dedit filio ſuo Alberto. Gregorius Pp. Cardinalem creat S. Bonauenturam. *Coriolanus*. *Vallemontius*.

1274. S. Thomas Aquinas moritur dum pergit ad Concilium ſecundum Lugdunenſe, in quo præfuit S. Bonauentura, qui ibidem obijt. *Coriolanus*.

1275. Rodulphus cædit Pontifici Exarcatum Rauennæ. Gregorio X. ſuccedit Innocentius V., & poſt hunc Adrianus V. Fliſcus, quo etiam mortuo, eligitur Joannes 20., vel 21. Moritur Iacobus Aragoniæ Rex poſt conditas bis mille Eccleſias in honorem B. Virginis, & de illius vita dici poteſt: ſunt bona mixta malis. *Rogatis*.

1277. Otho Uicecomes Mediolanum occupat, cum eſſet Archiepiſcopus, & illius Vrbis Principatus diù ſtetit in hac familia. Joanni 21. ſuccedit Nicolaus tertius Vrſinus, qui regulam S. P. Franciſci explicauit. Hoc tempore FF. Minores erant Lectores Sacri Palatij. *Coriolanus*. Moritur Hermannus Fraticellorum Auctor Hereſiarca. *Ricciolius*.

1278. Tartari, ſuperato muro, Cinenſium Regnum inuadunt, & in eo dominatur familia Iuen Tartara per annos 89. Jdem accidit anno 1645. *Vallemontius*.

1281. Nicolao tertio ſuccedit Martinus IV. Moritur Albertus Magnus. *Ricciolius*.

1282. Die 30. Martij feria 2. Paſchatis hora Veſpertina in Sicilia mactantur omnes Galli ad 8. millia. *Vallemontius*. *Vide infra anno 1572., & ſuprà 1011. vbi ſimilis mactatio habetur*.

Mar-

A Æ.C.

1285. Martino IV. ſubſtituitur Honorius IV. Sabellus, & Philippo III. Galliæ Regi Philippus IV. eius Primogenitus. Carolus verò Valeſius natu ſecundus fundat familiam Valeſiam regnaturam anno 1328 Petrus Aragoniæ Rex moritur anathemate irretitus, eique ſuccedit Alphonſus ſecundus; moritur etiam Carolus Rex vtriuſque Siciliæ, cui ſuccedit ipſius filius Carolus Claudus, qui anno præcedente captus fuerat à Rogerio de Auria Præfecto Claſſis Regis Aragoniæ. *Rogatis*.

1287. Honorio IV. ſubſtituitur Nicolaus IV. Minorita. Uuernerus puer Chriſtianus acubus à Iudæis occiſus miraculis claret. *Tritbemius*.

1290. Nicolaus IV. recuſat confirmare tranſactionem factam à Carolo Claudo cum Aragoniæ Rege, & illum creat Regem vtriuſque Siciliæ, hinc bellum illi cum Aragoniæ Regibus. *Sabellicus*.

1291. Captâ à Melech Turca Ptolemaide, tota Syria à Chriſtianis amittitur, & hoc pacto finem habet bellum ſacrum, quod durauerat per 200. ferè annos. Rodulpho Imperatori ſuccedit Adulphus de Naſau. Moritur Nicolaus IV. Pp. *Ricciolius*.

1294. Poſt menſens 27. à morte Pontificis eligitur S. Celeſtinus V., qui poſt aliquot menſes Pontificatui renuntiat, & eligitur Bonifacius VIII. Caietanus. Domus Deiparæ, quæ anno 1291. ex Nazareth ab Angelis fuerat translata in Illiricum, hoc anno prius in Siluam Viduæ nomine Laureta, & paucis poſt menſibus in locum, vbi nunc eſt translata fuit ab ijſdem Angelis. *Ricciolius*. Florebat hoc tempore Raimundus Lullus.

1295. Genuenſes vnius menſis ſpatio armant 165. triremes, & 150. Naues cum 45. millibus hominum contrà Venetos. *Ricciolius*. Alonſus de Guſman in defenſione Tariffæ à Mauris obſeſſæ inſigne præbet exemplum fortitudinis, volens potius filium ſuum ab hoſtibus occidi, quam Vrbem dedere. *Rogatis t. 5. l. 2.*

Occiſo

A Æ C.

1298. Occiſo Adulpho Imperatore, eligitur Albertus Dux Auſtriæ. Bonifacius VIII. publicat librum ſextum Decretalium. *Ricciolius*.

1299. Bonifacius VIII. extinguit Fraticellos, & prohibet ne mortuorum cadauera aliò transferenda vino excoquantur, quod factum fuerat de Corpore S. Ludouici, vt tunc erat in vſu. Idem Pontifex inſtituit Iubilæum centeſimo quoque anno celebrandum, quod Clemens VI. ad annos 50., Vrbanus VI. ad 33., Paulus ſecundus ad 25. redegit. *Ricciolius*.

1300. Incipit Turcarum Monarchia ſub Ottomano Imperatore. *Vallemontius*.

SÆCVLVM XIV.

1301. BOnifacius VIII. excomunicat Philippum Galliæ Regem non ob votum non perſolutum, vt vult Valemontius, ſed ob diſſidia pro Eccleſiaſticis Iuribus, & ob Epiſcopum Appamęnſem carceri mancipatum. *Spondanus*.

1302. Albis ſtantibus pro Gibellinis, & Nigris pro Guelfis recrudeſcit factio in Italia. Vſus acus Magneticæ publicatur apud Europæos operâ Flauij Melphitani, quam artem Vallemontius vult delatam fuiſſe vnà cum typographia, & puluere pyrio ex Sina per Odericum, vel Marcum Polum, qui ibidem fuerant, cum Tartari anno 1278. Sinarum Regnum inuaſerunt. Bonifacius VIII. Philippum Regno priuat. *Ricciolius*.

1303. Bonifacius VIII. opera Philippi Regis in carcerem truditur, vbi męrore conſumptus moritur. Huius Pontificis Corpus anno 1605. integrum fuit repertum. In eius locum eligitur Benedictus IX., vel vndecimus Dominicanus. Epiſcopus Morianenſis prædicit Philippo nihil proſperi deinceps ei obuenturum, quod verificatum fuit, tribus eius filijs mortuis ſine prole. *Spondanus ad annum* 1303.

Mor-

A.Æ.C.

1304. Mortuo Benedicto Pp., Sedes vacat per menſes xI., & anno ſequenti elegitur Clemens v. abſens nominatus à Philippo Rege. Idem Philippus inſignem de hoſtibus victoriam reportat ope B. Uirginis, occiſis 36. millibus hoſtium, ſoliſque 1500. deſideratis ex ſuis. *Balinghen*.

1305. Clemens V. Cardinales Lugdunum vocat, & coronatur præſentibus Regibus Galliæ, Angliæ, & Aragoniæ, ſedemque transfert Auenionem, vbi ſtetit annis 71. *Platina*.

1306. Moritur S. Nicolaus Tolentinas. Clemens V. Templarios extinguit, multis, ob crimen Hæreſeos, exuſtis, eorumque Magnus Magiſter, dum ad ſupplicium ducitur Pontificem, & Regem Galliæ ad Dei tribunal citat. *Ricciol.*

1308. Occiſo Alberto Imperatore, qui Boemiam Rodulpho filio aquiſiuerat, eligitur Henricus vII. Luxemburgenſis. Io: Duns Scotus moritur Coloniæ. Ueneti occupant Ferrariam, eiecto Franciſco Eſtenſe, ideòque à Pontifice excommunicantur. *Ricciolius*. Hoc anno incipit Heluetiorum confœderatio.

1309. Equites Hoſpitalarij Rhodum Inſulam expugnant poſt annos duos obſidionis, à qua anno 1522. à Solimano fuerunt expulſi. *Ricciolius*.

1310. Inſtante Philippo Galliæ Rege, vt Bonifacius vIII. damnaretur, cauſa committitur Theologis, pleriſque Gallis, qui eum Catholicum, & verum Pontificem declarant. Io: Rex Armeniæ cedit Regno, vt Ordinem FF. Minorum profiteatur. *Ricciolius*.

1311. Celebratur Concilium Generale Viennæ in Gallia, in quo damnantur Templarij, Beguardi, & Beguinæ. *Acta Conc.* Henricus Jmperator hyemat Genuæ. *Platina*.

1312. Moritur Henricus vII. in Oppido Bonconuentus in Thuſcia. Moritur etiam Ferdinandus Rex Caſtellæ citatus ad Dei tribunal à duobus Fratribus, quos ad mortem damnauerat, eique ſuccedit Alphonſus xI. *Mariana*.

1314. In Germania eliguntur in Jmperatores Ludouicus Bauarus, & Federicus tertius Auſtriacus, vnde bellum inter eos.

A.Æ.C.

1314. *Nauclerus*. Moritur Clemens V., & Sedes vacat per menſes 27. Moritur etiam Philippus Rex Galliæ, cui ſuccedit in Regno Ludouicus x. Uthinus eius primogenitus. *Vallemontius*.

1315. Peſte, & fame in Italia graſſante, ferè tertia pars hominum perit, & quidam non abſtinent à vorandis filijs, cadaueribus, & ſtercore. *Spondanus*:

1316. Eligitur in Pontificẽ Ioannes xx1., vel, vt alij volunt, xx11., qui, reiecta electione Ludouici Bauari, Federicum tertium Auſtriacum Imperatorem declarat. Ludouicus Galliæ Rex moritur ex veneno, cui ſuccedit Philippus Longus ipſius frater, reiecta ob legem Salicam Ioanna Ludouici filia. *Vallemontius*.

1317. Ioannes Pap. præcipit Clementinas explicari in Scholis. *Ricciolius*.

1319. Ordo Militum Jeſu Chriſti inſtitutum in Luſitania, ditatur à Io: Pp. bonis Templariorum in illa regione exiſtentium. Inſtituitur Ordo Monacorum Montis Olíueti in Agro Senenſi. *Ricciolius*.

1321. Conſtantinopoli obſeſſa ab Andronico Andronici Imperatoris Nepote, equus pictus in aula cum imagine S. Georgij auditus eſt hinnire die, noctuque, vt fecerat ante annos 117., cum Balduinus illam vrbem occupauit. *Ricciolius*. Iudæi in Galliam reuocati, de veneno immiſſo in fontibus, & puteis ſuſpecti, in perpetuum eijciuntur. *Genebrardus*. Ioannę in India Orietali martyrio coronantur FF. Thomas, Iacobus, Petrus, & Demetrius Ordinis Min. *Martyrol. Franciſ.*: *Idibus Aprilis*.

1322. Philippo Longo Regi Galliæ ſuccedit Carolus iv. ipſius frater. Ludouicus Bauarus grandi prælio ſuperat Federicum Auſtriacum, cumque capit. *Nauclerus. Onuphrius*.

1323. Io: xx11. Pp. mandat Ludouico Bauaro, vt ſe abdicet Imperio, Franciſcani, præcipuè Gulielmus Ochamus adhęrent Ludouico, & ideò hic excommunicatur. *Tritbemius*.

Et-

A.Æ.C.

1323. Ethna mons nigerrimo cinere Melitam inſulam oplet. *Galzius*.

1325. Ludouicus Bauarus apellat ad Concilium,& ideò ex comunicatur. Recrudeſcit bellũ inter Anglos, & Gallos. *Bzouius*.

1326. Iſabella vxor Eduardi ſecundi Regis Angliæ, cum illi eſſet inuiſa, in Galliam ſe recipit apud Carolum Regem fratrem vnà cum Eduardo III. filio, cum quo in Angliam rediens cum copijs, Maritum bello captum cogit Regno abdicare. *Polydorus*. Iacobo Aragoniȩ Rege defuncto ſuccedit Alphonſus natu minor, excluſo Iacobo maiori. *Rogatis*.

1328. Moritur Carolus IV. Rex Galliæ, & in eo deficit primus ramus lineæ Capetæ, ideoque Regnum tranſit ad Philippum Valeſium Patruelem trium Regum prædeceſſorum. Hic Rex primus omnium vectigalia impoſuit in Gallia. *Athl. Temp. Vallemontius*. Ludouicus Bauarus contrà Pontificis voluntatem Romæ coronatur, & eligendum curat in Pſeudo Pontificem Petrum de Corbaia, dictum Nicolaum V. ex ordine Minorum. *Onuphrius*. Ludouicus Gonzaga, occupata Mantua, ibi Principatus fundamenta iacit. *Nauclerus*.

1329. Alphonſus X. Rex Caſtellæ, Leonorȩ de Guſman amoribus irretitus, de ea plures filios ſuſcipit. *Rogatis t.* 5. Nicolaus Antipapa à Piſanis in carcerem truditur. Petrus Cunerius Aduocatus Regius Pariſijs coram Rege contendit omnem Iuriſdictionem Epiſcopis eſſe adimendam, verùm Rex iudicat in fauorem Epiſcoporum, & ideò dictus eſt Catholicus. *Ricciolius*. Eduardus Angliæ Rex Lutetiam petit ad prȩſtandum obſequium, vulgo *omaggio*, Philippo VI. coram Regibus Nauarræ, Boemiȩ, & Ballearium. *Foreſti*.

1330. Nicolaus Antipapa Auenionem ductus Papatui renuntiat, & in carcere moritur. *Coriol.*

1331. Orchades Turcarum Rex Nicæam Bitiniæ expugnat. *Ricciolius*. Inſignem victoriam Ladiſlai de Crucigeris vide in Bzouio, & Ricciol.

A.Æ.C.

1334. Moritur Ioãnes XXII. nonagenarius, cui ſuccedit Benedictus X., vel XII. *Ricciolius*.

1336. Sultanus Ægypti cuſtodiam S. Sepulchri octo Fratribus Minoribus committit. *Munſter*.

1338. Petrarcha in Capitolio Romano coronatur Poetarum Princeps. *Platina*. Agmina locuſtarum deuaſtant Poloniam, Vngariam, & Boemiam. *Bonfin.*

1339. Reges Caſtellę, & Luſitaniæ inſignem de Saracenis victoriam reportant, cæſis 400. millibus, ſolis 15., vel 20. ex noſtris deſideratis, ideòque illius memoria quot annis celebratur die 30. Octobris ſub titulo triumphi Crucis. *Rogatis*.

1342. Mortuo Benedicto X., ſuccedit Clemens VI. Omnes FF. Minores Conuentus Amalechi à Tartaris martyrio coronantur. *Vuandingus*.

1346. Clemens Pp. excomunicat in Cæna Domini Ludonicum Bauarum, eumque Imperio priuat, & eligitur Carolus Lutzemburgenſis. Pontifex Alphonſo Caſtellæ Regi acquiſitionem Inſularum Fortunatarum confirmat. *Mariana*. Bartholomęus Sumard. Germanus adinuenit artem Pulueris Pyrij, & Bombardarum. *Athl. Temp. Vallemontius*. Philippus VI. Galliæ Rex ab Anglis prælio vincitur, cæſis Gallorum 30. millibus peditum, & 1200. Equitibus. *Vallemontius*.

1347. Moritur Ludouicus Bauarus, & Gulielmus Ochamus illius ſtipendiarius. Clemens VI. Pp. concedit Regibus Galliæ communionem ſub vtraque ſpecie, quo priuilegio vtuntur tantùm in Coronatione, & pro Viatico. *Gualterius*.

1349. Humbertus Delphinus Principatum Delphinatus vendit Regi Galliæ ſub conditione, vt Primogenitus vocetur Delphinus, & ipſe Ordinem Dominicanum amplectitur. *Genebrardus*. Peſtis tertiam partem hominum in Europa deuaſtat. *Trithemius*.

Cle-

A.Æ.C.

1350. Clemens Pp. Iubilæum ad annos 50. reducit. Mortuo Philippo VI. coronatur Ioannes I. eius filius. *Vallemontius.*

1352. Clementi VI. ſuccedit Jnnocentius VI. *Ricciolius.* Petrus Caſtellæ Rex, Mariæ Padiliæ amoribus irretitus, non curat de Blanca vxore, quam tandem repudiat, vt matrimonio iungatur Ioannæ de Caſtro; *Rogatis t. 5. quem vide.*

1356. Gallis conditiones pacis ab Anglis exhibitas recuſantibus, Angli in deſperationem adducti præliantur apud Pictauium, Galloſque cædunt, capto Ioanne Rege, quem in Angliam deducunt. *Vallemontius.*

1357. Ioannes Paleologus, Joanne Cantacuſeno in Monaſterium detruſo, potitur Imperio, opera Genuenſium, quibus ideò donat Inſulam Lesbos. *Blandus. Genebrardus.*

1358. Amurates Turcarum Imperator cum nauibus Genuenſium in Thraciam traijcit. *Spondanus*, ſed vide quid contrà illum dicat Hieronymus Arminius Genuenſis.

1362. Innocentio VI. ſuccedit Vrbanus V. Abbas S. Victoris Marſiliæ. *Ricciolius.*

1364. Mortuo in Anglia Ioanne Rege Galliæ, regnat Carolus V. eius filius. *Vallemontius.*

1365. Henricus nothus inſurgit in Petrum Caſtellæ Regem omnibus exoſum, & eum è Regno pellit. Petrus rediens Regnum recuperat, pulſo Henrico, qui in Hiſpaniam rediens, Petrum prælio vincit, & occidit anno 1369. *Rogatis t. 6. Ricciol.*

1370. Moritur S. Caſimirus Poloniæ Rex vltimus ex progenie Plaſtra, quæ regnauerat per annos 528., cui ſuccedit Ludouicus Vngariæ Rex filius Eliſabethæ ſororis Caſimiri. Mortuo Vrbano V. ſubſtituitur Gregorius XI. *Ricciolius.*

1372. Ferdinandus Luſitaniæ Rex ducit in vxorem Eleonoram Tellam Meneſes Concubinam, eamque Reginam declarat, & quià hæc iam nupſerat alteri viro, Romæ primum matrimonium annulari curat. *Rogatis t. 6.* Or-

do

A. Æ.C.

1372. do S. Birgittæ à Gregorio XI. confirmatur. *Ricciolius*.

1376. Gregorius XI. ad ſuaſionem S. Catharinæ Senenſis, & Baldi Iureconſulti Sedem Pontificiam Romam transfert, poſt annos 70., quibus fuerat Auenionem tranſlata. *Platina*.

1378. Gregorio XI. ſuccedit Vrbanus VI., ſed, orto ſchiſmate, eligitur Clemens VII. Antipapa, durauitque ſchiſma per annos 50. Carolo Jmperatori ſuccedit Venceſlaus eius filius. *Ricciolius*.

1379. Genuenſes, victis Venetis, potiuntur Foſſa Clodia, vulgo *Chioggia*, & Venetias etiam cæpiſſent, niſi duras nimis conditiones Uenetis propoſuiſſent; ideò illi ſe defendunt, præcipuè puluere pyrio, & Bombardis eo tempore inuentis. *Iuſtinianus*.

1380. Moritur Carolus V. Rex Galliæ, duobus filijs relictis, videlicèt Carolo VI., qui poſt ipſum regnauit, & Ludouico Duce Aurelianenſi Auo Ludouici XI., & Proauo Franciſci primi ſuo tempore regnaturi. Naſcitur S. Bernardinus. *Ricciolius*.

1381. Jn Gallia à plebe, & à Miniſtris tumultuatum eſt ob non ſoluta ſtipendia, & aucta grauamina, licèt Carolus V. prędeceſſor reliquiſſet in Ærario 18. milliones aureorum. *Gaguinus*.

1382. Ioanna Regina Neapoli præfocatur eodem in loco, vbi præfocandum iuſſerat Andreaſſum Coniugem, & Maria Ioannæ ſoror capite plectitur. *Pandulphinus*.

1385. Moritur Ludouicus Hungariæ Rex Maritus ſororis S. Caſimiri, relicta ſola prole fæminea, Maria videlicet nupta Sigiſmundo filio Caroli IV. Imperatoris cum dote Regni Vngariæ, & Heduige nupta Iagellono Duci Lituaniæ, qui Chriſtianam fidem amplectitur, cum dote Regni Poloniæ, & hoc pacto ſtirps Plaſtra coniuncta eſt ſtirpi Iagellonæ, quæ per annos 185. Regnum Polonię gubernauit, & defecit in Io: Caſimiro, in Poloniæ Regem anno 1648. electo. *Foreſti*.

Ioan-

Digitized by Google

A.Æ.C.

1386. Ioannes Rex Luſitanię ad Aliubanotam inſignem de Ioanne Rege Caſtellæ filio Henrici victoriam reportat. *Rogatis t. 6. l. 2.*

1387. Petrus IV. Rex Aragoniç citatus intrà ſexageſimum diem ad Chriſti tribunal à Curatoribus Eccleſiæ Taraconenſis, cuius Patrimonium vſurpauerat, ipſo vadimonij die moritur anno 1387. *Ricciolius in indice Regum.* Moritur Carolus Rex Nauarræ exuſtus à linteis aqua ardenti madidis. *Ricciolius.*

1389. Urbanus VI. Iubilęum reducit ad an 33., illudque indicit pro anno ſequenti, ſed 15. Octobris moritur, eiq; ſuccedit Bonifacius IX. *Ricciolius.*

1393. Mortuo Clemente VII. Antipapa, Schiſmatici illi ſubſtituunt Petrum de Luna Aragonium, qui dictus fuis Benedictus XIII. *Ricciolius.*

1394. Bonifacius IX. inſtituit annatas, ideſt redditus primi anni beneficiorum vacantium Ærario Pontificio applicandos pro neceſſitate belli contrà Infideles. *Athlas Temp.*

1395. Judæi ex Gallia ſępè eiecti, & iterum recepti, hoc anno penitus expelluntur. *Genebrarbus.*

1397. Tamerlanes Tartarorum Rex propè Montem Stellam in finibus Galatię ſuperat Baiazetem Turcarum Regem, occiſis 200. millibus Turcarum, captoque Baiazete, quo vtitur pro ſcabello ad conſcendendum equum. *Æneas Sylutus.*

1400. Depoſito Venceſlao Imperatore ob eius vitia, eligitur Robertus Comes Palatinus, ſiuè Dux Bauariç. *Vallemont.*

SÆCVLVM XV.

1403. MOrtuo Tamerlano, Solimanus Baiazeti filius magnam Regni partem recuperat. *Hyſtoria Turcarum.*

1404. Bonifacio IX. ſuccedit Innocentius VII. *Ricciolius.*

1406. Innocentio VII. ſuccedit Gregorius XII. *Ricciolius.*

Ce-

A.Æ.C.

1409. Celebratur Concilium Piſanum, in quo deponuntur Gregorius XII., & Benedictus XIII., licèt reluctantes, & eligitur Alexander V. Minorita, quo mortuo, eligitur anno ſequenti Ioannes XXI., vel vt alij volunt XXIII. *Platina*.

1411. Mortuo Roberto Imperatore, eligitur Sigiſmundus Ungariç Rex, qui in Italiam veniens conuenit cum Pontifice de indicendo Concilio Conſtantienſi. *Foreſti*.

1415. Congregato Concilio Conſtantienſi anno prçterito, hoc anno priuantur Pontificia dignitate Benedictus XIII., Gregorius XII., & Ioannes XXIII. Poſt duos annos eligitur Martinus V., & ceſſat Schiſma. Imperator erigit in Ducatum Sabaudiam. *Vallemontius*.

1417. Inuentio Inſularum Heſperidum vulgo *Iſole fortunate* ſub auſpicijs Catharinç Reginæ Caſtellæ. *P. Ronius*.

1422. Poſt infçliciſſimum Regnum, moritur Carolus VI. Rex Galliæ, qui fuit ſpiritu debilis, cum Matre crudeli, vxore peſſima, Patruis ambitioſis, Miniſtris violentis, & ſubditis ſeditioſis. Succedit Carolus VII. eius filius. *Vallemontius*.

1423. Ioanna Darcia, dicta Puella Aurelianenſis, pugnat contrà Anglos Aurelianum obſidentes, & vrbem liberat, Regemque ducit Rhemis, vt vngatur, & coronetur, poſteà ab Anglis capta, vt Maga comburitur, ſed, auctoritate Sedis Apoſtolicæ, innocens iudicatur. *Annales Francorum*.

1430. Philippus Dux Burgundiç inſtituit ordinem Velleris aurei. *Ricciolius*.

1431. Martinus V. indicit Concilium Generale primùm Papiç, deindè Senis, & tandèm Baſilçç, ſed ipſe moritur, electo in eius locum Eugenio IV. *Acta Concilij*.

1435. Concilium Baſilienſe damnat errores Auguſtini de Roma. Alphonſus Rex Aragoniæ capitur à Claſſe Genuenſi propè Caietam. *Sabellicus, Iuſtinianus, & alij*.

Cum

A.Æ.C.

1437. Cùm Concilium Baſilienſe anno præterito decreuiſſet, vt electiones Prælatorum ità fierent à Capitulis, vt Papa nullatenus ſe in illas intromitteret, nec aliquid reciperet in confirmatione, Carolus VII. hoc anno, ad preces Cleri Gallicani Bituricis congregati, per Pragmaticam ſanctionem decernit, vt id inuiolabilitèr obſeruetur, quod decretum publicatum fuit Pariſijs anno 1439., ex quo damnatę fuerunt annatę à Bonifacio 9. anno 1394. inſtitutę, & à Carolo VI. anno 1406. damnatę. *Cauſſinus. Coriolanus. Adrianus Iacquesbot in Pragmatica Sanctione, & alij.*

Aduertendum hoc Concilium Baſilienſe damnatum fuiſſe ab Eugenio IV., & tranſlatum Ferariam.

1438. Concilium à Feraria transfertur Florentiam, Baſilææ remanentibus Schiſmaticis. Florentiæ fit vnio Eccleſiæ Græcę cum Latina. Poſt Sigiſmundum Imperatorem, eligitur Albertus Auſtriacus, in qua familia Imperialis dignitas adhuc perſeuerat. *Ricciolius*. Conciliabulum Baſilienſe, quià anno præcedenti Eugenius IV. citatus non comparuerat, illum priuat dignitate, & anno ſequenti eligit in Pſeudopapam Amadæum Sabaudum, dictum Felicem V. *Acta Concilij*.

1439. Moritur Albertus Imperator, cui ſubſtituitur Federicus III. *Ricciolius*.

1440. Io: Guttembergh Mogontinus adinuenit artem Typographiæ, quam Io: Fauſtus ampliauit an. 1452. *Vallemont*.

1444. Ladiſlaus Vngariæ Rex Amuratti fidem frangit, & ab eo ad Vuarnam fluuium ſuperatur. Æneas Siluius à Secretis Concilij Baſilienſis Concilium improbat, quod etiam confirmauit electus in Pontificem. *Platina*. Moritur S. Bernardinus. *Ricciolius*.

1445. Ioanni Paleologo ſubſtituitur in Imperio Orientis Conſtantinus XV. illius frater, qui fuit vltimus in illa dignitate. *Nauclerus*.

A.Æ C.

1447. Eugenio IV. ſubſtituitur Nicolaus V. Sarzanenſis, qui Bibliothecam Vaticanam mirificè ampliauit, & Aquam Claudiam ab Appio Claudio an. P. I. 4402. Romam deductam, reſtaurauit. *Platina*.

1448. Mortuo Philippo Vicecomite Duce Mediolanenſe ſuccedit Franciſcus Sfortia, qui illius filiam notham in vxorem duxerat *Sabellicus*.

1449. Felix Antipapa Nicolao V. reconciliatur, & ab eo Cardinalis creatur. *Genebrardus*.

1452. Octo Judæi puerum Chriſtianum in odium Chriſti cruci affigunt, apertòque eius pectore, ſanguinem in vaſe reponunt, quo cibos condiunt, quam immanitatem alter ex illis execratus, comedere tamen coactus, tanta nauſeâ eſt affectus, vt per plures dies cibos guſtare non potuerit, ideò in Hiſpaniam ſecedens Chriſti fidem amplexus eſt. *Hiſtoria Sauonenſis ex Vigliegas, & Alphonſo in Fortalitio fidei*. *Vide ſuprà an.* 1250. 1287., & 1475.

1453. Mahumetes Turcarum Rex Conſtantinopolim expugnat die 29. Maij feria 3.. Conſtantinus cum 40. millibus Chriſtianis occiſus perit, & ceſſat Imperium, quod à dedicatione illius vrbis ſteterat annis 1122. *Uallemontius*.

1455. Nicolaus V., concluſa pace inter Principes Italos, excluſis Genuenſibus, moritur, cui ſuccedit Caliſtus III. Borgia. *Ricciol.*

1456. Huniades Belgradum defendit cohortante milites S. Io: Capiſtrano, & inſignem de eis victoriam reportat die 6. Auguſti, quare Caliſtus inſtituit eo die feſtum Transfigurationis Domini. *Genebrardus*. Die 5. Decembris in Regno Neapolitano terræmotu obiere ad 60. millia hominum. *Maiolus*. Caliſtus Pp. inſtituit ſonitum Campanæ in meridie ad excitandos fideles ad orandum Deo contrà Turcas *Platina*.

1458. Alphunſo Regi Aragoniæ ſuccedit Joannes ipſius frater, & Caliſto III. ſubſtituitur Æneas Siluius dictus Pius ſecundus *Ricciolius*.

Mor-

A. Æ.C.

1461. Mortuo Carolo VII. Rege Galliæ, coronatur Ludouicus XI. eius filius, de quo ait Vallemontius regnaſſe abſque conſilio, abſque iuſtitiâ, abſque recta ratione. Hic ad ſuaſionem Pij ſecundi Pragmaticam ſanctionem, à Carolo VII. anno 1437. ſtatutam, abrogauit, renuente tamen Parlamento. *Iacquebotb de pragmatica ſanctione.*

1463. Ludouicus XI. ad Fontem Rabię cum Henrico Caſtellæ Rege congreditur, qui volens Ludouico adulari, tranſacto flumine Vidaſſo, ſtetit in territorio Gallico. Similem congreſſum vide anno 1023. inter Henricum V. Imperatorem, & Robertum Galliæ Regem ſuper Moſam, necnon anno 1661. inter Philippum IV., & Ludouicum XIV. *Ricciolius.*

Moritur S. Didacus, ſanctificandus anno 1588. à Sixto V.

1464. Pius ſecundus, dum Anconæ parat claſſem contra Turcas, moritur, cui ſubſtituitur Paulus ſecundus *Ricciol.*

1466. Moriantur Georgius Scanderbecus, & Franciſcus Sfortia, cui ſuccedit Io: Galeatius. *Ricciolius.*

1470. Turcæ Venetis eripiunt Eubæam Inſulam, in quo bello periere Turcarum 42. millia, & Chriſtianorum 30. millia *Girardus.*

1471. Paulus ſecundus Borſum Eſtenſem creat Ferariæ Ducem, deindè moritur, cui ſuccedit Sixtus IV. *Ricciol.* Luſitani Guineam detegunt Gradibus 12. vltrà Æquatorem. Ludouicus XI. inſtituit Salutationem Angelicam ad ſonitum Campanę in meridiè. *Petrus Mattæi.*

Aduertendum Ludouicum præcepiſſe in Gallijs, quod Caliſtus iàm ordinauerat in Italia anno 1456.

1474. Mortuo Henrico IV. Caſtellę Rege, & excluſâ vnicâ illius filia Iſabellâ, vtpotè creditâ ſuppoſititia, Regnum deuoluitur ad Iſabellam Henrici Sororem, quæ iam nupſerat Ferdinando V. Regi Aragonię, & hoc pacto vnita ſunt Regna Hiſpanię in vnum. *Rogatis.*

1475. Celebratur Iubilæum, quod ad annos 25. fuerat à Paulo ſecundo redactum. Iudęi Tridenti puerum Chriſtia-

A.Æ.C.

1475. num nomine Simonem in Paraſceue martyrio afficiunt. Stephanus Moldauiæ Deſpota cum exercitu 30. millia hominum Turcas fere 120. millia interimit. *Cromerus*.

1477. Ludouicus XI. ſtationes Curſorum (*vulgò poſte*) primus inſtituit. *Ricciolius*.

1478. Inſtituitur Inquiſitio in Italia, Gallia, Germania, & Hiſpania contrà Iudæos, & Mauros, primuſque Inquiſitor fuit Thomas de Turrecremata Dominicanus. *Ricciolius*.

Florentiæ Pazij coniurant in Laurentium, & Iulianum Mediçeos, quorum primus leuiter vulneratur, ſecundus verò occiditur; ſed Franciſcus Saluiati Archiepiſcopus Piſanus vnus ex coniuratis ſuſpendio damnatur, vnà cum alijs multis, & Cardinalis Riarius carceri mancipatur, ideò Pontifex vrbem totam excomunicat. *M. S.*

1480. Achmetes Baſſa Rhodum obſidet, quam Petrus Albuſſonius defendit, cęſis Turcarum 30. millibus, Turca verò indè recedens Hydruntum capit, & Apuliam depopulatur. *Sabellicus*.

1481. Moritur Machometes Turcarum Imperator, dictus Magnus, quià duo Jmperia Conſtantinopolitanum, & Trapezuntinum ſubiecerat, eique ſuccedit Baiazetes. Moritur etiam Renatus Prouinciæ Comes, qui Prouinciam Regi Galliæ legat. *Ricciolius*. Io: Picus Mirandulanus floret.

1482. Baiazetes dono mittit Petro Albuſſonio Magno Magiſtro Æquitum Rhodianorum manum S. Io: Baptiſtę, quę ex Antiochia Conſtantinopolim fuerat tranſlata anno 956. Hic Albuſſonius fundauit Genuæ Collegium S. Ioannis ad perſoluendas Deo Laudes propè Sacellum S. Io: Baptiſtæ. R*icciol.*, *& Iuſtin.*

1483. Ludouicus XI., poſtquam ex Italia in Galliam acerſiuit S. Franciſcum de Paula, vt ei ſanitatem à Deo impetraret, moritur, cui ſuccedit Carolus VIII. eius filius. *Genebrardus*. Naſcitur Iſlebij Martinus Luterus die 22. Octobris, vel 10. Nouembris.

Sixto

Digitized by Google

A.Æ.C.

1484. Sixto IV. ſuccedit Innocentius VIII., ex familia Cibò, Genuenſis. Luſitani adinueniunt Regnum Congi. Hiſpani ad Malacam [*vulgo Malega*] inſignem de Saracenis victoriam reportant, capto eorum Rege Boadilla. *Regatis*.

1486. Maximilianus operâ Ferdinandi Jmperatoris ipſius Patris, renunciatur Rex Romanorum. Georgius Trapezuntius doctiſſimus, in extrema ſenectute, doctrinę ſuę, immò etiam ſui nominis oblitus, moritur. *Genebrardus*.

1492. Ferdinandus, & Jſabella Reges Hiſpaniarum Granatam expugnant, & finem habet in Hiſpania Regnum Maurorum, quod ſteterat annis 777., vel 778. Rex omnes Mauros, & Hebręos ex Hiſpania exulare iubet, niſi Chriſti fidem amplectantur, quarè abiere ad 170. millia familię. *Uide etiam ad annum* 1610. Chriſtophorus Columbus adinuenit nouum orbem ſub auſpicijs Reginæ Iſabellę. Innocentius Pp. moritur: cui ſuccedit Alexander VI. Borgia. *Ricciol.*

1493. Ferdinando Imperatori ſuccedit Maximilianus. Alexander VI. confirmat Regibus Ferdinando, & Iſabellę acquiſitionem Indiarum Occidentalium, ductâ lineâ à polo ad polum, quæ tranſiret 100. leucis, ſiuè milliaribus 400. vltrà Heſperides. *Ricciol.* Carolus VIII., dum pergit ad acquiſitionem Regni Neapolitani, pugnat ad Tarum fluuium cum Franciſco Gonzaga Duce exercitus Venetorum. *Tarcagnotta*.

1495. Carolus VIII. Regno Neapolitano potitur, & ex tunc cępit cognoſci lues Gallica, ſed in reditu ad Fornouum propè Tarum denuò pugnat cum hoſtibus, ei iter præcludere volentibus, ſed fruſtrà; nam, licèt minori numero militum, eos cędit, & iter proſequitur. *Tarcagnotta*. Alexander VI. lineam Alexandrinam producit ad leucas 270. vltrà Heſperidas. *Ricciolius*. *Uide de hoc Uallemontium*.

Ann.

A ÆC.

1496. Americus Veſpucius Americam detegit, & Uaſcus Gamma Promontorium bonę ſpei pertranſit. Rex Luſitaniæ pellit omnes Iudęos. *Ricciolius*.

1497. Vaſcus Gamma Indias Orientales detegit, & eodem anno naſcitur S. Franciſcus Xauerius. *Ricciolius*.

Moritur Carolus VIII. ſinè filijs, eique ſuccedit Ludouicus XII. Nepos Ludouici Aurelianenſis, filij Caroli V., & fratris Caroli VI. *Uallemontius*.

1498. Poloni inſigni pręlio mactant Tartarorum 60. millia. *Cauſinus in Ephemeride*.

1500. Gandaui naſcitur Carolus V. ex Philippo Maximiliani Imperatoris filio, & Ioannâ filiâ Ferdinandi, & Iſabellę Hiſpaniarum Regum. Fortuitò detegitur Braſilia. *Ricciol.*

SÆCULUM XVI.

1501. Galli, Hiſpani, & Jtali contrà Turcas profecti ad Mytilenem cæduntur, dum Veneti cum Turcis pacem ineunt. Jn Germania ſanguinea pluuia, & cruces in veſtibus apparent. *Ricciolius*.

1502. Conſaluus Ferdinandi Dux Gallos duobus prælijs victos à Regno Neapolitano omninò pellit, quod ſimul aquiſiuerant, Alphonſo Rege eiecto, anno 1499. *Guiciardinus*.

1503. Moritur Alexander VI. ex veneno illi per errorem propinato, & eligitur Pius tertius, eoque mortuo, ſubſtituitur Iulius ſecundus Genuenſis. *Ricciolius*.

1504. Moritur Iſabella Caſtellæ Regina, relictis hæredibus Ferdinando marito, & Ioanna filia, donec Carolus V. Ioannæ filius adoleſceret. *Guiciardinus*.

1505. Martinus Luterus annorum 22. à fulmine, quod ſocium occiderat, perterritus, D. Auguſtini Ordinem profitetur. *Ricciolius*. Iulius ſecundus concedit Monacis Congregationis S. Iuſtinæ Abbatiam Caſſinenſem, qui ideo dicti ſunt Monaci Caſſinenſes.

Mo-

A. Æ. C.

1506. Moriuntur Philippus Pater Caroli v., & Chriſtophorus Columbus. Iulius ſecundus Bononiam recuperat. *Platina*. Eius iuſſu inchoatur Baſilica S. Petri, Architecto Bramante. *Caramuel.*

1507. Die 2. Aprilis in Paraſceue moritur S. Franciſcus dè Paula Minimorum Fundator. *Ricciolius*.

1508. Cameraci fœdus ineunt Iulius ſecundus, Maximilianus Imperator, & Ludouicus XII. contrà Uenetos vulgò dictum (*la Lega di Cambrai*). Armorici, & Normandi adinueniunt Canadam vulgò *la Nuoua Francia*. *Ricciolius*.

1509. Exercitus Gallus contrà Venetos miſſus, eos ſuperat in prælio die 14. Maij propè Caſſanum, Triuiglium, & Riuoltam ſiccam paſſibus 200. ab Abdua flumine. *Cælius Rodiginus, & Ricciolius*. Eodem fere in loco pugnarunt exercitus Galliſpanus, & Auſtriacus anno 1705. die 16. Auguſti.

1510. Iulius II. exterorum Principum exercitus timens, declinat ad Venetos. *Guiciardinus*.

1511. Imperium diuiditur in 10. Circulos. Iulius II. perſonaliter Mirandulam expugnat. *Guiciardinus*.

1512. Die 11. Aprilis in Paſchate adinuenitur Florida. Galli Rauennam expugnant, & deſtruunt. Florentini Medicæis ſe ſubdunt. Iulius II. inchoat Concilium Lateranenſe. *Ricciolius*.

1513. Moritur Iulius II., cui anno ſequenti ſuccedit Leo X. Medicæus. Operâ Ludouici XII., & Maximiliani Imperatoris congregatur Concilium Piſis contrà Pontificem, quod Leo X. reprobauit, & Cardinales, qui in eo interuenerant errorem ſuum confeſſi ſunt. *Coriolanus*.

1514. Moritur Ludouicus XII. ſinè prole, & ei ſuccedit Franciſcus primus Conſanguineus, vtpotè deſcendens à Ludouico Duce Aurelianenſi per Ioannem, & Carolum. Die 10. Decembris Leo X. Bononiæ excipit Franciſcum primum, qui ei promittit abolitionem Pragmaticæ Sanctionis, de qua egimus anno 1437., accepta viciſſim facultate nominandi

A ÆC.

1496. Americus Veſpucius Americam detegit, & Uaſcus Gamma Promontorium bonę ſpei pertranſit. Rex Luſitaniæ pellit omnes Iudęos. *Ricciolius*.

1497. Vaſcus Gamma Indias Orientales detegit, & eodem anno naſcitur S. Franciſcus Xauerius. *Ricciolius*.

Moritur Carolus VIII. ſinè filijs, eique ſuccedit Ludouicus XII. Nepos Ludouici Aurelianenſis, filij Caroli V., & fratris Caroli VI. *Uallemontius*.

1498. Poloni inſigni pręlio mactant Tartarorum 60. millia. *Cauſinus in Ephemęride*.

1500. Gandaui naſcitur Carolus V. ex Philippo Maximiliani Imperatoris filio, & Ioannâ filiâ Ferdinandi, & Iſabellę Hiſpaniarum Regum. Fortuitò detegitur Braſilia. *Ricciol.*

SÆCULUM XVI.

1501. Galli, Hiſpani, & Jtali contrà Turcas profecti ad Mytilenem cæduntur, dum Veneti cum Turcis pacem ineunt. Jn Germania ſanguinea pluuia, & cruces in veſtibus apparent. *Ricciolius*.

1502. Conſaluus Ferdinandi Dux Gallos duobus prælijs victos à Regno Neapolitano omninò pellit, quod ſimul aquiſiuerant, Alphonſo Rege eiecto, anno 1499. *Guiciardinus*.

1503. Moritur Alexander VI. ex veneno illi per errorem propinato, & eligitur Pius tertius, eoque mortuo, ſubſtituitur Iulius ſecundus Genuenſis. *Ricciolius*.

1504. Moritur Iſabella Caſtellæ Regina, relictis hæredibus Ferdinando marito, & Ioanna filia, donec Carolus V. Ioannæ filius adoleſceret. *Guiciardinus*.

1505. Martinus Luterus annorum 22. à fulmine, quod ſocium occiderat, perterritus, D. Auguſtini Ordinem profitetur. *Ricciolius*. Iulius ſecundus concedit Monacis Congregationis S. Iuſtinæ Abbatiam Caſſinenſem, qui ideo dicti ſunt Monaci Caſſinenſes.

Mo-

A.Æ.C.

1506. Moriuntur Philippus Pater Caroli v., & Chriſtophorus Columbus. Iulius ſecundus Bononiam recuperat. *Platina*. Eius iuſſu inchoatur Baſilica S. Petri, Architecto Bramante. *Caramuel*.

1507. Die 2. Aprilis in Paraſceue moritur S. Franciſcus dè Paula Minimorum Fundator. *Ricciolius*.

1508. Cameraci fœdus ineunt Iulius ſecundus, Maximilianus Imperator, & Ludouicus XII. contrà Uenetos vulgò dictum (*la Lega di Cambrai*). Armorici, & Normandi adinueniunt Canadam vulgò *la Nuoua Francia*. *Ricciolius*.

1509. Exercitus Gallus contrà Venetos miſſus, eos ſuperat in prælio die 14. Maij propè Caſſanum, Triuiglium, & Riuoltam ſiccam paſſibus 200. ab Abdua flumine. *Cælius Rodiginus*, & *Ricciolius*. Eodem fere in loco pugnarunt exercitus Galliſpanus, & Auſtriacus anno 1705. die 16. Auguſti.

1510. Iulius II. exterorum Principum exercitus timens, declinat ad Venetos. *Guiciardinus*.

1511. Imperium diuiditur in 10. Circulos. Iulius II. perſonaliter Mirandulam expugnat. *Guiciardinus*.

1512. Die 11. Aprilis in Paſchate adinuenitur Florida. Galli Rauennam expugnant, & deſtruunt. Florentini Medicæis ſe ſubdunt. Iulius II. inchoat Concilium Lateranenſe. *Ricciolius*.

1513. Moritur Iulius II., cui anno ſequenti ſuccedit Leo X. Medicæus. Operà Ludouici XII., & Maximiliani Imperatoris congregatur Concilium Piſis contrà Pontificem, quod Leo X. reprobauit, & Cardinales, qui in eo interuenerant errorem ſuum confeſſi ſunt. *Coriolanus*.

1514. Moritur Ludouicus XII. ſinè prole, & ei ſuccedit Franciſcus primus Conſanguineus, vtpotè deſcendens à Ludouico Duce Aurelianenſi per Ioannem, & Carolum. Die 10. Decembris Leo X. Bononiæ excipit Franciſcum primum, qui ei promittit abolitionem Pragmaticæ Sanctionis, de qua egimus anno 1437., accepta viciſſim facultate nominandi

A.Æ.C.
1514. nandi ad beneficia, & hoc eſt Concordatum, de quo Hiſtorici, & præcipuè Hęretici oblatrant Pontificem ceſſiſſe ſpirituale pro temporali, videlicet ius eligendi pro annatis. *Vallemontius*. Ricciolius. *Iacquebotk*.
1516. Moritur Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, cui Pontifex anno 1492. *Catholici* nomen dederat, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis. Succedit Carolus quintus. R*icciolius*.
1517. Finis imponitur Concilio Generali Lateranenſi, in quo decreta fuit Cruciata contra Turcas, & , ob publicationem Indulgentiarum Dominicanis demandatam, incipit debaccari Martinus Luterus. R*icciolius*. Carolus v. ex Hiſpania eijcit reliquias Saracenorum ad 40000. familias. *Uuolfangus Deslerus*.
1519. Maximiliano Jmperatori ſuccedit Carolus v., licèt Franciſcus primus illam dignitatem optaret. Ferdinandus. Magallanicus detegit frætum Magallanicum, & Ferdinandus Corteſius Mexico potitur. R*icciolius*.
1520. Luterus à Leone x. excomunicatur. Carolus v. coronatur Imperator Aquiſgrani. Selinus Turcarum Imperator moritur, cui ſuccedit Solimanus ſecundus. R*icciolius*.
1521. Oritur bellum inter Carolum v., & Franciſcum 1. duraturum annos 38.. S. Jgnatius Loiola ictu bombardæ vulneratur. Moritur Leo x. R*icciolius*.
1522. Eligitur Pontifex Adrianus vi. Belga. Turcæ Rhodum expugnant annis 213. poſtquam ab Equitibus Rhodianis fuerat capta. Genua ab exercitu Caroli 5. diripitur. *Iuſtin*.
1523. Eligitur in Pontificem poſt Adrianum 5. Iulius Medicæus filius Iuliani, qui anno 1478. occiſus fuerat à Coniuratis, & dictus eſt Clemens vii. *M.S.* Carolus Borbonius deficit à Rege Galliæ, & adhęret Carolo v.
1524. P. Martinus de Valentia cum Socijs duodecim ad Mexicum appellit, vbi milliones quatuordecim Infidelium ad fidem conuertit. *Martyrolog. Franciſcanum pridie Kalend. Septembris fol. 398*.

Dum

A.Æ.C.

1525. Dum Franciſcus Galliæ Rex Ticinum obſidet, à Ducibus Caroli v. capitur, & in Hiſpaniam abducitur, vbi, poſt grauem infirmitatem, & menſes 13. carceris, liberatur, duriſſimis tamen ſub conditionibus, quas poſteà Parlamentum reiecit, & ideò bellum recrudeſcit. Ordo Capuccinorum inſtituitur à F. Matheo à Baſſio. *Ricciolius*.

1527. Ferdinandus Caroli v. Frater coronatur in Regem Boemiæ, & Vngariæ. Borbonius Dux exercitus Caroli v. Romam obſidet, & expugnatam diripit, ipſo tamen mortuo ictu ſchlopi. Clemens VII. Pp. in carcerem truditur, ſed Carolus v. ob dolorem direptæ Urbis ſinè eius mandato, non vult agi dies feſtos ob Natiuitatem Philippi ſecundi eius filij primogeniti. *Ricciolius*.

1528. Andreas de Auria Claſſis triremium Gallicarum Præfectus deficit à Franciſco primo, & adhęret Carolo v.. Die 12. Septembris Genuam in libertatem ponit. *Iuſtin.*

1529. Spirę expoſito edicto Uormatienſi contrà Nouatores, Elector Saxoniæ, & Lantgrauius Haſſiæ in illud proteſtantur, vndè nomen Proteſtantium Hæreticis. Firmatur pax inter Carolum v., & Franciſcum I.. Solimanus Viennam obſidet, ſed recedere cogitur die 18. Octobris. *Ricciolius*.

1530. Carolus v. Bononiæ coronatur à Clemente VII. Equites Rhodiani Melitam Inſulam ingrediuntur illis datam à Carolo v.. In Comitijs habitis Auguſtæ reijcitur Confeſſio ab Hæreticis oblata, ideò dicta: Confeſſio Auguſtana. Proteſtantes Smalchadiæ fœdus ineunt contrà Catholicos. *Guiciardinus*.

Die 8. Octobris Tyberis inundatio Romæ, & die 5. Nouembris Oceanus in Batauia ad 72. Parochias inundat, occiſis 100. hominum millibus. *Iacobus Philippus Bergomenſis*.

1532. Henricus Rex Anglię Catharinam Sororem Caroli v. repudiat, licèt ex ea habuerit Mariam legitimam filiam, & ducit Annam Bolenam. Ariadenus Mithylenęus dictus Barbaroſſa Algerium expugnat. Solimanus veniens iterum ad obſidendam Uiennam cum 200. millibus arma-

A.Æ C.

1532. torum, adueniente Carolo v. cum 100. millibus, retrocedit. *Guiciardinus*.

1533. Henrico Valleſio Franciſci Galliæ Regis minori filio deſpondetur Catharina Neptis Clementis VII. Pp. futura Mater infęlix trium Regum. Moritur Ferrariæ Ludouicus Arioſtus Poeta. Anna Bolena coronatur Regina, & parit Eliſabetham. *Ricciolius*.

1534. Barbaroſſa oras Latij, & Liguriæ terret, necnon Tunetum capit. Henricus VIII. ſe caput Eccleſiæ Anglicanæ nominat. Clementi VII. ſuccedit Paulus III. Farneſius. S. Ignatius iacit prima ſuæ Societatis fundamenta. *Ricciolius*.

1535. Genebenſes, eiecto Epiſcopo, nouę Reipublicæ Hæreticæ fundamenta iaciunt, ibique ſe transfert anno ſequenti Caluinus. Carolos v. Tunetum expugnat. Mortuo Franciſco Sfortia, Carolus v. Mediolanenſem Ducatum Regi Hiſpaniarum adiudicat. Henricus VIII. multos Catholicos martyrio coronat, inter quos Thomam Morum, & Epiſcopum Ruffenſem.

1536. Moritur Franciſcus Delphinus non ſinè ſuſpicione veneni. Anna Bolena capite plectitur. Eraſmus Roterodamus moritur Baſileæ. *Ricciolius*.

1537. Paulus III. indicit Generale Concilium, quod tandem Tridenti celebratum fuit. Hæretici duo Conciliabula faciunt Smalchaldiæ, & ad Concilium venire recuſant. Alexander Florentiæ Dux occiditur, eique ſuccedit Coſmas. Ethna ignes euomit, ſed Catanenſes illis velum S. Agathę opponunt, & pręſeruantur, vt acciderat an. 254.. Uide ſupra Ricciol.

1538. Paulus III., Carolus v., & Franciſcus I., Nicæam Prouinciæ conueniunt. Carolus in Hiſpaniam pergens tempeſtate iactatus ad Foſſas Marianas amicè à Franciſco I. excipitur. Octauius Farneſius ducit in vxorem Margaritam filiam Notham Caroli v., viduam Alexandri Medicæi occiſi. *Ricciolius*.

Ca-

A.Æ.C.

1539. Carolus v. in Flandriam pergens pertranſit Pariſijs, vbi benignè excipitur à Franciſco I.. Moritur Iſabella Caroli v. vxor. *Ricciolius*.

1540. Henricus VIII. morti damnat Thomam Cromuelium ſuorum ſcelerum miniſtrum, & Catharinam Hauuardam quintam vxorem ob ſuſpicionem adulterij, ducens Catharinam Parram viduam. *Ricciolius*.

1541. In Comitijs Ratiſponenſibus Io: Echius diſputat cum Melanctone Hæreſiarca. Carolus v. cum Andrea de Auria claſſis triremium Præfecto, Algerium inuadit infælici exitu. S. Franciſcus Xauerius ſoluit Vliſypona in Indiam nauigaturus. Ferdinandus Budam obſidet, ſed à Solimano ingenti clade afficitur. F. Ambroſius Paulonus Valentiæ ſanctè moritur. *Vide Ricciol. hoc anno*.

1542. Concilium conuocatur Tridentum, vbi Hęretici non comparent. Galli vocant Turcas in auxilium contrà Hiſpanos. *Ricciolius*.

1543. Carolus v. Buxeti Paulum III. alloquitur ſecunda vice. Barbaroſſa Rhegium Calabriæ diripit, & deindè Nicæam vnà cum Gallico exercitu deuaſtat, ſed fruſtrà arcem obſidet. Hermannus Epiſcopus Colonienſis ad Luterum deficit, & ideò Epiſcopatu priuatur. Eum imitatus eſt anno 1583. Gherardus Thrachinus illius ſucceſſor. *Ricciolius*.

1544. Tartarorum Rex cum 1800. millibus armatorum Regnum Cinenſium inuadit, & Pechinum obſidet, ſed amiſſis 750. millibus obſidionem ſoluit. *Vide alios exercitus in Ricciol. an.* 1548., *&* 1549.

1545. Concilium Tridentinum inchoatur die 13. Decembris, Hæreticis illi ſtare recuſantibus, & ideò Carolus v. in eos bellum parat. *Ricciol.*

1546. Islebij moritur Martinus Luterus, vbi natus erat anno 1483., repertus ſuffocatus in lecto. Idem acciderat anno 1531. OEcolampadio. *Ricciolius*.

A.Æ.C.

1547. Moritur Franciſcus I., cui ſuccedit Henricus ſecundus ipſius filius. Moritur etiam Henricus VIII. Angliæ Rex. Petrus Aloyſius Farneſius à Coniuratis occiditur Placentię, cui ſuccedit filius ipſius Octauius. Carolus V. inſignem de Hæreticis victoriam reportat, & idem accidit Luſitanis in India contrà Mauros. Auguſtæ publicatur Decretum dictum *Interim*. Barbaroſſa moritur Conſtantinopoli.

1548. Philippus II. Genuâ pertranſit, & alias Italię vrbes inuiſit. Sigiſmundo Poloniæ Rege mortuo, ſuccedit Sigiſmundus Auguſtus, vltimus ex ſtirpe maſculina Iagellona, ipſius filius. Ricciol.

1549. Mortuo Paulo III., anno ſequenti eligitur Iulius III. *Ricciolius*.

1552. Henricus ſecundus Gallię Rex Metas, Tullum, & Verdunum Imperio eripit, Lotharingiam inuadit, eiuſq; Ducem nouennem Pariſios abducit. Carolus V. menſe Octobris Metas obſidet, ſed, ingruente hyeme, obſidionem ſoluit, & ex tunc cępit fortuna ab eo declinare. Moritur in Inſula Sanciano S. Franciſcus Xauerius, & Uenetijs F. Mathęus à Baſſio, campanis ſpontè ſonantibus. *Annales Capuccinorum*.

1553. Moritur Eduardus Rex Anglię Henrici VIII. filius, cui ſuccedit Maria Soror nata ex Catharina Auſtriaca legitima vxore. Hæc Catholicam Religionem profitetur. Michael Seruetus Geneuæ comburitur ob blaſphemias in Sanctiſſimam Trinitatem, ſollicitante illius damnationem Caluino. *Serius*.

1555. Iulio III. ſuccedit Marcellus ſecundus, eoque mortuo, eligitur Paulus IV. Caraffa octogenarius. Moritur Henricus Rex Nauarrę, cui ſuccedit Ioanna filia, vxor Antonij Borbonij, ex quo genuit Henricum IV. Galliæ futurum Regem. Carolus V. abdicat ſe à gubernio, cedens Imperium Ferdinando fratri, & Monarchiam Hiſpanicam Philippo ſecundo filio. Moritur S. Thomas de Vil-

A.Æ.C.

1555. Villanoua. Claſſis Cæſarea, & Gallica ad anguſtias maris Britannici pugnant memorabili damno vtriuſque, ſed maiori Gallicę. *Ricciolius*.

1556. S. Ignatius Loyola moritur Romę. Aloyſius Lyppomanus, miſſus à Pontifice Nuntius in Poloniam, ſedat tumultuantes ob vſum Calicis, ad quod iuuit miraculum hoſtiæ conſecratæ, à puella Hebræis vendita, & ab illis cultris perfoſſa, quæ ſanguinem emiſit. *Surius*. *Genebrardus*.

1557. Philibertus Dux Sabaudiæ Pręfectus exercitus Philippi ſecundi ad S. Quintinum Gallos cędit, & vrbem eripit, Regemque ad pacem cogit. Fames Germaniam vexat, & Tyberis Romam inundat. *Ricciolius*.

1558. Moritur Carolus v. in Monaſterio S. Iuſti in finibus Caſtellæ, & Marię Anglię Reginę, ſuccedit Eliſabetha filia Annæ Bolenæ. Galli Caletum expugnant annis 210. poſtquam in poteſtatem Anglorum deuenerat. *Ricciol.*

1559. Cameracis firmatur pax inter Philippum ſecundum, & Henricum ſecundum, qui paulò poſt ex fortuito vulnere moritur, eique ſuccedit Franciſcus ſecundus Delphinus maritus Marię Stuardæ. Paulo IV. ſuccedit Pius IV. Coſmas Florentię Dux inſtituit Ordinem Equitum S. Stephani Pp., & martyris. *Ricciol.*

1560. Claſſis Hiſpanica Ducibus Medina Cęli, & Jo: Andrea de Auria Andreæ Pronepote, ad Inſulam Lithophagitim (*vulgò li Zerbi*) in Africa magna clade à Turcis affecta eſt. Andreas de Auria moritur Genuæ annorum *93*. Moritur etiam Franciſcus II. Rex Gallię, cui ſuccedit frater eius Carolus IX. Hoc anno Hæretici in Gallia incipiunt vocari Ugonoti. *Vallemontius*, *ſed vide Ricciolium anno* 1562.

1561. Carolus Cardinalis Caraffa iuſſu Pij IV. ob crimina ad ſupplicium damnatur, vnà cum alijs. Maria Stuarda, orbata Marito, & Matre, in Scotiam redit. *Ricciolius*.

Con-

A. Æ. C.

1562. Concilium Tridentinum anno præcedenti reaſumptum, hoc anno perficitur operâ S. Caroli Borromæi. Dux Guiſius ab Hęreticis occiditur, ſed homicida Pariſijs à quatuor Equis diſceptus moritur. Odettus Cardinalis in hæreſim lapſus excomunicatur. Moritur Michael Angelus Bonarota. *Ricciolius*.

1564. A Pio IV. dirimitur controuerſia pręcedentiæ inter Reges Hiſpaniæ, & Galliæ in fauorem Galliç. Ferdinando Imperatori ſuccedit Maximilianus II. eius filius. Moritur Caluinus Geneuæ. *Ricciolius*.

1565. Turcę per menſes 4. Melitam obſident, ſed amiſſis 26. millibus inglorij recedunt. Moritur Pius IV., cui anno ſequenti ſuccedit Pius V. Dominicanus. *Ricciolius*.

1566. Jn Belgio incipit rebellio contrà Hiſpaniarum Regem, illas Prouincias gubernante Margarita Farneſia filia Notha Carolis V., Uxore Octauij Farneſij, & Matre Alexandri Farneſij. *Ricciolius*. Incipiunt benedici numiſmata, vulgò *Medaglie*, quæ à fidelibus deferuntur, eò quòd hæretici darent quædam numiſmata pro teſſeris. *Coriolanus*.

1567. Maria Scotię Regina, Iacobi fratris Nothi perſecutionem deuitans, in Angliam proficiſcitur, vbi à Regina Eliſabetha in carcerem truditur, ibi moritura anno 1587. Hęretici Pariſios obſident infęlici euentu. *Ricciolius*.

1568. Carolus Hiſpaniæ Jnfans à Patre carceri damnatur, vbi moritur. Obijt etiam ex immaturo partu Iſabella eius Mater. In Belgio multi rebelles cęduntur.

1569. Pius V. Coſmam Medicęum Magnum Ducem Hætruriæ declarat. Fames dira Italiam vexat, & præcipuè Venetias, vbi ob inimicorum inſidias totum ferè nauale conflagrat. Sectarij in Gallia à Catholicis bis cæduntur. *Ricciolius*.

1570. Selinus mittit Claſſem ad occupandum Cyprum. Terræmotus Ferrariam vexat. *Ricciolius*.

1571. Ad Echinadas (*vulgò Curſolari*] Chriſtiani inſignem de Turcis victoriam reportant ſub auſpicijs B. V. Roſarij. Tartari Pręcopes Moſcham Urbem obſident, totumque Moſcouię Regnum deuaſtant. *Ricciolius*. In

A.Æ.C.

1572. In deditione Gorgomienſi Hęretici multos Fratres Minores, alioſque Religioſos Martyrio coronant, de quo vide Breuiarium Minoritanum die 9. Julij. Moritur Pius v., cui ſuccedit Gregorius XIII. Obijt etiam Sigiſmundus II. Polonię Rex, in quo deficit familia Iagellona, ſicut anno 1370. in Caſimiro 3. defecerat Plaſtra *Foreſti*. Carolus IX. Rex Galliæ decretâ die, quæ fuit 24. Auguſti S. Bartholomæo dicata, & incidente in feriam 1., omnes Vgonotos interfici iubet, durante internecione per dies 7.. Pariſijs periere ad 5. millia, & alij alibi. Similis carnificina facta fuerat in Anglia de Danis anno 1011., & in Sicilia de Gallis anno 1282. *Vallemontius*. Eandem parauerat Amam de Iudæis, & futura erat die 14. menſis Adar. *Eſther cap.* 13.

1573. Ueneti Turcis Cyprum cedunt. Henricus Valeſius eligitur in Regem Poloniæ futurus poſteà Rex Galliæ. R*icciolius*.

1574. Moritur Carolus IX. ſine prole, cui ſuccedit Henricus III. in Polonia degens, vndè à Matre vocatur. *Vallemontius*. Moritur Selinus Turcarum Imperator, cui ſuccedit Amurates.

1576. Maximiliano ſuccedit Rodulphus II.. Peſtis Venetias vexat, vbi periere ad 60. millia. Jn Belgio Prouinciæ rebelles inter ſe fędus ineunt, quæ adhuc dicuntur Prouinciæ Vnitę, & anno 1581. nouum Gubernium ſtatuunt ſub Duce Auriſiaco. *Vallemontius*.

1578. Mortuo in Belgio D. Joanne Auſtriaco, ſuccedit in Pręfectura Alexander Farneſius. Rex Luſitanię Sebaſtianus moritur in Africana expeditione, & plures deindè ſe eſſe Sebaſtianum fingunt. Succedit in Regno Henricus Cardinalis ipſius Patruus decrepitus. R*icciolius*.

1579. Eliſabeth Angliæ Regina ſæuit in Catholicos. Henricus III. inſtituit Ordinem Spiritus Sancti. Sacerdos ob reuelatam Confeſſionem morti damnatur. R*icciolius*.

1580. Moritur Henricus Cardinalis Rex Luſitaniæ, quarè Philippus II., excluſo Duce Brabantiæ, alijſque præten-

den-

A.Æ.C.

1580. dentibus, Regnum occupat. Philiberto Sabaudiæ Duci ſuccedit Carolus Emmanuel. Franciſcus Draco Fretum detegit verſus Polum Antarcticum, & Orbem totum luſtrat, vt fecerat Magaglianes. *Ricciolius*.

1582. Gregorius Chalendarium reformat indicens, vt dies quinta Octobris dicatur quinta decima. Eadem die moritur S. Thereſia Carmelitarum Reformatrix. *Ricciolius*.

1583. Gherardus Thrachinus Archiepiſcopus Colonienſis in Hęreſim labitur, vt fecerat Hermannus eius prædeceſſor anno 1543., & ideò excomunicatur. *Ricciolius*.

1584. Alexander Farneſius Antuerpiam obſidet. S. Carolus Borromæus piè moritur. *Ricciolius*.

1585. Legati trium Regum Japonię confectis 21. millibus milliaribus Romam veniunt, & Obedientiam præſtant Gregorio XIII., qui paulò poſt moritur, eique ſuccedit Sixtus V. *Ricciolius*.

1586. Obeliſcus Pyropæcilus annis 940. ante Chriſti Aduentum P. I. 3773. à Seſoſtris Egypti Regis filio conſtructus Soli dicatus, & à Caio Cæſare in Vaticano collocatus, Sixtus V. hoc anno, ex latere aræ S. Petri, vbi erat, in medium eiuſdem collocari curat impensâ ſcutorum Romanorum 37975., erat autem altitudo eius cubitorum 100., vel pedum 107. *Marsh.*, *Ricciolius*, & *Caramuel in Matheſi*.

1587. Maria Scotiæ Regina poſt annos 20. carceris, ſupplicio damnatur. Poloni eligunt in Regem Sigiſmundum 3. Nepotem ex Matre Sigiſmundi 2., & filium Regis Suetiæ, cum prius hęreſim abiuraſſet, & in eo continuat per Matrem progenies Plaſtra, & Iagellona. *Ricciolius*.

1588. Henricus 3. occidi mandat Guiſium, & Cardinalem eius fratrem, quarè anno ſequenti à Pontifice ei monitorium indicitur. *Vallemontius*.

1589. Obeliſcum à Seſoſtre Ægyptiorum Rege antè annos 2546. anno videlicet P. I. 3756. conſtructum, Solique dicatum, altitudinis cubitorum 120., & ab Auguſto in cen-

tro

A.Æ.C.

1589. tro Circi Maximi collocatum, Sixtus v., licèt diminutum, ad Portam Populi collocari mandat, ſicut etiam alium Regis Ramiri, qui fuerat omnium maximus, à Conſtantino vſque Alexandriam deportatum, & à Conſtantio Romam deductum, in Circo Maximo, vbi erat alius, Auguſti collocatus anno Æ. C. 357., idem Sixtus v. ad fores Templi S. Joannis, quartum tandem ante fores S. Mariæ Maioris collocandum curauit, ſed aduertendum huiuſmodi Obeliſcos eſſe valdè diminutos, & in fruſta ſectos in Barbarorum inuaſionibus. Extat etiam alius adhuc ſepultus, quem Auguſtus in Campo Martio collocauerat, *de quo Amianus Marcellinus, & ex eo Marshamus, & Baron. ad annum* 357. Moritur Catharina Medicæa Mater infælix trium Galliæ Regum. Henricus Pariſium obſidet, ſed Alexander Farneſius obſeſſis affert commeatum, quo Henricum eludit. Jacobus Clemens Dominicanus Henricum III. occidit, & in eo deficit Stirps Valleſia, quę 13. Regibus per annos 161. regnauerat. Succedit Henricus IV. Borbonius, vtpotè deſcendens à Roberto filio S. Ludouici, & poſt annos quatuor Catholicam Religionem amplectitur, eiuratâ hæreſi, in qua fuerat enutritus. *Vallemontius*.

1590. Sixto v. ſuccedit Urbanus VII. Caſtanea Genuenſis, ſed, eo mortuo, eligitur Gregorius XIV., & paulò poſt Innocentius IX., ac tandem Clemens VIII. Aldobrandinus anno 1592. *Ricciolius*.

1592. Alexander Farneſius moritur in Cænobio S. Vedaſti Atrebati. Ioanni Suetiæ Regi ſuccedit filius ipſius Sigiſmundus Rex Poloniæ. *Ricciolius*.

1593. Chriſtiani in Ungaria Turcas profligant, cęſis eorum 18. millibus, & idem accidit anno ſequenti. *Foreſti*.

1594. Henricus IV. à Ioanne Caſtilioneo grauiter vulneratur, & ob id PP. Societatis Jeſu è Regno pelluntur, ſed an. 1603. reuocantur. *Ricciolius*.

Digitized by Google

A.Æ C.

1595. Amuratti III. ſuccedit Amurattes IV., qui 18. fratres ſuos iugulari mandat. Moritur etiam S. Philippus Nerius, & Torquatus Taſſus. *Ricciolius.*

1596. Claſſis Anglica ad Gades, Hiſpanicam, iam paratam ad Indiarum nauigationem, incendit, ipſumque Gades captum diripit. Bellum in Belgio, & Vngaria recrudeſcit. *Ricciolius.*

Pariſijs morti damnatur Jmpoſtor, qui ſe Chriſtum eſſe dicebat. *M. S.*

1597. Jn Iaponia multi FF. Minoritæ, & tres ex Societate Ieſu martyrio afficiuntur. *Ricciolius.*

1598. Clemens VIII. Ferrarię Ducatum Eccleſiæ adiudicat, ob mortem Ducis mortui ſine prole legitima. Pax firmatur inter Henricum Galliæ Regem, & Philippum II., qui paulò poſt moritur, & ſuccedit Philippus III. eius filius. *Ricciolius.*

1599. Pontifex declarat nullum Matrimonium Henrici IV. cum Margarita Valleſia. *Ricciolius.*

1600. Celebratur Iubilæum, tribus peregrinorum millionibus Romam confluentibus. Henricus IV. ducit in vxorem Mariam Medicęam. Firmatur pax inter Galliæ Regem, & Sabaudiæ Ducem, qui cedit Gallis pro Marchionatu Salutij, Breſſam. *Ricciolius.*

SÆCULUM XVIJ.

1601. NAſcitur Ludouicus XIII., & Anna Maria Mauritia Hiſpaniæ Infans futuri Coniuges, & Genitores Ludouici XIV. Quidam impoſtor, ſe Sebaſtianum Luſitaniæ Regem fingens, multos Luſitanos ſeducit, ſed agnitus, pænas luit. Idem acciderat anno 1578. *Ricciolius.*

1602. Incipit diſputatio de Auxilijs Diuinę Gratiæ inter PP. Dominicanos, & Ieſuitas. *Ricciolius.*

Mo-

A. Æ.C.

1603. Moritur Eliſabeth Regina Angliæ, cui ſuccedit Iacobus Rex Scotiæ, qui vtrumque Regnum coniungit. Machometo Turcarum Imperatori ſuccedit Achmetes annorum 15. Moritur Ferdinandus frater Ambroſij Spinulæ. *Ricciolius.*

1604. Ambroſius Spinula, poſt 39. menſium obſidionem, Oſtendam expugnat. Apparet noua Stella in ſigno Sagittarij. *Ricciolius.* Genuæ inſtituitur Ordo Sanctiſſimæ Virginis Annunciatæ.

1605. Clementi VIII. ſuccedit Leo XI., & , eo mortuo, Paulus V. Burgheſius. *Ricciolius.*

1606. Paulus V. interdicto ſubijcit Uenetos, vndè magna oritur contentio inter illos. Luſitani, numero tantum 145., Malaccam in India ab Hollandis defendunt, ſolis herbis victitantes.. *Ricciolius.*

1608. Moritur Cardinalis Cęſar Baronius. *Ricciolius.*

1609. Ioannes Lippenſum Zelandus Hagæ in Holandia, casù concauum vitrum cum conuexo coniungens, adinuenit artem tubi optici, primumque ab eo elaboratum vendit Ambroſio Spinulę. Artem hanc Dioptricam poſteà illuſtrauit Galilæus, & P. Reita Capucinus, cum alijs. *Uide Reitam.*

1610. Henricus IV. à Franciſco Rauigliaco, occiditur, cui ſuccedit Ludouicus XIII. eius filius nouennis. Aduertendum tres Henricos Gallię Reges morte violenta obijſſe. Philippus 3. Hiſpaniarum Rex Mauros omnes, qui anno 1492. ſub Ferdinando, ne *H*iſpania excederent, Chriſtianam fidem fuerant profeſſi, hoc anno omnes abire cogit, eiectorum autem numerus fuit 900000. ideſt nouies centena millia. Rex Perſarum Babylone cædit 20. millia Turcarum. Ordo Viſitationis à S. Franciſco Saleſio inſtituitur. S. Carolus Borromæus Sanctorum numero adſcribitur. *Ricciolius.*

1611. Sigiſmundus Poloniæ Rex poſt biennalem obſidionem Smoleſchum expugnat, periere autem Moſchorum 200. millia. Carolus, qui anno 1607. Suetiæ Regnum occupa-

A.Æ.C.

1611. uerat, hoc anno moritur, cui ſuccedit filius ipſius Guſtauus Adulphus. *Ricciolius*.

1612. Rodulpho Imperatori ſuccedit Mathias ipſius frater. *Ricciolius*.

1613. Franciſco Mantuæ Duci ſuccedit Ferdinandus Cardinalis ipſius frater. *Ricciolius*.

1614. Dux Neoburgi, ductâ anno præterito in vxorem filia Ducis Bauariæ, hoc anno hæreſim abiurat. Coſachi Thraciam, aliaſque Prouincias deuaſtant. In Iaponię Regno ſęuit perſecutio in Catholicos inſtingantibus Anglis, & *H*olandis hæreticis. *Ricciolius*.

1618. Apud Clauennam in Regione Rhetorum Mons cum oppido Plurauio, terra labente, ſubſidit, conſepulto oppido cum omnibus incolis die 4. Septembris. *Ricciolius*.

1619. Mathię Imperatori ſuccedit Ferdinandus ipſius Patruelis. *Ricciolius*.

1620. Exercitus Imperialis *H*æreticos in Boemia cędit, & Pragam occupat. *Ricciolius*.

1621. Moriuntur hoc anno Paulus v., cui ſubſtituitur Gregorius xv.. Ludouicus, Coſmas M. Dux *H*etrurię, cui ſuccedit Ferdinandus, Philippus III., cui ſuccedit Philippus IV., & tandem Cardinalis Bellarminus annorum 80. Poloni Turcarum exercitum cædunt, occiſis fere 200. millibus, quarè Turca pacem petit. *Ricciolius*.

1622. In Iaponia martyrio coronantur P. Carolus Spinula cum alijs. Gregorius xv. Sanctorum numero adſcribit Sanctos Iſidorum, Philippum Nerium, Ignatium, Franciſcum Xauerium, & Thereſiam. Inſtituit etiam Congregationem de Propaganda fide. Ranutio Parmę Duci ſuccedit Odoardus. *Ricciolius*.

1623. Moritur S. Franciſcus Saleſius, & Gregorius xv., cui ſuccedit Vrbanus VIII. Carolus filius Iacobi Anglię Regis venit Matritum. *Ricciolius*.

1624. Ambroſius Spinula Bredam obſidet, quam anno ſequenti expugnat, expenſis in obſidione decem millibus aureorum. *Ricciolius*. Ce-

A.Æ.C.

1625. Celebratur Romę Iubilęum. Moritur Iacobus Anglię Rex, cui ſuccedit Carolus eius filius, ductâ in vxorem Henrichetta Maria Sorore Regis Gallię. Oritur bellum inter Genuenſes, & Sabaudos. Propè oram Sicilię pugnant Claſſis Melitenſis cum Turcica magna vtrimque clade. *Ricciolius*.

1626. Ruſticorum rebellium 70. millia Auſtriam Superiorem deuaſtant, ſed breui diſperguntur. Cardinalis Franciſcus Barberinus in Hiſpaniam proficiſcitur Legatus à Latere. Franciſcus Maria Ruuere Dux Urbini Principatum cedit Pontifici, adhuc viuens, nè inde bella oriantur. *Ricciolius*

1627. Moritur Vincentius Gonzaga Dux Mantuæ ſine prole, cui ſuccedit Dux Niuermenſis conſanguineus, vndè lites, & bella.

1628. Rex Galliæ poſt diutinam obſidionem Rupellam expugnat. Conſaluus Mediolani Gubernator Caſalem obſidet, & Dux Sabaudiæ plura loca Montisferrati occupat. *Ricciolius*.

1630. Germani, poſt obſidionem, Mantuam expugnant, & triduò diripiunt. Peſtis Venetijs, & in Lombardia ſæuit. Obſeſſo à Marchione Spinula Caſale, Mazarinus, qui Panciroli Legati Pontificij vices gerebat, ab eo inducias obtinet, de quo Spinula redarguitur, & paulò poſt moritur. Firmatur pax inter Imperatorem, & Ducem Mantuæ. Guſtauus Rex Suetiæ Cæſari bellum indicit. Moritur Carolus Emmanuel Dux Sabaudiæ, cui ſuccedit Victorius Amedeus. *Ricciolius*.

Mediolani quidam ſceleſti peſtifera tinctura linibant homines, qui ob virus malignitatem peribant. *M. S.*

1631. Guſtauus Germaniam cladibus inundat. Veſuuius poſt terræmotum lapides, & cineres euomit ad plura milliaria, Urbanus VIII. Eminentiæ titulum Cardinalibus confert. *Ricciolius*.

Mo-

A.Æ C.

1632. Moritur Franciſcus Maria vltimus Dux Vrbini. Guſtauus, poſt multas Germaniæ vrbes expugnatas, tandem die 15. Nouembris ad Lutzenam Oppidum in prælio moritur, relictâ hærede Chriſtina Alexandrâ ſeptenni, quę poſteà Regno renuntiauit. In India claſſis Hiſpanica, quæ argentum vehebat naufragio perit. *Ricciolius*.

1933. Firmatur pax inter Genuenſes, & Sabaudos operâ Cardinalis Infantis. Romæ ſupplicio afficitur Hyacintus Centinus Nepos Cardinalis, qui veneficijs Pontificem necare tentabat. Dirus terræmotus Zacinthum Inſulam vexat, flammis erumpentibus. *Ricciolius*.

1634. In Germania Catholici Hæreticos cædunt, ad 10. millia necatis. *Ricciolius*.

1635. Elector Treuirenſis, quod Gallis adhæſiſſet, Viennæ in carcerem truditur, quarè tùm Rex Galliæ, tùm Pontifex reclamant. *Ricciolius*.

1636. Bellum in ſtatu Parmenſi recrudeſcit. *Ricciol.*

1637. Ferdinando ſecundo ſuccedit in Imperio Ferdinandus III. Mortuo Victorio Amedeo, ſuccedit Carolus Emanuel II. eius filius.

1538. Poſt annos 23. ſterilitatis, Galliæ Regina parit Ludouicum XIV.. Claſſes Triremium Hiſpaniarum, & Galliarum propè Genuam cruentum certamen ineunt, vincente Gallica. Amurates Turcarum Jmperator cum 300. millibus armatorum Babylonem expugnat, & 60. millia occiſorum inhumata relinquit, vndè peſtis ſæuit. *Ricciolius*.

1639. Inter Principes Sabaudiæ, & Chriſtinam Duciſſam, ob filij tutelam, bellum exoritur. *Ricciolius*.

1640. Vrbanus VIII. Lucenſes interdicto ſubijcit, qui de illo non curant, aſſerentes ſine legitima cauſa prolatum. Catalauni, & Luſitani ab Hiſpanis deficiunt ob ſeueritatem Ducis Oliuarez, & illi Gallos, hi ducem Brigantiæ in auxilium poſcunt. *Ricciol.*

Na-

Digitized by Google

A Æ.C.

1641. Naſcitur Leopoldus Imperator. Honoratus Monæci Princeps, reiectâ protectione Regis *Hiſpaniarum*, Gallis adhæret, quorum Milites in arcem introducit, reiectis *Hiſpanis*. Odoardus Parmæ Dux bellum indicit Barberinis. *Ricciolius*.

1642. Naſcitur Macometes IV. cum maxima Turcarum lætitia, eò quòd nullus alius eſſet ex illa progenie. Moritur Coloniæ Maria Mediceja Mater Ludouici XIII. Moritur etiam Cardinalis Richelius annorum 58., & 18. regiminis, cui ſuccedit Cardinalis Mazarinus. Inuenta ſunt autèm in eius capite organa ſenſuum duplicata, & aliqua etiam triplicata. *Ricciolius*.

1643. Moritur Ludouicus XIII., cui ſuccedit Ludouicus XIV.. Dux Oliuarez, amiſſa Regis gratia, paulò poſt moritur. *Ricciolius*.

1644. Firmatur pax inter Barberinos, & Ducem Parmæ. Moritur Regina *Hiſpaniæ*, & Vrbanus VIII., cui ſuccedit Innocentius X. Pamphilius. Poloni 80. millia Tartarorum ſuperant, captis, vel occiſis 20. millibus. Tartari Aſiatici, ſuperato muro, Sinenſium Regnum inuadunt, ibique adhuc regnant. *Ricciolius*. Idem acciderat an. 1280. *Vallemontius*.

1645. Turcis Cretam inuadentibus, oritur bellum Cretenſe duraturum per annos 24.. Barberini Innocentij Pp. indignationem timentes, Roma aufugiunt, & in Gallia ſe recipiunt. *Ricciolius*.

1646. Moritur filius vnicus Regis *Hiſpaniæ*. Princeps Thomas Sabaudus Orbetellum obſidet. *Ricciol.* *Holandi* pacem ineunt cum Rege Catholico poſt annos 80. rebellionis, & nouam Rempublicam inſtituunt. Panormitani tumultuantur, ſed ſtatim aquieſcunt. Neapolitani rebellant Duce Maſo Auiello, qui poſt paucos dies occiditur. Galli ſub Duce Mutinæ Cremonam obſident, ſed anno ſequenti recedunt. *Ricciolius*.

In

A.Æ.C.

1648. Jn vrbe Monaſterienſi firmatur pax inter Imperatorem, & Reges *H*iſpanię, & Galliæ, ſed quia in ea Proteſtantibus nimis indulgebatur, Fabius Ghiſius Nuncius Pontificis contrà eam eſt proteſtatus. In *H*iſpania, & in Sabaudia deteguntur coniurationes. Ibrainus Turcarum Jmperator cordâ arcus à Ianizeris pręfocatur. R*icciol.*

1649. Londini capite plectitur Carolus Rex, quem Angli à Scotis coemerant. Scoti, & *H*yberni Carolum ſecundum Caroli filium in Regem deſignant, & Angli nouam Rempublicam inſtituunt. Pontificij Caſtrum vrbem deſtruunt in pęnam occiſi Epiſcopi. Io: Caſimirus Societatis Ieſu, & Cardinalis, electus in Regem Poloniæ, ducit in vxorem Viduam Vlatiſlai fratris ſui, & Coſaccos ſuperat. R*icciol.*

1650. Imperator tertijs nuptijs ducit in vxorem Eleonoram Gonzagam Sororem Ducis Mantuę. In Gallia recrudeſcit bellum contrà Cardinalem Mazarinum, qui Lutetias quaſi victor ingreditur. Pontifex multas Religiones, & Conuentus abrogat. R*icciolius*.

1651. Cardinalis Mazarinus toto Gallię Regno excedere cogitur, ſed quàm primum reuocatur. Rex Polonię inſignem de Tartaris, & Coſacchis victoriam reportat, cęſis 100. millibus. R*icciolius*.

1652. Marchio Caraſenna Caſalem obſidet, & ad deditionem cogit. R*icciolius*.

1653. Cum anno 1651. Angli bellum indixiſſent *H*olandis ob piſcationem circà Orchadas, hoc anno eorum claſſes per duos integros dies pręliantur, & victoria ſtat pro Anglis. Innocentius x. damnat, vt hęreticas, 5. propoſitiones Ianſenij. R*icciolius*.

1654. Ferdinandus frater Leopoldi eligitur in Regem Romanorum, & anno ſequenti moritur. Ludouicus xiv. Rhemis coronatur. Chriſtina Suetię Regina Regnum cedit Carolo Guſtauo Duci Bipontino conſanguineo, & Bruſellis Catholicam Religionem profitetur. Firmatur pax inter

ter

A.Æ.C.

1654. ter Anglos, & *H*olandos, nec non inter Polonos, & Tartaros. *Ricciolius.*

1655. Innocentio x. ſuccedit Alexander VII. Ghiſius, qui anno labente Romæ excipit Reginam Chriſtinam Alexandram. Leopoldus eligitur in Regem Ungarię, & anno ſequenti Boemię.

1656. Peſtis ex Sardinia Neapolim delata, deindè Romam, & Genuam, vbique hoc anno, & ſequenti ſęuit, itá vt Genuæ perierint ad 70. millia, remanentibns in vrbe viuis ſolis 14400. Moritur Io: Rex Luſitanię. *Ricciol.*

1657. Veneti Jeſuitas, quos anno *1606.* expulerant, iterum reuocant, Tartari Tranſiluanos cædunt, occiſis 4. millibus, & 24. millibus captis. *M*oritur Ferdinandus Jmperator. Ricciolius.

1658. Leopoldus Ignatius eligitur in Regem Romanorum. Doncherchem à Gallis expugnatur, ibique ingreditur Rex cum Card. Mazarino. Illum ceſſuri ijſdem Anglis anno 1712.

1659. Cardinalis Mazarinus, & Io: de Haro in Inſula fluminis Bidaſtoæ propè Baionam firmant pacem inter Reges Galliæ, & Hiſpaniæ, quæ dicitur Pax Pyrenæorum. Coſacchi mactant 8. millia Moſcorum, & multò plures capiunt, trucidant etiam 15. millia Polonorum. Ragoſius cædit 7. millia Turcarum. Arabes Meccam expugnant. *Ricciolius.*

1660. Reges Hiſpaniarum, & Galliæ conueniunt ad fontem Rapidum die 7., vel 10. Maij, & Ludouicus XIV. ducit in vxorem Thereſiam filiam Philippi IV.. Similis congreſſus interceſſerat anno *1463.* inter Henricum IV., & Ludouicum XI.. Angli Carolum ſecundum in Regem acclamant, damnatis ad mortem ſeptem principalibus conſpiratoribus in mortem Caroli I., & Cromuelis oſſa exhumata comburuntur. Locuſtæ infeſtant Inſulas Fortunatas, & anno ſequenti Calabriam, & Ægyptum. Imperator bellum indicit Turcis. *Ricciolius.*

A.Æ.C.

1660. Turcæ occupant Portam ferream, per quam eſt tranſitus in Tranſiluaniam, & eam Prouinciam diripiunt. Ueneti in Portu Jnſulæ Chio comburunt 33. triremes Turcarum, occiſo inſigni Baſsà Mazzamama. Montecuculus 15. millia Turcarum partim cædit, partim capit. Poloni in Lithuania 26. millia Moſcouitas mactant. Naſcitur in Septembri Delphinus, & in Nouembri Carolus ſecundus Hiſpaniarum Rex. Carolus Stuardus ad Regnum Anglię reuocatur. *Ricciol.*

1662. Holandi Goam diripiunt. Fochetus Pręfectus Regij Errarij Galliæ, conuictus vt vſurpator 40. millionum librarum, in carcerem truditur. Romæ Miles Corſus ſchlopo interimit famulum Galliæ Legati, ex qua ſcintilla magnum incendium belli erupit. Angli cedunt Regi Galliæ Doncherchem. Coniuratio filij Co. de Haro Matriti detegitur. Paſſauia tota in cinerem redigitur, excepto Conuentu FF. Minorum. In Polonia pluuiæ, & in Belgio maris inundatio multas ædes ſubuertit. *Ricciolius*.

1663. Turcæ Neikeſellum expugnant, ſed alibi à Co. Eſdrino cęduntur. Io Auſtriacus poſt 6. dierum obſidionem Eboram expugnat, multiſque millionibus potitur. Tartari Morauiam incendunt. Legati Heluetiorum Regem Galliæ adeunt, quorum primus erat annorum 115. *Ricciol.*

1664. Cardinalis Ghiſius Legatus à Latere Lutetiam pergit, & à Rege honorificè excipitur, ibique componit diſſidia Romæ orta anno 1662. Montecuculus ad S. Gothardum inſignem de Turcis victoriam reportat, cæſis, aut merſis 16. millibus, & Pontem Eſech comburit, qui à Solimano fuerat conſtructus. Inſignis Cometa apparet *Ricciol.*

1665. Peſtis ceſſat in Hollandia mortuis 4148. Reges Gallia, & Angliæ Hollandis bellum indicunt. Moritur Philippus IV. Rex Hiſpaniarum. Naualis pugna inter Claſſes Anglam, & Batauam.

Lon-

A. Æ. C.

1666. Londini, accenſo igne in Domo Piſtoris, in cinerem redigit domorum 15. millia, Eccleſias 82., peremptis 5. millibus pueris, præter fæminas, & alios, ideoque ſtatutum eſt ieiunium quot annis celebrandum in illius memoriam. Leopoldus Imperator ducit in vxorem Hiſpaniæ Jnfantam. P. Io: Aderardus Nitardus S. I. eligitur in Generalem Inquiſitorem Hiſpaniæ. Firmantur induciæ inter Imperatorem, & Turcas *Ricciolius*.

1667. Oritur diſſidium inter Regem Luſitaniæ, & Reginam vxorem, quarè ſoluitur Matrimonium. Alexandro VII. ſuccedit Clemens 9.. Terræmotus Dalmatiam concutit, maximamque Raguſę partem ſubuertit, exſiccatis fontibus, & puteis, necnon triduò antè recedente mari ad tria milliaria à portu. Rex Galliæ firmat pacem cum Hollandis, & ditionem Regis Hiſpaniæ in Belgio, tanquam ſibi debitam, inuadit. *Ricciol.*

1668. Galli intrà dies 13. tota Burgundiâ potiuntur. Coniuratio Magnatorum Vngarię contrà Leopoldum Imperatorem detegitur. Dirimitur Matrimonium Regis Luſitanię cum Regina, quæ nubit Petro Regis Fratri, qui Regni adminiſtrationem ſuſcipit, & Regem in carcerem trudit. Aduertendum anno 1240. Proceres Luſitanos poſtulaſſe ab Innocentio IV. annulationem Matrimonij Sancij ſecundi, eiuſque depoſitionem ſub prætextu ſterilitatis, quod non obtinuerunt. *Rogatis*. Firmatur pax inter Hiſpanos, & Luſitanos, & Aquiſgrani inter Hiſpanos, & Gallos. Regina Polonię diſſidia excitat in fauorem Gallorum, & Caſimirus Rex Poloniæ coronę abrenunciat. Incendium in domo Jmperatricis maximas diuitias conſumit, intacto ligno S. Crucis, quarè Jmperatrix Ordinem S. Crucis inſtituit.

1669. Firmatur pax inter Venetos, & Turcas poſt captam Candiam, & moritur Clemens IX.

1670. Eligitur in Pontificem Clemens X. Rex Galliæ Lotharingiam inuadit, & illius Ducem eijcit. *Uallemontius*.

A. Æ. C.

1671. Marchio Spinula Viennam pergit, vt Orator Regis Hiſpaniȩ. Pontifex declarat Beatam Ludouicam Albertoniam tertij Ordinis, & in ſanctorum numerum refert Sanctos Caietanum, Roſam &c.. Supplicio damnantur Nadaſti, Idrinus, Frangipanis, & Tatembach Magnates Vngari.

1672. Reges Galliæ, & Angliȩ bellum indicunt Hollandis, eiſq; multas arces eripiunt. Naualis pugna inter Anglos, & Gallos ex vna parte, nec non Batauos ex alia. Dux Sabaudiȩ Genuenſes inopinatò armis aggreditur menſe Junij.

1673. Poloni Duce Io: Subieſchi, inſignem de Turcis victoriam reportant. Rex Galliæ Traiecto ad Menum potitur, & Hiſpanis bellum indicit. Firmatur pax inter Genuenſes, & Sabaudos.

1674. Jnſignis pugna ad Steneph in Belgio inter exercitum Regis Galliæ, & Collegatos. Moritur Margarita Imperatrix, & Leopoldus ducit in vxorem Arciduciſſam. Sæuum prælium in Belgio inter Hollandos, & Gallos, in Germania inter Gallos, & Germanos. Jn carcerem truditur Comes Fuſtembergh futurus poſteà Epiſcopus Argentoratenſis, & Cardinalis. Maſſanenſes deficiunt ab Hiſpanis, & à Gallis petunt auxilium.

1675. Moritur Michael Rex Poloniȩ, & eligitur Io: Subieſchi. Magna inundatio in Hollandia multos perimit. Jubilȩum Romæ celebratur.

1676. Imperiales Treuiri potiuntur, & Mareſciallus Turrena occiditur. Clementi x. ſuccedit Innocentius xI. Leopoldus tertijs nuptijs ducit in vxorem filiam Principis Neoburgi Magdalenam Eleonoram.

1677. Galli in Belgio multas Vrbes Hiſpanȩ ditionis expugnant, vt etiam Friburgum in Germania. *Vallemontius*.

1678. Galli Meſſanã deſerunt, quam D. Vincentius Gonzaga Prorex occupat. Naſcitur Primogenitus Leopoldi Ioſephus, moriturus anno 1711.. Nimegȩ firmatur pax inter Hiſpanos,

A.Æ.C.

1678. panos, Gallos, & Hollandos, ac deindè etiam cum Imperialibus.

1679. Rex Hiſpaniȩ ducit in vxorem filiam Ducis Aurelianenſis. Viennȩ, & in Hiſpania graſſatur peſtis, & eligitur in Epiſcopum Viennenſem P. Emericus Capucinus.

1680. Delphinus ducit in vxorem Sororem Ducis Bauariȩ. Terręmotus Hiſpaniam concutit.

1681. Galli Caſalenſem arcam, & Argentoratum eodem tempore occupant.

1682. Inundatio in Belgio, & Hollandia maximum damnum affert. Naſcitur Dux Burgundiȩ Primogenitus Delphini. Algerius à Gallis bombis diruitur.

1683. Turcæ cum exercitu 290. millium armatorum Viennam obſident, quȩ ſtrenuè defenditur, & ab obſidione liberatur die 12. Septembris. Naſcitur Dux Andegauēſis nunc Philippus v.

1684. Claſſis Gallica bombis Urbi Genuæ maximum damnum infert. Firmantur induciȩ inter Imperatorem, & Gallos.

1685. Dux Reipublicæ Genuenſis cum 4. Senatoribus Pariſios pergit. Rex Galliȩ omnes Hæreticos, *vulgò Vgonoti* è Gallia pellit. Mortuo Carolo Angliȩ Rege, ſuccedit Iacobus ipſius Frater. Dux Lotharingiæ ad Strigoniam inſignem de Turcis victoriam reportat, & poſt dies quatuor Generalis Caprara Neichiſello potitur. Naſcitur Carolus III. in Imperatorem eligendus anno 1711.

1686. In Anglia publicè profitetur Catholica fides, abrogatis pœnis in Catholicos. Dux Bauariæ, & Dux Lotharingiæ Budam expugnant die 2. Septembris, & Pontifex eâdem die 27. Cardinales creat. Naſcitur Dux Berij tertius filius Delphini.

1687. Imperialis exercitus in Vngaria, & Veneti in Dalmatia multas Turcarum Vrbes expugnant. Pontifex Legatum Apoſtolicum in Angliam mittit. Duces Bauariȩ, & Sabaudiæ fœdus ineunt contrà Regem Galliæ. *Vallemont.* Duces Bauariæ, & Lotharingiæ inſignem de Turcarum exer-

A.Æ.C.
1687. exercitu victoriam reportant propè montem Arſam in Vngaria, eodem in loco, vbi ſæculo præterito Ludouicus Ungariæ Rex victus, & occiſus fuerat à Solimano. Magnus Viſirrus morte damnatur, & Sultanus Meemet deponitur, electo Solimano eius fratre.
1688. Princeps Clemens Bauariæ non ſine magna contentione eligitur in Archiepiſcopum Colon ienſem, excluſo Fruſtembergh, cui Rex Galliæ fauebat. Exercitus Imperatoris in Vngaria Belgradum expugnat die 6. Septembris, & Veneti Peloponeſum aquirunt. Galli inopinatò. Imperium inuadunt, & deſolantur.
1689. Claſſis Gallica Algerium bombis deſtruit. Rex Galliæ indicit bellum Jmperatori, & Hollandis, capto inopinatò Philisburgo, alijſque Vrbibus. Princeps Auriacus cum Claſſe in Angliam pergit, indèque eijcit Iacobum Regem Socerum ſuum, qui Lutetiam ſe confert, ibique excipitur à Rege in Abbatia S. Germani. Mortua Hiſpaniæ Reginâ, Rex ducit in vxorem filiam Principis Neoburgi Sororem Jmperatricis. Innocentio XI. ſuccedit Alexander VIII. Ottobonus. Exercitus Jmperialis in Vngaria duas inſignes victorias reportat de Turcarum exercitu, & Vrbem Niſſam expugnat. *In Epiſt. Eremitæ*, Exercitus Germanorum, & Gallorum in Italiam deſcendunt.
1690. Turcarum exercitus potitur Belgrado, alijſque Vrbibus in Vngaria. Claſſis Gallica de Angla, & Hollanda ad Manicam victoriam reportat. Ad Staphardam in Pedemontana regione exercitus Gallus Ducem Sabaudiæ ſuperat. *Vallemontius*. Galli Carmagnolam, & Momilianum expugnant, & Cuneum obſident inani conatu. Arcidux Ioſepus eligitur in Regem Romanorum.
1691. Alexandro VIII. ſuccedit Innocentius XII. Exercitus Cæſaræus in Vngaria inſignem de Turcarum exercitu victoriam reportat ad Salanchemen. *In Epiſt. Eremitæ*. Moritur Solimanus, & eligitur Orcanus.

Cæſa-

A. Æ.C.

1692. Cæſarei in Vngaria, poſt trium annorum obſidionem, Magnum Varadinum expugnant. *In Epiſt. Eremitæ.*

1694. Exercitus confęderatorum Caſalenſem arcem expugnat, & demolitur. *In vita Principis Eugenij.*

1695. Dux Sabaudię, renunciato fędere cum Imperatore, Regi Galliæ adhęret, & filiam in vxorem ſpondet Duci Burgundiæ. Dux Sabaudiæ, & Catinat Valentiam obſident, ſed, Imperatore neutralitatem Principum Italiæ acceptante, obſidio ſoluitur, & tùm Germani, tùm Galli, dimiſſa Italiâ, ad ſua reuertuntur, cum aduenissent anno 1689.. Moritur Achmet Sultanus, & eligitur Muſtafà filius Mehemet, qui Viennam obſederat.

1696. Moritur Io: Subieſchi Rex Poloniæ.

1697. Princeps Eugenius inſignem de Turcis victoriam reportat ad Szentam in Vngaria, occiſis ad 25. millia Turcarum, & preſente Sultano. Firmatur pax inter Principes Chriſtianos in oppido Riſuich in Flandria, & Rex Galliæ multas Vrbes, & Prouincias reſtituit.

1699. In Vrbe Colonitz operâ Anglorum, & Batauorum firmantur inducię inter Imperatorem Regem Polonię, & Venetos ex vna parte, & Turcas ex alia in fine anni pręteriti, vel in principio pręſentis.

1700. Moritur Innocentius XII., cui ſuccedit Clemens XI. Moritur etiam Carolus II. Hiſpaniarum Rex, & Dux Andegauenſis Regno potitur Hiſpanico.

SÆCULUM XVIII.

1701. DVx Mantuæ Vrbem Gallis vendit, & Princeps Eugenius in Italiam cum exercitu deſcendit. Dux Sabaudiæ filiam minorem Philippo V. ſpondet, & eligitur in Generalem exercitus Gallorum in Italia.

1702. Princeps Eugenius clam Cremonam ingreditur, indèque Generalem Uillerei Cremam aſportat. Imperiales ad Lu-

A.Æ.C.

1702. Luzaram incerto Marte dimicant, licèt viribus impares pręſente Philippo v.. Moritur Gulielmus Rex Anglię.

1703. Dux Sabaudiæ, relicto fędere Gallorum denuò Imperatori adhęret.

1704. Princeps Eugenius propè Hoſteth in Germania inſignem de Gallis victoriam reportat, capto Duce Talard, & perditis 40. millibus Gallorum. Pugna naualis ad fretum Gaditanum inter Claſſes Gallam, & Collegatorum, incertâ victoriâ, dirimitur.

1705. Princeps Eugenius cum exercitu in Italiam redit, & inter Caſſanum, Treuiglium, & Riuoltam ad flumen Abduam inſignem de Gallis victoriam reportat, eodem ferè in loco vbi anno 1509. Galli Venetos cæderunt Carolus III. Barcinonam expugnat. Moritur Leopoldus Imperator die 3. Maij.

1706. Carolus III. in Vere Barcinonam liberat ab obſidione Gallorum, quibus terrorem intulit ſolis Eclipſis ab illis non præuiſa. Jn Autumno Princeps Eugenius Gallos Taurinum obſidentes eijcit, & ferè toto Ducatu Mediolanenſi potitur, excepto fortalitio Mediolanenſi.

1707. Princeps Eugenius Mediolanenſe fortalitium obſidet, & expugnat menſe Februarij, & paulò poſt Rex Galliæ ſuum exercitum, inito pacto, ex Jtalia reuocat. Dux Sabaudiæ cum Principe Eugenio Tolonum aggrediuntur inani conatu.

1708. Exercitus Confęderatorum in Flandria inſignem de Gallis victoriam reportat. Nec non Inſulam, *vulgo Lilla*, & Gandauum expugnat.

1709. Princeps Eugenius cum exercitu Confęderatorum in Flandria Tornacum, & Montem Hannonię, *vulgò Mons*, expugnat, nec non, ſuperatis Gallorum caſtris, inſignem de eis victoriam reportat.

1710. Exercitus Confęderatorum Gallorum caſtra ſuperat, expugnato Douai cum tribus alijs fortalitijs.

Mo-

A.Æ.C.

1711. Moritur Imperator Ioſephus, & eligitur Carolus III. ſub nomine Caroli VI., qui Genua pertranſit, & Mediolani ab Jtalię Principibus, vt Rex Hiſpaniarum ſalutatur. Moritur Delphinus filius Ludouici XIV., & Pater Ducis Burgundiæ, qui proclamatur Delphinus, & hæres Regni Galliæ.

1712. Moritur Vxor Ducis Burgundię Delphini, & poſt dies ſex ipſe etiam Delphinus fato cedit, quos ſubſequitur mors eorundem Primogeniti, quarè proclamatur Delphinus, & hæres Regni ſecundogenitus. Traiecti ad Rhenum fit Generalis Congreſſus ad agendum de firmanda Pace inter Principes Chriſtianos, quam nobis concedat Deus, qui eſt auctor Pacis, & fons Charitatis, quique ſit Benedictus in ſęcula.

INDEX
RERVM MIRABILIVM.

Cum ſępe contingat prodigioſum aliquid apparere, quod hominum mentes in admirationem trahit, ad hòc, vt vir prudens valeat de illis rectè iudicare, & ſciat nihil ſub Sole nouum; ideò congruum duxi huic noſtrę Chronologię addere Catalogum rerum prodigioſarum, quæ præteritis ſęculis acciderunt ſuo ordine digeſtarum.

Anni
P. I.

PRODIGIA IN CÆLO.

3270. Ad Joſue Imperium Sol ſiſtit, vt det locum victoriæ de Gabaonitis. *Ioſue cap.* 12.

3585. Ad nutum Iſaiæ Sol recedit per 10. lineas. 4. *Regum cap.* 18.

4117. Pugnantibus Medis contra Lydos, maximus fuit ſolis defectus, quarè exercitus territi, pacem ineunt. *Marſh. f.* 602. *Ricciolius id ſignat anno ante Æram* 585. *P. I.* 4129.

4234. Cùm Xerſes traiecturus eſſet Helleſpontum ad bellum Gręcis inferendum, Sol obſcuratus eſt, non ob Eclipſim, ſed ob vapores interpoſitos, quod prodigium exercitum terruit; Eclipſis autem contigit eodem anno die 2. Octobris. *Herodotus lib.* 7.

4236. Die 2. Octobris Solis Eclipſis Cleumbrotum terruit. *Herodotus lib.* 9.

4283. Die 3. Auguſtj Athenis Eclipſis ſolis tanta fuit, vt Stellæ in Cælo apparerent, quod Periclis Nauclerum terruit, ſed non Periclem, quo anno fuit initium belli Peloponenſis in Gręcia. *Plutarcus Thucycides*.

4301. Lunæ Eclipſis ſub mediam noctem Niciam ſuperſtitioſè terret, ità vt cum Claſſe abſcedere noluerit, ideòque à

Sy-

A.P.I.

4301. Syracuſanis internecionem patitur. *Diodorus. Plutarcus in Nicia.*

4320. Dùm Conom Perſarum Dux ad Gnidum Lacedemones nauali prælio ſuperat, Sol falcatus apparet. *Xenophon.*

4383. Die 27. Septembris, diebus 10. ante Alexandri tertiam Victoriam de Dario, Lunæ Eclipſis illius Exercitum terret. *Q. Curtius.*

4404. Agathocle Siciliæ Tyranno cum exercitu in Africam traijciente, ſolis defectio exercitum terret, & viſę ſunt Stellæ in Cælo. *Mullerus. Vallemontius.*

4495. Lunæ Eclipſis in Miſia Gallos Milites mercenarios Attali Regis terret, ideòque vlterius progredi recuſant. *Ricciolus in Almag.*

4497. Eodem anno, quo Annibal ad Traſimenum Romanos ſuperauit, fuit ſolis Eclipſis die 11. Februarij. *Ricciolius ibidem.*

4546. Nocte, quę præcedit pridiè Non. Septembris, fuit Lunæ Eclipſis, quàm Sulpicius Gallus Romano exercitui prædixit, ne terrerentur, ſicut territi ſunt hoſtes, ideòque de Rege Perſeo victoriam reportarunt. *Tit. Liu. D. 5. l. 4.*

4600. In Piceno tres ſoles viſi ſunt. *Ricciolius lib. 3. Chronol.*

4631. Inter Capuam, & Vulturnum de nocte viſę ſunt acies præliari priuſquam ibi Ciuiles acies Romanæ nefario bello confligerent. *D. Aug. l. 3. de Ciuit. c. 25.* & Lud. Uiues ibi.

A.Æ.C.

14. Ante Auguſti exceſſum in aere globus igneus apparet, qui in ipſo curſu diſſipatus eſt. *Seneca nat. quæſt. cap. 5.*

Die 28. Septembris in Pannonia, hora ferè 5. poſt mediam noctem, Lunæ Eclipſis Milites tumultuantes terret. *Dio Caſ. Tacitus, & alij.*

33. Eclipſis Solis, & Lunæ, quę fuerunt in morte Chriſti erant ſuprà naturam, implicat enim eodem tempore vtrumque luminare Eclipſim pati. De ea loquitur Phlegon Trallianus Hadriani libertus, qui eam ſignat annò 4. Olimp.

 202.,

A.Æ.C.

33. 202., qui incidit in annum P.I. 4746., Æræ Chriſti, 33., & ſubdit Stellas in Cœlo apparuiſſe. *Beueregius l. 2. cap. 14. Ricciolius, & alij.*

45. Kalendis Auguſti fuit Eclipſis Solis, quam Claudius Cæſar populo prædixit, ne in eius die natalitio terreretur. *Ricciolius.*

345. Sol ità obſcuratus eſt, vt Stellæ apparerent. Jdem accidit an. 360., & 396., & aliàs *ex Ricciolio l. 4. Chronol. cap. 3.*

396. Conſtantinopoli reuelatum eſt cuidam fideli viro Vrbem igne Cæleſti breui perituram, admonitus Epiſcopus Populum ad pœnitentiam prouocat; dicta die apparet de nocte ignita nubes paulatim excreſcens cum ſulphuris odore, ſed diſſipata eſt, cùm mox videretur Ciuitas peritura. *t. 9. operum D. Auguſtini tractatu de Vrbis excidio incerti auctoris fol.* 255.

462. Die 2. Martij feria 6. Luna in ſanguinem plena conuertitur. *Idatius.*

510. Flammarum acies viſa eſt in Cœlo. *Rainaudus.*

567. Ad Aquilonem apparent in aere agmina virorum igneis armis munitorum, quod prodigium Longobardorum clades portendebat. *Paulus Diaconus.*

632. Signum in Cœlo inſtar Gladij apparet. *Ricciolius. Rainaudus.*

733. Scutum nigerrimum viſum eſt in Orbe Solari *Rainaudus.*

746. Tenebræ horrendę à die 4. Auguſti ad Kal. Septembris in Oriente. *Rainaudus. Bernini t. 2. f.* 382. Et addit ſubſecutum terræmotum.

840. Vormatiæ tertia die Litaniarum Sol defecit, Stellis in Cœlo apparentibus. *Ricciolius.* Jdem acciderat Athenis anno ante Æram 431., & anno 1539.; idem accidit in Calabria, vt habetur ex libro, cui titulus *Calabria illuſtrata.*

931. Jn Gallia ſpecies duorum exercituum in aere concurrentium viſa ſunt, Hugone Capeto tunc Regnum occupante. *Iuo Pariſienſis Ius nat. f.* 536.

Cum

A Æ C.

938. Cùm Rex Ramirus propè Oſmam victoriam de Saracenis reportauit, die 19. Iulij poſt meridiem Sol obſcuratus eſt, & apparuerunt Stellę inter ſe dimicantes. *Rogatis t. 3. l. 2. n. 38.*

940. Sol viſus ſanguineus per multos dies. *Rainaudus*.

979. Acies in Cœlo confligentes viſæ ſunt. *Rainaudus*. Idem acciderat Machabeorum tempore, vt habetur *l. 2. Machab. c. 5.*, & in Scotia anno 1529. *ex Bardi*.

Gemini Soles per biduum viſi ſunt. *Rainaudus*. Idem accidit anno 1105.

1077. Sereno Cœlo de die viſa eſt Stella. *Rainaudus*.

1105. In Boemia viſæ ſunt multę Stellæ ignitæ inter ſe dimicantes. *Bardi*.

1122. In nocte præcedente diem 5. Aprilis viſæ ſunt innumerabiles Stellę velut pluuia è Cœlo cadere. *Petrus Diaconus*.

1123. Genuæ trabes ignitę in Cœlo apparent. *Iuſtinianus*. Idem accidit anno 1135. in Aſia, & 1209. in Inſubria. *Bardi*.

1183. Ante mortem Alexij Comeni Jmperatoris ab Andronico occiſi, apparuit in Cœlo ignitus Cometes ſub figura Serpentis, qui extendebatur, & arctabatur, quandoque etiam os aperiebat. *Nicetas*.

1238. Die 3. Iunij horâ nona obſcuratus eſt Sol, ità vt dies verſus ſit in noctem. *Schiaffinus*.

1239. Die 3. Iunij Solis Eclipſis tanta fuit, vt Stellę in Cœlo apparerent, neque maior vnquam aliàs viſa fuit. *Ex Iacobo à Voragine, Io: Caſſiano, & alijs*.

1258. Genuæ cùm Luna eſſet 16., ſubitò diſparuit ſereno Cœlo, & die poſtero vix apparuit, ſed paulatim creuit ad iuſtam menſuram. *Iuſtinianus*.

1247. Genuæ menſe Octobri Cœlum per aliquod temporis ſpatium obſcuratum eſt; & menſe Decembri Luna nigri coloris apparet. *Scriptores Genuenſes*.

1303. In Inſula Cypro apparet in Cœlo ignita columna per multos dies. *Marucellus*.

Genuæ

A.Æ.C.

1314. Genuę apparent per plures menſes tres Soles. *Matteus Palmerius.*

Viſæ ſunt in Cœlo tres Lunæ. *Rainaudus*. Idem accidit in Gallia anno 1544. *ex Ricciolio*.

1403. Romæ Kalendis Ianuarij inter horam tertiam, & ſextam obſcuratus eſt Sol, & apparuerunt Sydera, inde ſubſecuta eſt pluuia vſque ad diem 17. Martij. *Schiaffinus*.

1466. Sol viſus trigeminus Romæ multos terret. *Ricciolius*. Idem accidit anno 1528. *ex* R*ainaudo, &* 1525. *ex Bardi*.

1514. Vuitembergæ in Germania apparent tres Soles, & totidem Lunæ. *Surius*.

1527. Viſi ſunt tres Soles. *Panuinius, & Surius*.

1538. In multis Germaniæ locis armati homines in aere viſi ſunt. Verſus Orientem viſa eſt Stella inuſitatę magnitudinis, quæ cruentos ſpargebat radios, & iuxta illam Crux ſanguinolenta cum vexillo per aera volante. *Surius*.

1547. Non longe ab Vrbe Roma die 13. Decembris per dies tres viſa eſt, ſereno Cœlo, in aere virga, & Crux ſanguinei coloris, ſuper quam Aquila volitabat. *Licoſtenes*.

1588. Soles quinque ſimul viſi ſunt in Cœlo. R*ainaudus*.

1605. Eclipſis totalis ſolis Prouinciam mirum in modum terret die 12. Octobris. R*icciolius*.

1706. Pridie idus Aprilis ſolis defectio exercitum Gallorum terret, dum Barcinonam obſidet, quarè obſidionem ſoluunt. Qui plura vult de Eclipſibus adeat. Ricciolium l.5. Almageſti noui, in Aſtronomia reformata, vbi Eclipſium Catalogum efformat.

Addo Chriſtophorum Columbum prędictione futuræ Eclipſis Barbaros Indos manſuetos effeciſſe.

PLUVIÆ PRODIGIOSÆ.

Aduertendum eſt primò nos hic non ponere pluuias prodigioſas, quas ante Chriſti Æram ponit Titus Liuius, & Bardi cum alijs, ſed illas tantùm, quas hiſtorici referunt accidiſſe poſt Chriſti Aduentum.

Aduertendum ſecundò, quòd vbi dicitur pluiſſe ſanguine, vel

vel lacte, non eſt intelligendum fuiſſe verum ſanguinem, vel lactem, ſed fuiſſe aquam coloris ſanguinei, vel albi, hi enim humores generari non poſſunt, niſi in corpore animalis.

Aduertendum tertiò Pluuias cineris, lapidum, ferri, tritici, piſcium, & huiuſmodi non efformari in aere, ſed vel à montibus ignem euomentibus fuiſſe proiecta, vel à turbine eleuata ex aliquo loco, ibidem fuiſſe aſportata.

510. Romæ ſanguinis pluuia defluit. *Rainaudus*, & anno 787. *Ricciolius*.

863. In agro Briniano per triduum ſanguinis pluuia decidit. *Rainaudus*. *Ricciolius* id ſignat an. 869., & 853.

1017. In Aquitania per triduum ſanguine pluit, qui ſuper ligna cadens abluebatur, at ſuprà carnes hominum, & lapides ablui non poterat. *Ricciolius*. *Coriolanus*. *Bernin. t.3 f.* 10.

1113. Rauennæ pluuia ſanguinea cecidit. *Rainaudus*, & *Ricciolius*.

1128. Jn campis Emiliano, & Flaminio, nec non Rauennæ, & Parmæ ſanguine pluit. *Hertmannus Schidel*.

1198. Jn nonnullis Italiæ locis ſanguine pluit. *Bzouius*.

1456. Romæ ſanguine pluit, & in Oppido Portus Veneris pluit carnibus. *Amomand Chidel in Chronico*.

1501. In Germania ſanguine pluit, & apparuerunt in veſtibus Cruces ſanguineæ. *Rainaudus*, & *Ricciolius*.

1543. In Germania in Diæceſi Monaſterienſi ſanguine pluit. *Surius*.

1559. In Regno Pechini ſanguine pluit, & Rex 600. millia aureorum Deos placaturus impendit in pauperes. *Ricciolius*.

1633. In Marchia, & Pomerania ſulphure, & ſanguine pluit. *Ricciolius*: Bardi huiuſmodi pluuias ſignat in Arabia an. 355., Adrianopoli an. 368., Papiæ an. 427., Bizantij 508., In Thuſcia annis 540., & 569., Jn Inſubria an.

A. Æ.C.

1633. 564., Romæ an. 580. 847. 1454. 1555., Rhodis an. 616. In Macedonia 624., Jn Piceno an 644., Bizantij an. 684. 692. 1015., & 1361., In Thuſcia an. 684., Jn Calabria an. 696., Jn Italia 737., 791., & 1006., In Oriente an. 752., Jn Gallia propè Rhenum an. 832., & 1048., In Polonia an. 1034., Jn Romandiola, & Parmæ an. 1185., In Anglia an 1283.

LACTIS PLUVIA.

889. In Gallia lacte pluit *ex Bardi*, qui huiuſmodi pluuias ponit annis 520. in Thuſcia, & in Marchia Anconitana an. 178., & 337., Aſcolis an. 391., In Italia anno 620.

LAPIDUM ALIARUMQUE RERUM PLUVIA.

371. Atrebate pluit lanâ. *Ricciolius in indice*. Lanæ pluuias refert Bardi contigiſſe in Arabia an. 364., Bizantij an. 495., & 740., Romę an. 709., Amiterni an. 910., Jn Hiſpania an. 974.

631. Nolæ, & in agro Melphitano lapidibus, ferro, & chalibe pluit. *Ricciolius*.

724. Cineris pluuia decidit in Oriente. *Rainaudus*.

823. In Gallia lapidibus pluit. *Ricciolius*. Similes pluuias affert Bardi in Germania an. 820., Oſtiæ an. 835., In Anglia an. 1273.

954. In Jtalia ingens lapis de Cælo cecidit. *Ricciolius*.

964. Lapis miræ magnitudinis de Cælo cadit. *Io: Carion*.

991. Jn Hiſpania pluit lapidibus, lana, & ranis. *Bardi*.

1510. Mediolani lapidibus pluit, qui Sulphuris fętorem dabant, quorum vnus erat librarum 120. *Surius*.

1550. Per totam ferè partem Orientalem Calabriæ pluit terrâ per horas 5. *Calab. Illuſ.*

TRITICI, ET CARNIUM PLUVIA.

279. Probo Jmperatore dimicante propè Rhenum cum aquâ etiam triticum admixtum è nubibus decidit, quo panis confectus eſt. *Vopiſcus l.* 1.

647. Coſſentiæ in Calabria pluit magna frumenti copiâ, ex qua fa-

A.Æ.C.

647\. factus eſt panis optimus *Calabria Illuſtrata*.

692\. In Campania pluit tritico. *Bardi*.

828\. In Vaſconia magna Farri copia decidit. *Ricciolius in Indice*.

979\. Tritici, & piſcium pluuia decidit in Gallia. *Bardi*. *Similem pluuiam ſignat etiam an.* 985. *, &* R*icciolius anno* 990.

1458\. Pluuia carnium in Genuenſi regione decidit. *Bardi*. Bizantij menſe Iunio Locuſtis pluit, quæ omnes fructus abſumpſerunt. *Ricciolius*.

1550\. In Carintia ad duo milliaria pluit frumento, ex quo panis optimus confectus eſt, & Carolo v. oblatus. R*icciolius*.

1571\. Pluuia triticea in Quadis. R*ainaudus*.

GRANDINES PRODIGIOSÆ

718\. Saracenica claſſis nauium Bizanthium obſidens. partim naufragio, partim ignea grandine penè tota conſumpta eſt. R*icciolius*. Vide ſuprà in noſtro Chronico ad annum 367. alias grandines.

825\. In Gallia cecidit è Cælo gelu 16. pedibus longum, 6. latum. R*icciolius*, *&* R*ainaudus*.

1191\. Jn tota Calabria duriſſima grando decidit, in cuius nonnullis globulis ingentis magnitudinis videbatur homo ſedens in throno, & haſtam geſtans in dextera. *Calabria Illuſtrata*.

1343\. In Comitatu Chermonæ grando cecidit, cuius magnitudo erat tanta, vt minimus globus libram vnam, maiores libras octo excederent. *Ricciolius*.

1524\. Cremonæ die 5. Auguſti grando cecidit magnitudinis oui gallinacei. R*icciolius*.

1537\. Bononiæ menſe Auguſti grando cecidit tincta ſanguine, cuius quædam grana excedebant libras 28. R*icciol*.

1619\. In vico Temſta il Belgio grando cecidit dentata, & capiti pueri æqualis. R*icciolius*.

A.Æ.C.

1667. Mediolani grando cecidit die 8. Auguſti, cuius globi tri-libres. *Ricciolius*.

1679. Grando excedentis magnitudinis cecidit in Calabria. *Calabria Illuſtrata*.

HYEMS RIGENS.

604. Poſt frigus intenſum fames *Bernini t. 2. f.* 177. *ex Paolo Diacono.*

763. Mare Euxinum ad 100. milliaria gelu duratur vſque ad profunditatem 30. cubitorum, & nix ſuper eo creuit ad 20. cubitos. *Ricciolius*.

814. Mare, quod eſt inter Daniam, & Angliam totum gelu conſtipatur. *Bardi*.

874. A' Kalendis Nouembris vſque ad Æquinoctium Veris nix cecidit ſine intermiſſione; Rhenus, & Mænus, glacie dura conſtricti, plauſtra ſuſtinuerunt. *Bardi*, & *Ricciolus*.

1047. Nix tanta in occidente decidit, vt ſiluas confringeret. *Ricciolius*.

1125. Hoc anno fuit frigus rigens, cui ſubſequitur fames dira. *Locoſtenes*.

1192. Die 2. Auguſti in Calabria maxima niuis copia cecidit, & per tres dies intenſiſſimum frigus cauſauit. *Calabria Illuſtrata f.* 236. Hyems rigens *vide Theatrum vitæ humanæ*, *verbo annus f.* 464.

1420. Per multas leucas conſtrictum præ frigore mare calcatur. *Rainaudus*.

1373. Maxima niuium copia è Cælo cadit, & frigus rigens arbores deuaſtat. *Corius*, & *Mattias Palmerius*.

1493. Genuæ hyems rigidiſſimum fuit, ità vt mare gelu riguerit circà Molem, & pontes. *Iuſtinianus*. *Idem accidit an.* 1709.

1607. In tota Europâ rigens frigus maximum affert damnum arboribus. *Licoſtenes*.

1621. Ob rigens frigus aqua marina in Dârſina gelu concreuit. *Hiſt. Genuenſis*.

A' die

A.Æ.C.

1667. A' die 17. Martij flumina, & canales Holandię gelu adeò ſolido conſtricta ſunt, vt equitantes deſuper ſuſtinerent. *Ricciolius*.

TERRÆMOTUS PRODIGIOSI.

364. Terræmotus horribilis totam terram concutit, & mare ſuos fines egreditur, multaſque vrbes Siciliæ, aliarumque Inſularum opprimit. *Io: Carion*.

746. A' quarta Auguſti vſque ad Octobris Kalendas tenebrę factæ ſunt caliginoſæ, factus eſt terræmotus magnus in Paleſtina, & multa hominum millia mortua ſunt. *Theophanes. Bernini t. 1. f. 383., & 377.*

De his vide Plinium lib. 2., & Ricciolium in indice, verbo terræmotus, & alios.

1117. Cùm terræmotus ingens totam Italiam vexaret per dies 40., Pagus in alium locum valdè diſſitum tranſlatus eſt, & puer lactans Cremonæ Matrem vocat, cui ait: ſe Matrem Dei vidiſſe filium ſuum orantem ne Mundum deſtrueret, nec amplius locutus eſt, niſi ſtatuto tempore. *Ricciolius*.

1156. Jngens terræmotus in Burgundia oppidum propè Cluniacum abſorbet, in cuius locum lacus emergit. *Ricciolius*.

1230. A' die 1. Martij vſque ad 15. noctu auditæ ſunt per totam ferè Calabriam in locis ſubterraneis voces flentium, & die 3. Aprilis terræmotus ſubſecutus eſt, qui Rhegio precipuè damnum intulit. *Ex Calabria Illuſtrata f. 236.*

1303. Genuæ exſiccatum eſt mare vſque ad Templum S. Thomę. *Stella*.

1462. Turbo prodigioſus Hiſpali par bouum cum aratro in aerem defert, & campanam ex turri ad iactum ſagittæ aſportat. *Regatis t. 7. l. 1. n. 29.*

1542. Terræmotus Scarpariam in Thuſcia deſtruit, & fons Arethuſa, necnon putei Syracuſani ſalſi euadunt. *Ricciolius*.

A.Æ.C.

1618. Die 4. Septembris propè Clauennam in finibus Rhethorum mons cum oppido Plurauio, terra labente, ſubſiſtit, conſepulto oppido cum incolis. *Ricciolius*.

1627. Terræmotus in Regno Neapolitano multas vrbes deſtruit, & præcipuè S. Seuerinam, in cuius locum lacus ſulphureus emergit. *Ricciolius*.

1667. Die 6. Aprilis feria 4. maioris hebdomadæ circa horam 13. Terręmotus horrendus Dalmatię vrbes concuſſit, maximam partem Raguſæ ſubuertit, periere omnes habitantes, demptis 400., & Monialibus 60., quę Perſonæ extractę ſunt à ruderibus, in quibus triduò ſemiſepultæ fuerant, aquę omnes puteorum, & ciſternarum euanuerunt, Mare ipſum ad 3. milliaria, triduò antè terręmotum ſeceſſerat à portu, quo poſteà reuerſum eſt. *Ricciolius*.

1658. Terręmotus Cephaleniam vexat, & montem cum Templo exhaurit. *Ricciolius*.

1665. In Campaniæ pago Nichino, non longè ab Auerſa, menſe Martio terræ noua vorago apparet ambitu paſſuum 300., & latitudinis 100., vndè bombi, & exhalationes ignitæ. *Ricciolius*.

CRVCIS APPARITIONES PRODIGIOSÆ.

311. Conſtantino Crux apparet in Cælo. *Ricciolius*.

352. Signum crucis apparet in Luna. *Coriolanus*.

353. Signum crucis apparet in aere ſuper Montem Caluariæ. *Berninus t. 1. f. 261.*

363. Super mappas altarium, libros, ac veſtes ſacras, & in veſtibus Chriſtianorum, & Iudæorum cruces apparent Hieroſolymis, Antiochiæ, necnon in in alijs vrbibus. *Cedrenus*.

400. Sanctis crucibus veſtes conſperſę apparent, dum Arcadius pugnat contrà Perſas. *Ricciolius in indice*.

746. Bizanthij apparent in veſtibus, & in velis plurimę cruces velut oleo ſignatæ, & ſubſecuta eſt peſtis, quę vrbem vaſtauit. *Bernini t. 2. f. 583., & 377. Ricciolius*.

Poſt

A.Æ.C.

956. Poſt cruces prodigioſas in veſtibus apparentes, ſæuiſſima peſtis vexat partes boreales. *Ricciolius*.

964. In veſtibus multorum ſignum crucis cruentum apparet. *Io: Carion.*

1117. Ieroſolymis circà ſolis ortum apparet in aere crux lucida. *Bardi*.

1211. Pugnantibus Hiſpanis contrà Mauros, apparent in Cælo aliquæ cruces. *Bardi*.

1215. In Aſia apparent in Cælo tres cruces. *Bardi*.

1217. Tripolis viſa eſt crux in aere, & eodem anno in Syria viſæ ſunt tres cruces cum Crucifixo. *Bardi*.

1227. Jn Cælo multæ apparent cruces. *Bardi*.

1248. Coloniȩ in Cælo apparent tres cruces, duȩ albi coloris, & tertia cum imagine Chriſti Ieſu. *Bzouius*.

1270. Die 6. Decembris ad noctis crepuſculum nouus ſplendor in figuram crucis regionem totam illuſtrat. *Coriolanus*.

1296. In morte S. Petri Cæleſtini crux fulgens in aere apparet. *Breuiarium Romanum*.

1327. Viſȩ ſunt in Cȩlo duȩ cruces albȩ, & Ceruleȩ. *Bardi*.

1412. S. Vincentio Fererio concionante, apparent in veſtibus virorum, & peplis mulierum cruces aliquȩ, & ideò multi Iudæi conuertuntur. *Ricciolius*.

1451. Baionâ à Gallis obſeſſa, viſa eſt in Cælo crux alba, quam Galli præferunt, & ideò vrbs illis ſe dedit, dimiſsâ cruce rubra Anglorum. *Ricciolius*.

1501. Poſt ſanguinis pluuiam, apparent in veſtibus ſanguineæ cruces in Germania. *Rainaudus*. *Spondanus*.

1509. Violaceȩ cruces apparent in veſtibus in Germania. *Bardi*.

1591. Multȩ cruces in aere apparent in Anglia. *Berninus tom.* 4. *f.* 568.

1622. Crux atri coloris viſa eſt in aere ſuper Heidelbergam, quam Tillus obſidebat, ideòque obſidionem ſoluit. *Ricciolius*.

1701. Die 25. Martij in ſerò crux apparet in Luna inde quatuor emittens latera. *Ex varijs relationibus*.

CAM-

A.Æ.C.

CAMPANARUM SONITVS PRODIGIOSI.

615. Vrbe Senonenſi obſeſſa, S. Lupus ſonitu campanę Eccleſię S. Stephani ità hoſtes terret, vt omnes fugæ ſe dederint. Delatâ autem eâdem campanâ Paryſios ſonitum protinus amiſit, nec recuperauit vſque dum denuò ibidem fuit delata. R*icciolius ex Surio in actis S. Lupi*.

888. Lupus, arrepta corda campanæ Aurelianenſis, ſonitu futurum incendium prædicit. R*icciolius*.

1165. Jn morte B. Ioannæ Virginis campanę ſpontè ſonant. *Ricciolius*. Idem accidit in morte B. Benedicti Valumbroſani an. 1107., Jn morte S. Iuliani 1208., In morte S. Alexij., In morte S.Henrici tertij ordinis an. 1415., Jn morte F. Mattęi à Baſſio Capucini 1558., & in Canonizatione S. Antonij Paduani Vliſyponę 1232. R*icciolius*.

1435. Campana pagi Vaillię ad ripam Iberi ,36. milliaribus diſtans à Cęſarauguſta, ſpontè ſonuit, cùm Alphonſus Rex captus fuit à Genuenſibus. R*ogatis*. Aliàs etiam ſonuit *ex Ricciolio*, & pręcipuè anno 1435. 1601. 1659. cùm firmata fuit pax inter Hiſpanos, & Gallos.

1518. Dum noctu ſceleſtus ab Eccleſia Parochiali S. Petri pixidem cum ſacris particulis abripere tentat, campana nullo mouente dat ſignum Euchariſtię ad infirmum deferendæ, quarè omnes ad Eccleſiam ſe conferunt, & ſceleſtus ſui flagitij pænas luit. *Hiſtoria Sauonenſis f.* 51.

1556. Hęreticis vrbem Duau in Belgio aggredi noctu tentantibus, Edituus à S. Maurunto vrbis Protectore admonetur, vt ante tempus campanæ ſonitu det ſignum Matutini, & Hæretici territi fugantur. *Ricciolius*.

1652. Campana Eccleſię S. Nicolai ad ripam Ebri fluuij die 10. Februarij pluries ſpontè ſonuit. R*icciolius*. Jn Monaſterijs PP. Dominicanorum Camorenſi, Cordubenſi, & Salernitano antè mortem alicuius Religioſi campana ſpontè ſonat. *Gaſpar Scotus P. 2. l. 3. Magiæ*.

Campana Erphordenſis eſt ponderis librarum 25200. ex eodem. Campana Viennenſis an. 1711. fabrefacta eſt libra-

A.Æ C.

1652. librarũ 54000., altitudinis palmorum Rom. 15. Diameter lembi palmorum 13. cum dimidio. Malleus librarum 9000.

ANIMALIUM FLAGELLA PRODIGIOSA.

823. Popellus II. Princeps Poloniæ, cùm Tutores ſuos veneno occidiſſet, ex eorum Cadaueribus Mures ſcaturientes Principem cum Vxore, & filijs deuorant. *Foreſti t. 6.* R*icciolius in indice.*

969. Hatto Abb. Fuldenſis, & Ep. Moguntinus à muribus in inſula Rheni, quò aufugerat, deuoratur, ob malè exceptos, & incendio deletos pauperes. R*icciolius*. *Foreſti*.

997. Uiderollus Epiſcopus Argentorati à muribus deuoratur: R*icciolius*.

1015. Miles quidam, ob furata bona S. Clementis, à muribus eſt corroſus. R*icciolius*.

1101. In Gallia viſæ ſunt multæ aues inter ſe pugnantes. R*icciolius*: Jdem fertur accidiſſe an. 1705. ſuper Lutetiam.

1235. Miecislaus Cuiuiæ in Polonia Princeps à muribus, etiam in naui, ſuper quam aufugerat perſecutus, mirabiliter corroſus perijt. R*icciolius*.

1354. Pridiè quam Paganus de Auria de Venetis victoriam reportaret viſi ſunt in aere plures Corui inter ſe dimicantes, ità vt in terram caderent eorum plumæ. *M. S.*

1363. Agmina Grillorum adeò denſa, vt Solem etiam offuſcarent, vaſtant agros Anconę, Piſauri, & Fani. R*icciolius*.

1462. Apparent in aere tres Aquilæ inter ſe pugnantes, quæ tandem in terram decidunt. R*ogatis t. 7. l.* 1.

FAMES PRODIGIOSÆ.

Fames vniuerſalis fuit Ægyptiaca cùm Joſephus à Pharaone electus fuit Præfectus annonæ, ex lib. Geneſis. In Iudæa tempore Judicum per annos 10. *ex lib.* R*uth. c.* 1. In Samaria *l.* 4. R*egum cap. 6.*, *&* 8. Romæ annò Vrbis 144., & 313., & aliæ antè Chriſti Æram.

Fames Vrbium obſeſſarum. Obſidente Niciâ Melum oppidum Theſaliæ, maxima ibidem fuit fames, vnde pro-

A. Æ.C.

prouerbium: fames Melica. Fames Rhegina obſidente Dionyſio Rhegium. Athenienſis, obſidente Athenas Demetrio, & alia obſidente Sullâ quam vide anno ante ęram 86. Saguntina obſidente Annibale Saguntum. Caſilina obſidente eodem Caſilinum.

Poſt Ch. Æram fames vniuerſalis fuit anno 49. & 50. qui erant 9., & 10. Claudij, quam Agabus Propheta prędixerat. *Actorum cap.* 11.

In toto Jmperio Romano ſub Maximiano, & Licinio an. 312., & 363.

In Italia anno 450., & 534., & 605. ex nimio frigore orta, vt anno 1710.

In Liguriâ, & Æmiliâ, ità vt Parentes à filijs vorandis non abſtinerent anno 538., 539., & 1083.

In Germania ad humanas carnes ædendas impellens anno 850., & anno 1557. Ibidem, & in Gallia, ità vt tedio ſepelliendi, viui cum mortuis traherentur anno 1006.

In Dania poſt occiſum S. Canutum anno 1089. In Scotia eodem anno 1089. Vniuerſalis an. 1095., & 1317., 1318.

Fames in Italia, qua Sextarius frumenti vendebatur 32. ſolidis argenteis an. 1177., & anno 1569.

Fames ob obſidionem ſunt memorabiles illæ Ieroſolymæ obſeſſę à Tito anno 70.. Romę obſeſſæ ab Allarico anno 409., & obſeſſę à Totila anno 547., & obſeſſæ à Borbonio anno 1527.

Placentiæ obſeſſæ à Totila anno 546. .Ueronę obſeſſæ à Gallis, in qua carnibus Equinis, & Aſininis vtendum fuit anno 1516. .Pariſijs eam obſidente Henrico IV. an. 1590.

Anno 1590. Genuâ fame vexata Claſſis nauium ibidem appulit frumento onuſta die 17. Ianuar., quarè Generalem Proceſſionem inſtituunt in honorem S. Antonij ſingulis annis faciendam.

EXERCITVS OB NVMERVM MIRABILES.

Cùm Moyſes eggreſſus eſt de Ægypto cum Populo Iſaelitico viri apti ad arma erant 603550., vt habetur *ex Cornelio à Lapide in cap.* 1. *Numeri.* Cum

A.Æ.C.

Cùm Dauid numerari iuſſit Populum inuenti ſunt 1570000. apti ad arma, vt habetur *ex* 1. *Paralip. cap.* 21. Regnum autem Dauid non excedebat in extenſione Inſubriam.

Exercitus Azę Regis Juda erat 580000. virorum, Exercitus autem Zaræ Regis Ethiopum 1000000., & tamèn hic victus fuit. 2. *Paralip. cap.* 14.

Exercitus Abiæ Regis Iuda erat 400000., & Regis Jſrael 800000. 2. *Paralip. cap.* 13.

Exercitus Ioſaphat Regis Juda erat virorum 1160000., & Moabitarum erat multò maior, licèt hic victus fuerit, Deo protegente Judęos. 2. *Paralip. cap.* 17., *&* 20.

Exercitus Amaſiæ Regis Iuda erat virorum 400000. 2. *Paralip. cap.* 25.

Xerſes, cùm, traiecto Heleſponto, Greciam inuaſit, habebat 2317610. militum, & tamen illi obſtitit Leonidas cum 300. Spartanis ad Termopylas, & deinde victus fuit, præcipuè in Salaminia pugna. Vide an. P. I. 4234.

Cùm Darius ſecunda vice victus fuit ab Alexandro ad Iſſum habebat peditum 400000., & Equitum 100000. *Ricciolius*.

Romanorum Exercitus contrà Gallos anno P. I. 4489. erat peditum 700000., & Equitum 70000., à quibus cæſi ſunt Gallorum 40000., & 10000. capti. *Ricciolius*.

Quadi cum Socijs contrà M. Aurelium erant 977000. armatorum anno Ch. 174. *Onuphrius l.* 2. *Baron. ad annum* 176.

Probus Jmperator ingenti Exercitu cædit 700000. Germanorum anno Ch. 277. *Vopiſcus*.

Attila cum Hunnis numero 700000. cæditur ab Aetio anno Ch. 451. *Ricciolius*.

Habdarragman Saracenorum Rex habuit in Hiſpania peditum 140000., Equitum verò 50000., & tamen victus fuit à Rege Ramiro anno 938. *Ricciolius*.

Tamerlanus cum Exercitu Equitum 400000., & peditum 600000. occidit Turcarum 200000., capto Baiazete anno 1397.

Digitized by Google

A. Æ.C.

In victoria, quam circa annum Ch. 425. Attila Hunnorum Rex reportauit de Theodorico Viſigotorum Rege in Campis Cathalaunicis periere ad 300000. *Ricciolius in Indice*.

Tartarorum Jmperator anno 1544. cum Exercitu 1800000. bellatorum Paquinum Sinarum Regiam obſidet, ſed amiſſis 450000., & 30000. ad hoſtes tranſugis, obſidionem ſoluit. *Ricciolius*.

Vienna obſeſſa eſt primâ vice anno 1529. ab Exercitu 300000. Turcarum; ſecunda vice anno 1532. cum 200000., & tertia vice anno 1684. cum 290000. nec tamen vnquam fuit capta.

VICTORIÆ MIRABILES EX SACRIS LITERIS.

Abraham cum 318. vernaculis quinque Regum Exercitum fundit, & liberat ab eorum poteſtate Loth. *Gen.* 14.

Joſue 5. Reges vincit, immiſſa cælitus lapidum pluuia, & Sole ad eius imperium ſiſtente, vt victoria perfici poſſet. Anno autem altero ſuperat 31. Reges. *Ioſue cap.* 10.

Victoriam Ioſaphati de Moabitis, & Amonitis illi à Deo promiſſam vide 2. *Paralip. cap.* 20.

Gedeonis victoriam cum ſolis 300. Militibus de 4. Principibus Maobitarum reportatam vide *Iudicum cap.* 8.

Azæ victoriam de Zara Rege Æthiopum, qui 1000000. armatorum habebat vide *l.* 2. *Paralip. cap.* 14.

Deborę, & Barachl victoriam de Siſara vide *Iudicum cap.* 5.

Ezechię victoriam de Senacherib, percutiente Angelo 185000. Aſſyriorum vide *in* 4. *Regum cap.* 19., & 2. *Paralip. cap.* 32.

Iſraelitarum de Philiſteis victoriam ſub Samuele vide *in* 1. *Regum cap.* 4.

VICTORIÆ MIRABILES CHRISTIANORVM.

174. M. Aurelius à 977000. Quadis obſeſſus, orationibus Chriſtianorum inſignem de eis victoriam reportat. ***Baron. ad an.*** 176.

Con-

A.Æ.C.

312. Cōſtantinus M., ope Crucis,inſignem de Maxentio victoriam reportat. *Ricciolius*.

394. Theodoſius Imperator de Eugenio Tyranno inſignem victoriam reportat. *Ricciolius*.

553. Narſetes Eunuchus inſignem de Totila victoriam reportat, prius à B. Virgine admonitus, ne pugnet niſi cùm cælitus ſignum daretur. *Ricciolius*.

621. Heraclius inſignem de Choſroe victoriam reportat. *Ricciolius*.

627. Idem de eodem ſecundam victoriam reportat. *Ricciolius*.

634. Oſuualdus Anglorum Rex, erecta crucis imagine, quam ſuis manibus terræ infigit, licèt cum parua manu ſuorum, copias numeroſiſſimas Carduellæ ſuperat. *Ricciolius*.

749. Pipinus inſignem de Ueſtphalis victoriam reportat. *Ricciolius*.

759. Troila Rex Legionis inſignem de Mauris victoriam reportat. *Rogatis t. 2. f.* 204.

786. Alphonſus 2. Rex inſignem de Mauris victoriam reportat, occiſis 70000. eorum, neganſque ſoluere tributum 100. Puellarum. *Rogatis t.* 2.

844. Rex Ramirus inſignem de Mauris victoriam reportat, occiſis 70000. *Ricciolius, ſed Rogatis illam ſignat an.* 847.

954. Fernandus Gonzales Comes Caſtellę inſignem de Mauris victoriam reportat, quam ei prædixerat Eremita. *Rogatis t. 3. f.* 130.

938. Ramirus Rex Legionenſis inſignem de Mauris victoriam reportat occiſis 80000. eorum; erat autem Saracenorum Exercitus 150000. peditum, & 50000. Equitum, & viſi ſunt duo Angeli Exercitum Chriſtianorum, numero valdè inferiorem, præcedere. *Ricciolius*.

955. Otho, voto concepto, licèt cum parua manu, innumerabiles Vngaros delet, adeo vt vix ſeptem euaſerint. *Ricciolius*.

971. Io: Zemiſces præeunte S. Theodoro martyre in Equo albo, Exercitum 330000. hoſtium profligàt die 9. Nouembris S. Martyri dicata. *Ricciolius*.

A.Æ.C.

998. Veremundus Hiſpaniç Rex, hoſtibus longè inferior, profligat Saracenos cæſis 70000. peditum, & 40000. Equitum, Almanzorre eorum Duce præ deſperatione ſe ipſum interimente; & in hoc prçlio dum Ferdinandus Dux orat in Templo, Angelus ipſius ſpecie pugnat contrà Mauros. *Ricciol. & Rogatis*.

1002. Normãni 40. numero, redeũtes ab Ieroſolomitana peregrinatione, Salernum à Saracenis obſeſſum liberant. *Ricciolius*.

1023. Io: Comenus, ope B. Virginis, inſignem de Scythis, Iſtrum tranſgreſſis, victoriam reportat. *Ricciolius*.

1065. Michael Imperator, orationibus, & ieiunijs, de 600000. Scythis victoriam reportat. *Ricciolius*.

1067. Chriſtiani in Africa 100000. Saracenos internecione delent. *Ricciolius*.

1095. Rodericus Diaz, cognomento Cid, Saracenos Reges 17. ſuperat, & capit. *Rogatis*.

1099. Chriſtiani, poſt captam Ieroſolymam, ad Aſcalonem, exiguo Exercitu peditum 15000., Equitum 5000., ſuperant Babyloniæ Regis Exercitum, peditum 400000., Equitum 100000. *Ricciolius*.

1124. Chriſtiani in Paleſtina numero 3000. à 40000. Saraceni ſcircumuenti, orationibus, & ieiunijs, de eis victoriam reportant ad 7000. cæſis, 5000. aquis merſis, reliquis diſperſis. Alia vice Chriſtiani ibidem, numero 10000. ſuperant Exercitum Saladini 500000., cæſis 100000. *Ricciolius, ad an.* 1177.

1139. Alphonſus 1. Luſitaniç Rex de quinque Regibus Mauris ad Caſtrum viride inſignem victoriam reportat, vnde illi ſtemma. *Rogatis t. 3. f.* 120.

1190. Fridericus Imperator cum ſolis 600. Militibus in fugam vertit Melich filium Magni Suldani cum Exercitu 400000. Turcarum, ſigno Crucis operante, & viſis in aere S. Georgio cùm Angelis pro Chriſtianis pugnantibus. Deinde idem Imperator cum ſolis 500. de 200000. Turcis victoriam reportat. *Ricciolius, ad an.* 1190., *&* 1191.

Cùm

A. Æ. C.

1212. Cùm Chriſtiani in Hiſpania ad anguſtias Loſæ tranſire non valerent, ab Angelo in figura Paſtoris per inuia ducuntur, & in aere Crux apparet fulgida; prælio commiſſo, mactati ſunt ad 200000. Maurorum, ſolis 21., vel 30. ex Chriſtianis deſideratis. Huius inſignis victoriæ fit quot annis Commemoratio die 16. Julij. *Rogatis t. 3. f.* 240.

1213. Catholici numero 1800. inſignem de Albigenſibus numero 100000. victoriam reportant in Gallia. *Ricciol. t. 3. f.* 252.

1230. Mediolanenſes de Rhætis, & Heluetijs inſignem reportant victoriam, viſibiliter adiuuante S. Ambroſio. *Ricciolius. Surius. Fulgoſius.*

1240. Saraceni in Hiſpania cum Exercitu 400000. peditum, & 70000. Equitum, à Rege Caſtellę, adiuuantibus Regibus Aragoniæ, & Luſitanię, cum ſolis 25000. peditum, & 14000. Equitum cæduntur, occiſis 200000. Saracenis, & ſolis 20. ex noſtris deſideratis, cuius victoriæ commemoratio fit quot annis die 30. Octobris. *Rogatis t.* 4. *Ricciolius.*

1282. Leſcus Niger Polonorum Princeps, à S. Michaele Arcangelo admonitus, inſignem de Lituanis victoriam reportat. *Ricciolius.*

1431. Criſtiani inſignem de Saracenis victoriam reportant, mactatis 10000. eorum. *Rogatis t. 6. f.* 343.

1456. Io: Huniades, orante S. Io: Capiſtrano, inſignem de Turcis victoriam reportat. *Ricciolius.*

1500. Vualterus Theutonicorum Magnus Magiſter, orationibus, & ieiunijs parua manu, 300000. Moſcouitarum, & 100000. Tartarorum ſuperat. *Ricciolius.*

1535. Chriſtiani numero ſexcenti in Regno Cuſchi 200000. Barbarorum, protegente B. Virgine Maria, ſuperant. *Ricciolius.*

1547. Carolus v. parua manu ingentem Saxonum exercitum ſuperat. *Ricciolius.*

1571. Claſſis Chriſtianorum ad Curſulares auxilio B. U., & orationibus B. Pij v. de Turcis inſignem victoriam reportat. *Ricciolius.*

Ope

A.Æ.C.

1610 Ope eiuſdem B. V., cuius imaginem deferebat V.P. Dominicus Diſcalceatus, Catholici inſignem de Pragenſibus Hęreticis victoriam reportant. *Ricciolius*.

Victorias de Turcis reportatas in bello anni 1683., & infrà vide in hiſtorijs. *Vide etiam* R*icciolium ad an.* 1177. 1191. 1223. 1339. 1340. 1397., & 1651.

VICTORIÆ AD THERMOPYLAS.

A.P.I.

4234. Leonidas cum ſolis 300. Spartanis ad Thermopylas Xerſi ſe opponit, nè per anguſtias illas tranſiret in Græciam, quod ob Græci proditionem non obtinuit. *Vallemont.*

4435. Græci ad Thermopylas Brennum Gallorum Ducem ſuperant ſolis 40. de ſuis deſideratis. R*icciolius*.

4523. Acilius Glabrio Romanus ad Thermopylas ſuperat Antiochum Magnum, eumque in Aſiam fugat. *Ricciolius*.

4568. Q. Metellus ad Thermopylas Bæotas fugat. *Ricciolius*.

ALIÆ VICTORIÆ INSIGNIORES.

4206. Sybaritarum 300000. à 100000. Crotoniatis cæduntur. R*icciol.* Hi erant populi Magnæ Græciæ, quæ nunc dicitur. Calabria.

1224. Marathonia pugna Græcorum cùm Dario Hyſtaſpes Perſarum Rege, Miltiade Athenienſium Duce, in qua ceciderunt 206000. Perſarum, Græcorum verò ſoli 192. R*icciolius*.

4234. Salaminia victoria Duce Themiſtocle de Xerſe Darij filio, cùm haberet ſub ſignis 2317610. *Ricciolius*, & *Vallemontius*. Eodem anno Græci Plateæ in Bæotia Perſas ſuperant, cæſis eorum 100000 in manè, & in ſerò aliam de eiſdem victoriam reportant Micalis in Aſia. *Vallemontius*.

4343. Leutrica pugna, in qua Epaminundas Thebanus vicit Cleumbrotum Lacedemonum Ducem. *Ricciolius*, & *Vallemontius*.

4380. Alexander M. Darium primo prælio ſuperat ad Granicum fluuium. *Q. Curtius*.

3381. Secunda de eodem victoriam ad Iſſum Ciliciæ. *Q. Curtius*.

Ter-

A.P.I.

4383. Tertiò de eodem victoriam ad Gaugamelam in ditione Arbellæ reportat. *Q. Curtius*.

4394. Samnites de Romanis inſignem victoriam reportant ad Furcas Caudinas. *T. Liuius lib. 9. Dec. 1.*

4496. Annibal Romanos vincit ad Ticinum, & Trebiam. *Tit. Liuius D. 3. lib. 2.*

4497. Annibal eoſdem vincit ad Traſimenum, vulgò *lago di Peruggia*. *T. Liuius*.

4498. Tertia Annibalis victoria de Romanis ad Cannas. *Tit. Liuius*.

4666. Cæſar de Pompeio victoriam reportat in Campis Pharſalicis. *Ricciolius, & T. Liuius*.

4683. Octauianus Auguſtus de Antonio, & Cleopatra victoriam reportat ad Actium Promuntorium. *Ricciol.*

A.C.Æ. *PISCES PRODIGIOSÆ MAGNITUDINIS.*

1463. Endenſes in lacu Purmeno capiunt Mulierem Marinam nudam, & mutam, quæ, Harlemum delata, didicit venerari crucem, & immaginẽ B. V., veſtibus indui, nere, & panem cum lacticinijs comedere. *Ricciolius*.

1531. Harlenij captum eſt cete longum pedes 68., altum pedes 30., latum in cauda pedes 12. *Ricciolius*.

1546. In India in Coſta Piſcariæ captæ ſunt nouem Syrenæ fæminę, & 7. maſculi figuræ hominis à capite ad corpus medium, reliquum verò figuræ piſcis. *Antonius Paulus Maxinus in libro cui titulus: ſcuola del Chriſtiano, vbi plura habet*.

1577. Propè Antuerpiam captum eſt cete longum pedes 98. altum 16., latum in cauda pedes 14. *Ricciolius*.

1620. Genuæ ad littus S. Petri de Arena eiectus eſt piſcis, cuius pondus erat librarum 9000. *Hiſtoria Genuenſis*.

1639. Ad S. Turpetem in Prouincia captus eſt piſcis exterminatæ magnitudinis. *Ricciolius, & Foreſti t. 6.*

1658. Jn canali Angliæ captus eſt piſcis longus cubitos 70., latus 30.

MV-

A. Æ. C.

MVLIERVM FÆCVNDITAS PRODIGIOSA.

59. Romæ mulier Anguem peperit. *Cornelius Tacitus lib.* 14. *Annal.*

1218. Matildis Comitiſſa Ermenbergh vnico partu edidit filios 1514., qui omnes ab Othone fuere baptizati. *Maxini.*

Vxor cuiuſdam Scoti in Dania primo ſui matrimonij nouennio peperit filios 27., deindè peruenit vſque ad 54, eaque mortua annorum 40., aliam vxorem duxit, à qua habuit filios 11. in totum 65. *Rainaudus t.* 20. *ſ.* 2. *Foreſti in Dania.*

1276. Filia Comitis Florentij vnico partu edidit 364. filios, cùm eſſet ipſa annorum 42., & omnes baptiſmum receperunt ab Epiſcopo Guido. *Maxini. Bardi id ſignat an.* 1331.

1277. Puella octennis peperit maſculum. *Ricciol., ſed Bardi id ſignat anno* 1347., *& ait fuiſſe nouennem.*

1296. Margarita vxor Visboſlai Comitis in Diecæſi Cracouienſi vnico partu edidit 36. filios. *Ricciol., ſed Coriol. id ſignat anno* 1270.

1485. Vxor Io: Antonij Bucca nigra vnico partu enixa eſt 17. filios. *Iuſtinianus, & Bizarrus, qui multa ſimilia refert.*

1491. Genuæ vxor Laurentij Valliſtari ſerpentem peperit. *Iuſtinianus.*

1586. Regnante Henrico III., Columba Sciatri Senonenſis, poſt annos 20. matrimonij, oſtendit omnia ſigna grauedinis, & ſuo tempore experta eſt partus dolores, ſed per annos tres manſit in lecto; ceſſatis doloribus, vixit adhuc annos 24. cum ventris tumore; tandem cùm eſſet annorum 68., mortua eſt, apertoque cadauere, inuentum eſt in eius vtero corpus puellæ lapideum, cuius rei teſtis ocularis fuit Albout Medicus Senonenſis, & poſtea Henrici IV. *Diction. Hiſtoricum, & Petrus Sergij in diſſertat: vnguenti armarij ſ.* 42.

PRODIGIA VARIA.

Juhonum vulgò Horpt Ciuitas Gallobelgię ab erumpente igne fuit vexata, qui nec imbre, nec fluuialibus aquis,

nec

nec alio humore poterat extingui, ſed tantùm iactis in eum lapidibus, ictu fuſtium; veſtibuſque ſuper eum immiſſis, quę quò magis erant pollutæ, eo melius ignem extinguebant. *Cornel. Tac. lib. 13. An. in fine.*

Ignis montis Heclac ſtupâ extinguitur. *Petrus Seruÿ fol.* 15. *Fiori hiſtoriei f.* 488.

Ignis montis Chimeræ fęno extinguitur. *Idem ibidem.*

Jgnis Coloniæ Vsbiorum, vulgò Colonia, pannis extinguirur. *Idem ibibem.*

Jgnis Gręcus artificialis, adinuentus anno 678., ſolo aceto extinguitur. *Ricciolius.*

Puella integro anno viuit ſine cibo an. 1050. *Baron, & nos ſup.*

Die 15. Martij fluuius Crater in Calabria valde excreuit, & in eo viſi ſunt multi canes nigri cum linguis ignitis, ex quorum ore exibat ſanguis marcidus an. 1166. *Calabria Illuſtrata f.* 286.

Moguntiæ Puella per an 30. vixit ſinè vllo cibo 1287. *Bardi.*

Aquilæ in Aprutio demones è nubibus erumpentes multos homines, & beſtias necarunt, lacerato etiam vexillo cum imagine Ruperti Antipapæ an. 1379. *Ricciolius.*

Puella nomine Margarita à Feſto S. Michaelis anni 1530. vſque ad annum 1540. viuit ſine vllo cibo *ex Bucolodiano Philoſopho in reuelationibus S. Birgittæ l.* 4. *cap.* 108. *nota* 2.

Mulier poſt annos 16. ætatis verſa eſt in virum an. 1532. Idem accidit Genuæ ſæculo præterito, & de his. *Barboſa t.* 2. *Conſiliorum conſ.* 100. *f.* 173.

Due Puellæ iu vtero Matris tribus ante partum diebus eiulant an. 1601. *Camer. cen. prima Gen.* 38. 39.

In Cò Inſula ouis leonculum peperit an. 1602. *Iuo Pariſ. ius naturale f.* 536.

Serua Æthiops Roderici Fonſecæ Piſis, & Romæ ignem pre manibus geſtabat illeſa an. 1636. Idem accidit ruſtico in Piceno ad montem Luporum. *Petrus Seruius qui ſupra.*

Monialis in Monaſterio Campi Martij Romæ paſſa eſt tale vrinæ profluuium, vt vna die libras ducentas minxerit, & eo non obſtante, potum auerſabatur an. 1637. *Servius, qui ſupra ex Roderico Fonſeca.*

Jn Calabria à Squilaci vſque Crotonem in æſtate fuit maxima pluuiarum copia, in Octobri calor vt in Iunio, & ſtatim hiems ita rigens, vt lacus gelu obdureſcerent an. 1679. *Calabria Illuſtrata f.* 286.

Cautes Harpati vno digito mouetur, ſed reſiſtit immobilis ſi toto corpore pellatur. *Petrus Seruius f.* 15.

Apud Oppidum Etruriæ, vulgò Saſſo, eſt ſpelunca Serpentum, in qua ſanantur varij morbi, vt paralyſis, lepra, elephantiaſis, lues venerea, tumores, dolores varij &c. quod fit tùm vapore tepido, & leni, tùm ſerpentum maxima copiâ, qui nudatum egrum, & oppio ſopitum circumeunt, conteguot, lingunt, & omnem morbi labem abſtergunt. *Bourdelotius Pariſinus anno* 1637., *& ex eo Petrus Seruius.*

Non ſolum datur Remora naues ſiſtens, ſed & alius piſciculus, qui naues in contrarium vento ire cogit *ex Linſchottan in ſua nauigatione. Petrus Seruius.*

Quidam toto vitæ ſuæ tempore nunquam manducauit, nec dormiuit. *Olimpiodorus. Fiori Hiſtorici f.* 579. *col.* 1. Epimenides Cretenſis dormiuit per annos 50., & alius per annos 57. *Fiori Hiſtorici f.*579.

PLANTÆ PRODIGIOSÆ.

Herba quædam Bengalæ, & Zeilani in Jndia ligna ad ſe trahit tanto impetu, vt etiam è manibus hominum eripiat. *Petrus Seruij in ſua diſſertat medica fol.* 15.

In Iaua maiori eſt arbor, cuius medulla ferrea eſt, fructus verò impenetrabilis. *Idem ibidem.*

Arbor pudifera apropinquante aliquo animali, ſiue homine ramos conſtringit, recedente pandit. *Idem ibidem.*

Minoſa hortenſis, manu admota, ſe neſcit, & reuiuiſcit ſemota. *Idem.*

In

In Inſula Cimbulon eſt arbor, cuius frondes, cùm decidunt, repunt ſuâ vi, & manu vel ſtilo tactæ abeunt, ac refugiunt. *Idem*.

Malacæ in Jndia eſt arbor, cuius radices, quæ ad occaſum ſpectant, veneficæ ſunt, quæ verò ad hortum veneno medentur. *Ibidem*.

In Chile eſt arbor, in cuius folijs vermes naſcuntur, qui, cùm decidunt, in ſerpentes conuertuntur. *Idem ibidem*.

In Hebridibus Inſulis Scotiæ adiacentibus quędam arbores, & ligna vermes generant, qui paulatim vertuntur in Anatres. *Idem*.

Jn Tartaria ex Scaligero eſt plancta, dicta Borametz, ideſt agnus, quæ creſcit in ſimilitudinem agni, & pro cornibus pilos habet cornu ſpecie, cuius pulpa ſimilis eſt carni gammari, & ſi vulneretur ſanguinem emittit. Quandiu vicinis confouetur herbis creſcit, &, illis abſumptis, tabeſcit. Rurſus appetitur à Lupis, non autem ab alijs animalibus carniuoris. *Idem Petrus Seruij ibidem ex Bourdelotio Pariſino an.* 1637.

Datur caro foſſilis *ex Petro Seruio. Ibidem*.

Aquaſpartæ in Vmbria eſt lignum foſſile variegatum, & vermiculatum, vt marmor, & non ſecus ac hebanum elaborandum. *Idem ibidem*.

FLUMINA PRODIGIOSA.

Sabaticus fluuius ſola die Sabbati fluit ab occaſu ſolis diei præcedentis vſque ad occaſum Sabbati. *Magri in additione ad Lexicon Geographi: Ferrarij contrà Ioſephum, & ait ſe fuiſſe teſtem ocularem. Idem ait Spondanus ad annum 33. Ch., & Pererius in Danielem l.* 4.

Fluuius Chimera à fonte aquas habet dulces, ſed cum diuiditur in duas partes, alia eſt dulcis, alia amara. *Vitruuius*.

In regione Peruana ex Monte Bilſanota originem ducit flumen, cuius aquę ſunt velut lixiuia cinericei coloris, & fumum ſpirant. *A Coſta l. 3. c.* 17.

In noua Hiſpania eſt flumen coloris cerulei, & in regione Peruana alter coloris ſanguinei, quod ideò dicitur flumen rubrum, vulgò Vermeio. *Idem ibidem.*

Aquæ fluminis Himeræ ſunt amaræ vſque dum fluunt ad Boream, cùm verò fluunt ad Auſtrum dulceſcunt.

De F. Boriſtene *ait* P*omponius Mela l.* 2. *c.* 1. Turbatis alijs, limpidiſſimus fluit.

E' contra Nilus ſemper turbidus.

Jn Macedonia fons eſt inebrians velut vinum.

Toloſæ anno 400. per diem integrum ſanguis in riuo latiſſimo fluxit. R*ainaudus.*

Genuæ fons ſanguine manauit. *Iuſtinianus an.* 936. *Arſdecbim id ſignat an.* 951., *&* *Bardi an.* 910., *&* 928.

In Inſula Andros, quæ leucis 10. diſtat ab Eubæa, eſt fons, cuius aquæ Nonis Ianuarij habent ſaporem vini, *ita Plinius l.* 2. *c.* 103. *Idem teſtatur Magri.*

Apud Gratianopolim eſt fons, qui habet ſaporem vini. *Vallemontius.*

In Inſula S. Dominici ſub aquis fluminis Aquatę eſt fons aquę callidæ. R*amuſius t.* 3.

Propè Inſ. Nauazzam, quę diſtat ab Hiſpaniola leucis 12. eſt fons aquę dulcis, aſcendens de mari. R*amuſius t.* 3. Alius huic ſimilis eſt in ſinu Lunenſi.

In Jnſula Hiſpaniola ſunt aliqui fontes, quorum aquæ deſuper ſunt dulces, in medio ſalſæ, & in infima parte amaræ. *Ramuſius t.* 3.

Ex Herodoto duo ſunt fontes propinqui, alter pręferens ſaporem lactis, alter amariſſimus. *Maxinus in Schola Chriſtiani.*

9. In Æthiophia eſt fons Solis dictus, qui de die aquas habet dulces, & frigidiſſimas, & de nocte callidiſſimas, & amaras. *Maxinus vbi ſupra, & Q. Curtius lib.* 6.

Debris apud Garamantas fons eſt, qui alternis vicibus die friget, nocte feruet, ac per eadem venarum comercia interdum ignito vapore æſtuat, interdum glaciali horrore algeſſit. *Solinus. Pererius in Danielem.* In

Digitized by Google

In Æthiopia eſt fons, cuius aquæ habent ſaporem aceti, & pro eo deſeruiunt. *Maxinus.*

Jn regione Peruana eſt fons aquæ calidæ, quæ terram conuertit in Lapidem, & ſi quis ex ea biberit, viſcera lapideſcunt. *A Coſta l. 3. cap. 17. Uide infra.*

Propè Volaterram in Hetruria eſt fons huic ſimilis *ex Maxino.*

In Gothia eſt fons, in quo ſi quid proijcitur lapideſcit. *Io: Laurentius Maffeius.*

In quadam Valle apud Macherontam à Sepulchro ex duabus veluti mammis exeunt duæ aquæ guttæ, altera calidiſſima, altera frigidiſſima, ex quibus componitur humor medicinalis. *Maxinus ex Ioſepho.*

In Prouincia Carca in America eſt fons aquæ calidiſſimæ; *A Corta l. 3. cap. 17.*

Huic ſimiles ſunt fontes ad Aquas Statelitas vulgo *Aqui.*

In Syria inter Rafancam, & Ateam eſt fons, qui per ſex dies eſt aridus, ſeptimo verò fluit abundanter, & dicitur fons Sabbathicus. *Maxinus.*

Jn Germania eſt fons, ad quem ſi quis accedit taciturnus, reperit aquam limpidam, ſi verò loquatur, turbidam, & ebullientem. *Maxinus.*

Jn Calabria duo ſunt fontes, alter Crati, alter Sibaris dictus, quorum aquę capillos aureos reddunt.

Jn Silua Dodonea eſt fons, cuius aquę faces extinctas accendunt, accenſas verò extinguunt. *D. Auguſtinus de Ciu. Dei cap. 5.*

Jn Illirico eſt fons aquæ dulcis, quę comburit velut ignis quidquid in ea ponitur. *Io: Baptiſta Fregoſius teſtis ocularis, Maxinus.*

Propè Lacum Larium fons eſt, qui ter in die creſcit, & decreſcit. *Plin. Senior l. 2. cap. 103. Plinius Iunior ep. vltima lib. 4. ad Soram. Pererius in Danielem lib. 5. f. 216.*

Jn America eſt fons liquoris apti ad comburendum velut oleum, & ſanat à Scabie. *Maxinus.*

Jn Comanctia Prouincia Hiberniȩ eſt fons, cuius aquæ intrà diem naturalem bis deficiunt, & totidem exuberant. *Rainaudus t. 17. in Prato Sp. c. 57.*

In Heluetiæ Prouincia, quæ Suitis dicitur, eſt fons, qui non fluit, niſi cum Sol eſt in noſtro Orizonte, noctu verò areſcit. *Idem ibidem.*

In agro Pictauienſi ad S. Io: de Angelis eſt fons, qui in ȩſtate vberrimis aquis manat, in hyeme verò areſcit. *Idem ibidem.*

In Sicilia eſt fons, ad quem ſi quis accedat rubra veſte indutus, ebullit, & aſcendit ad ſtaturam hominis, eo verò diſcedente, redit ad priſtinum ſtatum. *Idem ibidem.*

Jn agro Nicienſi eſt fons, qui ab incolis Sanctus dicitur, cuius aquȩ ſolum fluunt, cum imminet aliquod infortunium Chriſtianæ Reipublicæ. *Idem ibidem.*

De hoc fonte agit Petrus Geofredus in ſua Nicea, & Ludouicus Aribertus in Poemate.

In Delphinatu eſt fons, cuius aquæ cum exuberant anunciant aliquam ſterilitatem. *Uallemontius in Geographia.*

In Cuſco Prouinciâ Americæ eſt fons ſalis optimi. *A Coſta l. 3. c. 17.*

Clitoræ fontis aquas ſi quis biberit vini odorem nauſeat. *Atheneus l. 3.*

In Ægypto eſt fons, cuius aquȩ per medietatem diei ſunt frigidiſſimȩ, per aliam medietatem calidiſſimȩ. *Fiori hiſtoricif.* 489.

In Panuco Regione Mexici ſunt duo fontes, alter picis nigræ, alter rubeæ. *Fiori hiſtoricif.* 489.

In Prouincia S. Elenæ eſt fons bituminis ad liniendã nauigia. *A Coſta l. 3. cap.* 17.

Jn Inſula Luporum in mari Peruano eſt fons bituminis peſſimi odoris. *A Coſta ibidem.*

Jn Inſula Eubagua, ſiue vnionum Gradibus 10. circiter ab Æquatore eſt fons bituminis peſſimi odoris, qui dicitur ſtercus Diaboli, medicinalis. *Ramuſius t. 3.*

In

In Inſula Cuba prope portum Principis eſt fons bituminis, & alij alibi. R*amuſius*. *Ibidem*.

Fons Siloe ad radicem montis Sion, horis tantùm determinatis fluit. *Baron. ann.* 33.

In Gallia eſt fons, qui fluit, & refluit. *Vallemontius in Geographia*.

In Sicilia ſunt duo fontes, quorum alter ſteriles, alter fæcundas reddit mulieres.

In Oppido S. Andreæ in Vngharia eſt fons, in quo ſi ferrum mergatur conuertitur in æs ductile, quod tribuitur quantitati Vitrioli.

Quo anno Chriſtus Jeſus natus eſt, in Taberna meritoria, fons per tres dies oleo manauit. *Baronius*. Bardi id ſignat anno Mundi 3929. vide illum.

Romę ex Eccleſiæ pauimento Oleum ſcaturiuit an. Ch. 1010. *Nos in Chron.*

Fons Exampeus infamis amara ſcaturigine, liquido admiſſum fluori, amnem vitio ſuo vertit, & hic eſt fons Ippanis dulcis donec ſolus fluit. *Solinus cap.* 22.

Acim, quamuis demiſſum Ethna, nullus frigore antecellit. *Solinus cap.* 1. *Foreſti t.* 4. *fol.* 397.

In Carinenſi Hiſpaniæ agro duo fontes iuxtà fluunt, alter omnia reſpuens, alter abſorbens. *Plin. l.* 2. *Nat. Hiſtor.*

LACVS PRODIGIOSI.

In Hibernia eſt lacus, in quo ſi lignum mergatur, ità vt terrę figatur, pars, quę in terra figitur, vertitur in ferrum, quę in aqua, in lapidem, quę verò in aere, lignum remanet. *Arſdechim f.* 235.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS PRODIGIORVM, QVÆ IN HOC INDICE CONTINENTVR.

Prodigia in Cœlo.
Pluuiæ prodigioſę.
Grandines prodigioſæ.
Hyems rigens.
Terręmotus prodigioſi.
Crucis Apparitiones.
Campanarum ſonitus.
Animalium flagella.
Fames prodigioſæ.
Exercitus numero prodigioſi.
Victoriæ prodigioſę.
Piſces prodigioſę magnitudinis.
Mulierũ fęcunditas prodigioſa.
Prodigia varia.
Plantæ prodigioſæ.
Flumina prodigioſa.
Fontes prodigioſi.
Lacus prodigioſi.

HISTORIARVM FASCICULI.

QUi in viridarijs ſpatiantur, flores, eorum genio magis indulgentes legunt, & in manipulos colligunt, idem faciat, qui hiſtoriæ hortos perluſtrat; vel, vt benè monebat Seneca *ep.* 84. Apes debet imitari, & quæcumque ex diuersâ lectione congeſſit, ſeparare, meliùs enim diſtincta ſeruantur, deindè, adhibitâ ingenij noſtri curâ, & facultate, in vnum ſaporem varia illa libamenta confundere, vt etiam ſi apparuerit vndè ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quàm vndè ſumptum eſt, appareat; ideò per paucos, ſiuè faſciculos, ſiuè fauos hìc profero, vt ad eorum typum plures alios ſibi quiſque comparet.

QUI EPISCOPATUM ASSVMPSERE ADHUC IMMATVRÆ ÆTATIS.

925. Hugo filius Heriberti annorum 5. eligitur in Epiſcopum Rhemenſem, & à Jo: x. confirmatur. *Bernini t.* 2. *f.* 584.

931. Ioannes XI. electus fuit Pontifex annorum 24. *Bernini t.* 2. *f.* 587.

955. Ioannes XII. ordinatus fuit Pontifex annorum 17. *Bernini t.* 2. *f.* 587.

Ioan-

963. Ioannes XII. ordinauit in Epiſcopum Tudertinum puerum annorum 19. *Bernini t. 2. f.* 588.

1033. Benedictus IX. ordinatus Pontifex annorum 12. *Bernini t. 3. f.* 14.

1099. Ioannes, adhùc puer, ordinatus fuit in Epiſcopum Aurelianenſem, de quo Iuo multa dicit. *Baron. anno* 1099.

PONTIFICES ELECTI ANTE SACERDOTIUM.

Gregorius VII. anno 1073., Clemens III. anno 1191., Innocentius III. anno 1198., Adrianus V. Fliſcus anno 1276., Clemens XI. anno 1700.

EPISCOPI DISPENSATI AD MATRIMONIUM INEVNDVM.

Philippus Sabaudiæ, relicto Epiſcopatu Lugdunenſi, & Valentino, diſpenſatur ad ducendam vxorem, vt ſit Dux Sabaudiæ. R*icciolius in Indice Ducum Sabaudiæ an.* 1168.

Ramirus cùm eſſet Monachus, Abbas, Sacerdos, & Epiſcopus Toloſanus diſpenſatur ad ducendam vxorem, ex qua habuit vnicam filiam, cum eſſet Aragoniæ Rex an. 1174. *ex Rogatis*.

EPISCOPI APOSTATÆ A' FIDE.

Odettus Caſtilionæus creatus Cardinalis annorum 11., Epiſcopus Toloſanus, & Bouenſis an. 1561. publicè hęreſim profitetur. *Berninus t.* 4. *f.* 458.

Hermannus Uuedę Archiepiſcopus Colonienſis Hæreſim profitetur anno 1546. *Idem ibidem*.

Gherardus Thruchſes Archiepiſcopus Colonienſis Hæreſim profitetur anno 1583. *Idem*.

Vergerius Epiſcopus Hiſtriæ, & Nuncius Apoſtolicus Hęreſim profitetur. *Idem ibidem*.

Marcus Antonius de Dominis Epiſcopus Spalatrenſis Hęreſiarca. *Idem anno 1616*.

Bartolomęus Caranza Archiepiſcopus Toletanus de Hæreſi fuit inquiſitus. *Idem ibidem. Vide alios plures ibidem*.

HÆRETICI MODERNI ETIAM INFIDELIBVS INVISI.

Solimanus anno 1551. à ſuo Dominio expellit omnes hæreticos. *Spondanus, & Bernini t.* 4. *f.* 456.

Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus Schiſmaticus reprobat Confeſſionem Auguſtanam à Luteranis ei miſſam pro confirmatione. *Spondanus, & Bernini t. 4. f. 343. anno 1575.*

Græci Schiſmatici, in Concilio Conſtantinopoli congregato à Patriarcha Parthenio, ſiuè Cirillo Iberię, damnant doctrinam Caluiniſtarum. *Labè, & Bernini t. 4. f. 611. anno 1612.*

MALE CUM HÆRETICIS CONVENITUR.

Tranſactiones cum Hæreticis ſemper miſerè cedunt. *Vide Galliam vindicatam f. 505. diſſert. 2.*

Zeno Jmperator anno 488. publicauit *Henoticon* ad componendos Hæreticos cum Catholicis.

Iuſtinianus publicauit *Edictum* ad eundem finem, anno 563.

Carolus v. Imperator anno 1548. publicauit *Interim* ad eundem finem. *Uide Berninum t. 4.*

Heraclius Jmperator anno 638. compoſuit *Ecthesim* ad eundem finem.

Conſtantius Imperator *Typum* publicauit anno 648. ob eamdem cauſam.

ELECTIONES CANONICÆ.

Jnnocentius II. in Concilio Romano abſtulit à populo facultatem eligendi Epiſcopos, eamque tribuit Canonicis.

Ioannes XXII. abſtulit à Canonicis illam facultatem, eamque ſibi reſeruauit. *Berninus t. 1. f. 261.*

Pragmatica Sanctio circà collationem beneficiorum inſtituta fuit à Concilio Baſilienſi anno 1439., ſed reuocata à Leone x., & Franciſco primo Bononiæ exiſtentibus, anno 1515., in cuius locum ſucceſſit Concordatum cum Leone x.

JNQVISITORES HÆRETICÆ PRAVITATIS OCCISI.

Petrus à Caſtro nouo Inquiſitor contrà Albingenſes occiſus anno 1207. *Bernini t. 3. f. 270.*

S. Petrus Martyr occiſus anno 1252. *Bernini t. 3. f. 330.*

Petrus

Petrus de Arbues Canonicus Cæſarauguſtanus primus Inquiſitor Aragoniæ occiſus die 17. Septembris anno 1482. *Ricciolius in Indice Virorum Illuſtrium.*

PUERI A' JUDÆIS MACTATI.

Cæſarauguſtæ Iudæi puerum cruci affixum lancea transfodiunt an. 1250. *Ricciol.*

Vuernerus puer Chriſtianus Vueſſalijs ad Rhenum an. 1287. furtim raptus à Iudæis, acubuſque, & cultris transfoſſus, miraculis claret. *Trithemius. Gerebrardus.*

Tridenti Iudæi Simonem puerum martyrio afficiunt an. 1475. die 24. Martij *Martyrologium Romanum.*

Octo Iudæi anno 1452. puerum Chriſtianum cruci affigunt, & illius ſanguinem cibis immiſcent. *Hiſtoria Sauonenſis.*

PACES RECENTIORES JNTER PRINCIPES.

Pax Cameracenſis inter Philippum ſecundum, & Henricum ſecundum, in qua Galli multa Hiſpanis reddidere.

Pax Monaſterienſis inter Hiſpanos, & Gallos, necnon inter Jmperatorem, & Hæreticos anno 1648.

Pax ad Pyrenæos inter Philippum IV., & Ludouicum XIV. anno 1660.

Pax Aquiſgrani inter Ludouicum XIV., & Carolum ſecundum anno 1668.

Pax Nimegæ inter Principes omnes Europæ anno 1678.

Pax Riſuich in Batauia inter Principes Chriſtianos an. 1697.

Pax Colonitz in Vngaria inter Confœderatos Catholicos, & Turcam, mediantibus Anglis, & Batauis an. 1699.

Traiecti ad Rhenum, vulgò *Vtrech* agitur de pace generali inter Principes Chriſtianos, quam nobis det Deus auctor Pacis, & Charitatis an. 1712.

CHRONOLOGIA VRBIS GENVÆ.

A.P I.

2513. PHæton genuit Ligurem, Ligur verò Cirnæum. *Bochius*.

3819. Hetruſci ſuper totam ferè Italiam dominantur, præterquam ſuper Ligures. *Bochius*.

3868. Lunenſes, & Ligures Piſis potiuntur, & Hilvam Inſulam occupant. *Bochius*.

3957. Luca conditur à Lucio Lunenſium Lucomone. *Bochius*.

4430. L. Metello Conſule, iàm Genua iuriſdictionem habebat. *Iuſtinianus*.

4477. Bellum à Romanis Liguribus indicitur annos 80. duraturum. *Ricciolius*.

4496. Anno Vrb. 536., Coſſ. P. Cornelio Scipione, & Tito Sempronio Longo, Scipio Marſiliâ Genuam venit, vt ſe opponat Annibali. *T. Liu. Dec.* 3. *l.* 1. *c.* 12.

4509. Mago Barchinus Dux Carthaginenſium Genuam deuaſtat, & prædam Sauonam reportat. *T. Liu. Dec.* 3. *l.* 8. *c.* 26. qui tamen errat, dum ait id contigiſſe anno vrbis 545. erat enim an. 549.. Ex hoc collige in Bello Romanorum cum Annibale vrbem Genuam ſtetiſſe pro Romanis, licèt alij Ligures contrà Romanos eſſent.

4511. Anno Vrb. 551., non verò 547. vt vult Liuius, Lucretius Spurius duas legiones Genuam ducit, vt Vrbem à Magone dirutam, reſtauret. *Liu. D.* 3. *l.* 10. *c.* 1.

4517. Cùm Ligures Appuani agros Lunenſem, Piſanum, & Placentinum eſſent deuaſtati, contrà eos Conſules proficiſcuntur. *T. Liu. D.* 4. *l.* 4. *c.* 30.

4522. Q. Minutius Conſul, in agro Piſano contrà Ligures pugnans, eorum nouem millia mactat, & caſtra, vicoſque incendit. *T. Liu. D.* 4. *l.* 5. *c.* 18.

Li-

A.P.I.

4523. Ligures, caſtra Q. Minutij Proconſulis agreſſi, à Romanis ad 4. millia cæduntur. *T. Liu. D.* 4. *l.* 6. *c.* 25.

4527. T. Quinctius Flaminius Conſul, & Æmilius, victis Liguribus Briniatibus, & Appuanis, viam Æmiliam à Placentia Ariminum vſque ſternunt. *T. Liu. D.* 4. *l.* 9. *c.* 1.

4528. Ligures Appuani L. Martium Cenſorinum Conſulem cædunt, & ſaltus ab eius nomine dictus eſt Martius. *Tit. Liu. D.* 4. *l.* 9. *c.* 12. Is Campus eſt propè Meliam.

4530. L. Æmilius Paulus de Liguribus triumphat, & ipſi pacem petunt. *T. Liu. D.* 4. *l.* 10. *c.* 10.

4534. Ligures Appuani victi à Romanis, ad 40. millia Liberorum in agrum Samniticum aſportantur. *T. Liu. D.* 4. *l.* 1. *c.* 19.

4538. C. Claudius de Liguribus triumphat, qui taciti, vt iratos eſſe ſentires, currum ſequuntur. *T. Liu. D.* 5. *l.* 1. *c.* 18.

4541. M. Popilius Conſul oppidum Cariſtum, & Ligures Statellites inuadit, eorum 10. millibus cęſis, reliqui ſpe veniæ ſe dedunt, quos, vnà cum eorum bonis, vendit, quæ res Senatui diſplicuit. *T. L. D.* 5. *l.* 2. *c.* 8.

4542. Senatus ſtatuit reſtituendos in libertatem Ligures, qui à M. Popilio venditi fuerant, eiſque trans Padum ager deſignatur. *T. Liu. D.* 5. *l.* 2. *c.* 17.

4544. P. Mutius Scæuola Conſul cum Liguribus, qui Lucam, Piſaſque depopulati erant, bellum gerit ad Audenam fluuium, vulgò *Laulella*, eiſque arma adimit. *T. Liu. D.* 5. *l.* 1.

4577. C. Hoſtilius Mancinus Conſ. in Portu Herculis audit vocem dicentem: Mancine mane, & Genuæ ingentis magnitudinis Serpentem videt. *Val. Max. de Prodig. l. c.* 7.

4597. L. Cecilio Metello, & Q. Mutio Scæuola Conſ., ortum eſt diſſidium inter Veiturios, ideſt Vultabienſes, & Langaſchi incolas ob agrum inter eos poſitum, quod Q. Mutius, & Q. Rufus componunt, vt patet ex lapide inuento in valle Porciferæ, de quo Foglietta, & Juſtinianus, qui aſſerit id contigiſſe an. 290. ante Æram Ch. ſed errat, erat enim annus 117.

M.

A.P.I.

4199. M. Æmilius Scaurus Conſ. viam Æmiliam ſternit in Liguribus per Piſas, Lunamque vſque ad Vada Sabatia, & Liguriam in Prouinciam Romanam redigit. *Foglietta*.

A.Æ.C.

51. Dum S. Petrus Romæ moraretur S. Syrum Ticinum mittit, qui Genuæ Chriſti fidem prèdicat, quam Genuenſes amplectuntur. *Iacobus à Voragine*.

69. S. Barnabas Genuæ, & in tota ora maritima Chriſti fidem prędicat. *Baronius*.

60. Per hæc tempora credibile eſt S. Petrum Genuam aduenıſſe, fuit enim in monte Ueratilia propè Tuiranum, in cuius ſummitate extat Eccleſia huic Sancto dicata, quam Deſiderius Epiſcopus ſacrauit, varijſque Sanctorum Reliquijs ditauit, & præcipuè ferrea catena, qua Sanctus Apoſtolus fuit ligatus. Ibique Carolus Magnus Monaſterium conſtruendum iuſſit, in quo inhabitarunt Monaci S. Benedicti, vſque ad annum *1316.*, & Cartuſiani vſque ad 1495. *Ex monumentis Monaſterij*.

53. SS. Nazarius, & Celſus Româ eiecti, nauigio Genuam aduenıunt, & in terram proſiliunt ad partem Orientalem Biſamni fluminis, vbi nunc extat Eccleſia illis dicata. Alia quoque conſtructa fuit in Vrbe, vbi prima Miſſa publicè celebrata fuit, quę nunc dicitur Parochialis S. Mariæ Gratiarum, & in Publico Palatio legebantur hæc duo Carmina.

Structori Genuæ multum debere fatemur,
Sed plus Palmiferis, qui docuere fidem.

Hoc tempore Rauennæ martyrio coronatur S. Vrſicinus Medicus Ligur, quem Genuæ natum volunt aliqui. Hic poſt capitis amputationem, rectus ſiſtit, acceptoque capite præ manibus ad Sepulchrum properat. *Schiaſinus*.

Sergius Paulus, de quo S. Lucas Act. Ap. cap. 13., Lunenſi Vrbi fidem prędicat. *Ex Lect. Breuiarij*.

121. S. Calocerus, Brixienſis Ciuis Albingauni martyrio coronatur, cuius corpus anno 1286. fuit inuentum ſub Ara maio-

A. Æ C.

121. maiori Monaſterij, in quo incolebant Monaci S. Benedicti, & anno 1308. conceſſum eſt Monialibus eiuſdem Ordinis, anno verò 1523. datum Clariſſis, quæ anno 1593. tranſlatæ ſunt in Vrbem, vnà cum corpore Sancti Calocerì, annò deniquè 1618. Eccleſia, & Monaſterium refectum eſt ſumptibus Saluagij de Aſte. *Schiaſinus.*

193. Ælaius Pertinax, apud Vada Sabatia natus, Imperator à militibus eligitur, & à Senatu confirmatur, ſed poſt dies 88. Imperij occiditur. *Iulius Capitolinus. Foreſti.*

253. Albintimelij naſcitur S. Antonius Abb. ex Patre Ægyptio, & Matre Ligure. *Rainaudus.*

262. Taraconæ in Hiſpania martyrio coronatur S. Fructuoſus cum Socijs, eorumque corpora, Angeli monitu, à diſcipulis ad Caput montis in Liguria aſportantur, vbi eorum nomini Eccleſia fuit dicata, & Monaſterium Monacorum S. Benedicti conſtructum. Errat autem Iuſtinianus, qui eorum tranſlationem ponit anno 1256. *Schiaſinus.*

In Feſto horum Sanctorum S. Auguſtinus Sermonem ad populum habuit.

277. Titius Ælius Proculus Albigaunus acclamatur Imperator à Lugdunenſibus contrà Probum, ſed breui occiditur. *Murerus in Ditiou. Hiſt.*

296. S. Marcellinus Pp. ſcribit Epiſtolam Salomoni Epiſcopo, quem probabile eſt fuiſſe S. Salomonem Epiſcopum Genuenſem, qui mortuus eſt anno 297. eique ſucceſſit S. Felix.

304. In Corſica martyrio coronatur Deiuota Virgo, cuius corpus ſcaphæ impoſitum, miraculosè Monæcum appulit, vbi ſeruatur, & colitur. *Schiaſinus.*

322. E' viuis ſublatus eſt S. Felix Epiſcopus Genuenſis annorum 70., qui per annos 20. Eccleſiam Genuenſem rexit. Huic ſuceſſit Syrus filius Emiliani. *Schiaſinus.*

325. S. Syrus Æmiliani filius Epiſcopus Genuenſis ſubſcribit Concilio ſecundo Romano ſub S. Siluestro, & Conſtantino Imperatore. In eo confirmatum fuit Concilium Nicænum,

A.Æ.C.

325. num, & ſtatutum, vt Paſcha celebretur die Dominico inter 14., & 21. Lunam. *Schiaſinus*.

334. Annicio Fauſto Paulino Con. moritur in nemoribus Capitis montis Ioannes Sanctitate celebris, cuius corpus nocturnorum luminum indicio repertum, ibidem in templo S. Michaeli dicato repoſitum eſt. *Schiaſinus*.

340. S. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, ex Hiſpania rediens, Genuam ab Ariana hæreſi purgat, vt fecerat Hiſpanias, *ex D. Hieronymo. Dimas Serpi*.

353. Moritur S. Romulus in Oppido Matutiano, qui S. Syro ſucceſſerat. *Schiaſinus*.

S. Martinus Epiſcopus per annum demoratur in Inſula Gallinaria propè Albigaunum, vbi poſteà Monaſterium Monacorum S. Benedicti conſtructum eſt, ſub ditione Archiepiſcopi Genuenſis. *Schiaſinus*.

358. In Thebaide moritur S. Antonius annorum 105., natus in Urbe Albintimelij, an. 253.

360. S. Hilarius, Româ rediens, deſcendit in Inſulam Gallinariam, quam à Serpentibus ibidem inhabitantibus liberat, palo terræ affixo, vt eſſet eorum terminus. *Iacobus à Voragine*.

367. Hoc tempore erat Epiſcopus Genuæ S. Valentinus, qui S. Romulo in Epiſcopatu ſucceſſit, & corporis ipſius pars ſeruatur in Eccleſia S. Syri, vbi fuerat tumulatus, pars verò in Metropolitana. *Schiaſinus*.

377. Hoc tempore martyrio coronatur S. Deſiderius Genuenſis Epiſcopus Langrenſis à Burgundis, qui Galliam inuaſerant. Hic, Coſſ. Amantio, & Albino anno 345., ſubſcripſit Concilio Prouinciali Coloniæ celebrato, ex quo patet improbabile eſſe illum à Vuandalis fuiſſe occiſum anno 411., vt vult Sigibertus, & Alij. *Schiaſinus*.

381. Diogenes Epiſcopus Genuenſis, qui in dignitate ſucceſſit S. Valentino, ſubſcribit cum S. Ambroſio, Concilio Aquileienſi. *Ricciolius*.

Nata-

A.Æ.C.

383. Natalis S. Salarij, ſiuè Solarij Epiſcopi Lunenſis, & Martyris, in cuius honorem extabat Eccleſia inter Ericem, & S. Terentium. *Schiaſinus*.

384. Hoc tempore viuebat Bonaſus Segeſtanus, ſiuè ex Sigeſtro Tiguliorum, quod per Plinium eſt Oppidum Liguriæ, cui S. Hieronymus Epiſtolam ſcripſit, quę eſt in ordine 100. Hic fuit Monacus Inſulæ Caprariæ, vt vult Victorinus Epiſcopus Areatinus. *Schiaſinus*.

407. Vuandalis, & Alanis Galliam deuaſtantibus, Sancti Epiſcopi Urſicinus, & Clarus indè fugientes, in valle Porciferę prope Genuam ſedem ponunt, alter in Villa, quæ nunc dicitur S. Urſicini, alter verò apud Eccleſiam S. Mariæ de Maneſem. Arca, vbi Corpus S. Vrſicini quieſcit, aperta anno 1614., ſuauem dedit odorem. *Schiaſinus*.

409. S. Proſper Epiſcopus Taraconenſis moritur in via, quæ vulgò dicitur *di Rua*, indèque miraculosè defertur ad Parochialem Eccleſiam Camolij. *Schiaſinus*.

411. Hoc tempore florebat in Eremo Thebaidis S. Apelen, ſiuè Ampelius, qui, Deo inſpirante, inde diſcedens, in Cimba mare pertranſiens, appulit ad oram Liguriæ ad Oppidum Bordigheræ propè Albintimelium, ibique Sanctè vixit in Spelunca, quę adhuc extat. Corpus eius anno 1140. tranſlatum eſt ad Eccleſiam S. Stephani propè Oppidum S. Romuli, indèque anno 1258. delatum eſt ad Abbatialem Eccleſiam S. Stephani Genuę, & ibidem repertum anno 1637., ſemper pluribus miraculis claruit. *Schiaſinus*.

440. Jn Corſica cruci affigitur S. Iulia Virgo, quę, Carthagine à Vuandalis vaſtata, ipſa etiam capta in Corſicam eſt delata. Corpus eius à Monacis Gorgonę in eorum Monaſterio ſepultum, ab Ariza, ſiue Anza vxore Regis Deſiderij Brixiam delatum fuit. Apud Clauarum extat Eccleſia huic Sanctę dicata, cui per plures annos Fideles ex Corſica mitebant quantitatem ceræ, illam vndis fidentes, vt patet ex decreto Pauli Fregoſij Archieſpiſcopi Genuenſis dato an. 1484. *Schiaſinus*.

A.Æ.C.

451. Paſchaſius Epiſcopus Genuenſis, & Quintius Epiſcopus Albinganenſis interſunt Concilio Prouinciali Mediolani celebrato, & ſubſcribunt Epiſtolæ à Concilio ſcriptæ S. Leoni Papæ. *Schiaſinus*.

484. Florentius, Vindemialis, & Eugenius Epiſcopi in Vandalica perſecutione in Corſicā relegantur, vbi Florentius moritur, & Eugenius cum Uindemiali in Liguriam nauigantes, in Caſtris Sauonenſi, & Vadenſi fidem prędicant, populos ab adoratione Draconis in mari ſubmerſi remouentes. Eugenius ibidem moritur, & in Inſula adiacenti ſepelitur in Eccleſia ſuo nomini dicata, vbi poſteà conſtructum eſt Monaſterium, quod anno 998. ab Othone III. datum eſt Eccleſiæ Sauonenſi S. Marię, ſed anno 1239. à Gregorio IX. in erectione Epiſcopatus Nolenſis attributum eſt menſę Epiſcopali, & Corpus huius Sancti tranſlatum eſt ad Cathedralem Nolenſem. *Schiaſinus*.

486. Hoc tempore Genua erat ſub Regibus Gothis, vt patet *ex Caſſiodoro lib. 2. cap. 27., & lib. 4. cap. 33.*, vbi leguntur duo mandata Genuenſibus facta. *Schiaſinus*.

493. Moritur Genuę Sanctulus Subdiaconus annorum 80., cuius corpus ſepelitur in Eccleſia S. Michaelis Archangeli, quæ poſteà dicta fuit S. Stephani, vt ex lapide ſepulchrali. *Schiaſinus*.

494. Eccleſia Genuenſis mittit duos Prębiteros ad S. Proſperum Aquitanum cum aliquibus eorum dubijs circà doctrinam Semipelagianorum. *S. Proſper in ſuis Operibus circa medium*.

539. Beliſarius, Genuam veniens, eam à Gothorum tyrannide liberat. *Procopius de bello Gothorum 2.*

Liguria cum tota Jtalia fame vexatur, & multæ Matres natorum membra deuorant. *Ricciol. in Ind. v. Fames*.

543. Regnante Totila Vnnorum Rege, Genua à Conſulibus regebatur, & electus fuit in Conſulem Bonus. *Foglietta*.

561. Hoc tempore Genua fuit ſub Jmperatoribus Græcis per annos 70. *Foglietta*.

In

A.Æ.C.

566. In Liguria graſſatur peſtis inguinaria, quæ deindè totam Italiam, & partes ſeptemtrionales vexat. *Ricciolius*.

569. Regnantibus in Inſubria Longobardis, Honoratus Archiepiſcopus Mediolanenſis vnà cum multis nobilibus eiuſdem vrbis, eorum tyrannidem fugiens, Genuam Sedem transfert. *Foglietta*. Hanc fortè ob cauſam, mortuo Honorato anno 574., electus fuit in Archiepiſcopum Mediolanenſem Laurentius Ligur, & anno 641. S. Io: Bonus de Camillis. *Iuſtinianus*.

586. Jn Eccleſia S. Sabinæ ſepelitur præclarus Eques Eligetus. *Iuſtinianus*.

588. Hoc tempore viuebat S. Ueranus Epiſcopus Cauillicenſis in Gallia, qui Albinganenſes à Dracone miræ magnitudinis, quem ipſi adorabant, liberauit. *Schiaſinus*.

593. Juſſu S. Gregorij M. Mediolanenſes Genuæ eligunt in ſuum Epiſcopum Conſtantium. Hoc eodem anno S. Gregorius M. ſcripſit libros Dialogorum, in quibus *l.* 4. *cap.* 53., & 54. refert duo prodigia, quæ Genuæ acciderunt. Uiuebat hoc tempore Venantius Epiſcopus Lunenſis, cui S. Gregorius M. ſcripſit plures Epiſtolas, & præcipuè *l.* 3. *ep.* 21., & 22. *lib.* 8. *ep.* 43., & 44., & *alias*.

600. Moritur Genuæ Conſtantius Epiſcopus Mediolanenſis, cuius corpus ſepelitur in Eccleſia S. Ambroſio dicata. *Schiaſinus*.

601. S. Cecardus Epiſcopus Lunenſis martyrio coronatur à ſuis Diœceſanis, quorum deprauatos mores arguebat, & corpus ſeruatur Maſſę Carariæ, ſiue Ducalis. *Schiaſinus*.

604. Theodolinda vxor Agilulphi Longobardorum Regis parit filium, & ex Vrbe Genuâ id Sancto Gregorio notum facit, vt patet ex Pontificis reſponſione, quarè credibile eſt eum Genuæ natum. *Schiaſinus*.

610. In Tino minori ad Sinum Lunenſem viuebat S. Uenerius Abb. Ciuis Lunenſis, & ibidem conſtructum eſt poſteà Monaſterium, quod à Saracenis dirutum, tranſlatum fuit intra Sinum, & nunc dicitur S. Mariæ Gratiarum. Sanctus hic ab illa Inſula, non autem ab agro Lunenſi, fugauit

A.Æ.C.

610. Serpentem ad ſuaſionem S. Lazari Epiſcopi Lunenſis, qui mortuus eſt anno 640. *Schiaſinus*.

613. S. Columbanus, veniens ex Gallia, Bobienſe Monaſterium conſtruit. *Schiaſinus*.

635. De mandato Honorij Pp., Aſterius Epiſcopus Mediolanenſis Genuæ ordinat in Epiſcopum Birinum, Britaniæ Apoſtolum. *Schiaſinus*.

649. Rhotarius Longobardorum Rex, tranſcenſo Apennino, Genuam diripit. *Iuſtin.*, *& Foglietta*, Sed falluntur id ſignantes anno 670.

Hæc fuit ſecunda Genuæ direptio.

658. Paulus Epiſcopus Genuenſis ſubſcribit Concilio Babylonico. *Ricciol.*, *& Saggi Chronologici*.

680. Jn Concilio Romæ celebrato ab Agathone Pp. ſubſcripſerunt Ioannes Epiſcopus Genuenſis, Bonus Albinganenſis, Ioannes Albintimelienſis, & Seuerus Lunenſis. *Schiaſinus*.

681. Jo: Epiſcopus Genuenſis ſubſcribit Concilio Conſtantinopolitano ſexto. *Saggi Chronologici*.

690. Jn Liguria, & Venetijs fuit diluuium, quo maius non eſt viſum poſt Noeticum. *Ricciolius*.

715. Alpes Cotię à Regibus Longobardis dono dantur Pontifici, quam donationem Luitprandus confirmat. *Ricciolius*.

726. Corpus S. Auguſtini, cùm ex Sardinia transfertur Ticinum, reponitur in Eccleſia S. Thomæ, & ab ea ad illam S. Petri, quæ nunc dicitur S. Maria de Cellis, cùm eo tempore ibidem degerent Monaci Benedictini, licèt Juſtinianus velit fuiſſe repoſitum vbi nunc eſt Monaſterium S. Silueſtri.

774. Ticino ab exercitu Caroli M. expugnato, Genua in libertatem redit, quæ ſub Longobardis fuerat ab anno 649. *Schiaſinus*.

782. Ad Montem Corui propè Macram fl. appulit nauigium nullo ductore, in quo erat Imago Crucifixi, quæ nunc Lucæ aſſeruatur, & vas ſanguinis, quem Nicodemus in paſſione

A.Æ.C.

782. ne collegit, & hic extat in Cathedrali Sarzanę. Vide de hoc an. 804. in Chronologia vniuerſali. *Schiaſinus.*

800. Carolo Magno in Jmperatorem electo, Genua à Comitibus regebatur, quorum primus fuit Audemarus, quo gubernante, comparatâ à Genuenſibus claſſe, Corſica à Saracenis eripitur, quod poſteà ratum habuere Pontifices. *Foglietta.*

857. Lunenſis Vrbs à Normannis diripitur Duce Haddingo, credente Romam eſſe. *Cranzius l. 2., & T.V.H. v. Aſtutia f. 635. col. 1.*

876. Ex mandato Io: VIII. Pontificis, celebratur Ticini Synodus plurium Epiſcoporum, in quo ſubſcripſit Sabatinus Epiſcopus Genuenſis, qui corpus S. Felicis, ex Oppido Matutiano, quod paulo ante à Saracenis fuerat vaſtatum, Genuam reportauit. *Schiaſinus.*

878. Jo: VIII. Pontifex in Galliam pergens, Genuæ demoratur, & ab eorum nauibus deportatur. *Schiaſinus.*

881. Carolus Craſſus Imperator confirmat quandam donationem factam à prædeceſſoribus ſuis Abbati, & Monaſterio Brugnatenſi. *Schiaſinus.*

882. Idem Imperator degens Rauennæ aliud priuilegium Monaſterio Brugnatenſi confirmat, quod refert. *Schiaſinus.*

888. Apud flumen Lauentiam S. Terentius Epiſcopus Scotus à ſuis Familiaribus occiditur, & Gualterius Epiſcopus Lunenſis mirabiliter corpus illius detegit, quod in Caſtro, ab eius nomine S. Terentij dicto, reponit. *Schiaſinus.*

891. Erat Epiſcopus Genuenſis Sabatinus, qui corpus S. Felicis Epiſcopi Genuenſis ex oppido Matutiano, quod paulò ante à Saracenis fuerat deuaſtatum, Genuam tranſtulit.

900. Genuæ Gubernium à Comitibus tranſit ad Conſules, qui eam rexerunt per annos 300. *Foglietta.*

Moritur S. Benedictus Epiſcopus Albinganenſis natus in Oppido Tabię, cuius corpus anno 1409. tranſlatum fuit ad Eccleſiam S. Marię de Fontibus Monacorum S. Benedicti. *Schiaſinus.*

Genuæ

A.Æ.C.

928. Genuæ terra ſanguine manauit. *Bardi*, ſed fortè idem eſt ac fons ſanguinis, de quo infrà.

936. Genuæ fons poſitus in ea Vrbis parte, quæ eſt propè Molem veterẽ, ſanguine manauit, & paulò poſt Vrbs à Saracenis diripitur, & incenditur, imbelli multitudine partim cæſa, partim abducta, ſed ciuibus in patriam cum claſſe redeuntibus, audita ſtrage, Barbaros inſecuti, ijſque ad Buſinariã Jnſulam, vulgo *Aſinara* propè Sardiniam inuentis, omnes, paucis exceptis, trucidant, naueſque hoſtiles cum prędá Genuam reportant. *Foglietta. Iuſtin.*

Hæc fuit tertia Vrbis direptio, alias vide ſuprà anno A. Æ. C. 205., & anno Æræ 670.

Męnia Vrbis dilatantur vſque ad Eccleſias S. Ambroſij, S. Mattæi, & S. Petri.

944. Jmago Saluatoris, ab eo anno 31. vitę ſuæ miſſa Regi Abagaro, hoc anno ab Edeſſenis dono datur Jmperatori, & Bizantium transfertur, vbi S. Paulus in Latro Eremita à Photio Patritio expoſcit aliud velum ſimile dictę Imagini ſuperponi, quo facto, Imago omnino ſimilis in velo ſuperpoſito apparuit. *Baronius*. Hæc eſt cauſa, ob quam Jmagines huiuſmodi binę reperiantur, altera in Templo S. Silueſtri Romæ, altera in Eccleſia S. Bartholomæi Genuæ. *Vide infra an.* 1384., *&* 1507.

952. Genuam venit Guidus Vicecomes ex Comitibus Marchiæ in Germania, à quo originem ducunt familiæ Carmandina, Marocella, Guiſulpha, Embriaca, & Spinula, quæ ſola ſupereſt. *Iuſtin. Dezza, & alij*.

Guiſulphorum memoria reperitur in interiori porta Abbatię Sexti, vbi eorum inſcriptiones duæ leguntur.

956. Manus S. Io: Baptiſtæ Antiochiâ Conſtantinopolim defertur à Iob Diacono. *Ricciolius. vide infrà ad annum* 1482.

958. Berengarius III., & Henricus eius filius leges Genuenſium, & quidquid poſſidebant, confirmant. *Foglietta, ſed errat in anno, erat enim Imperator Otho* I. *Henrici filius*.

Con-

A.Æ.C.

962. Conſtruitur Monaſterium S. Stephani, quod poſteà tranſiuit in Comendã, & à Comendatario anno 1540. datum fuit Patribus Congregationis Montis Oliueti.

972. Otho 1. ex Italia in Germaniam rediens, Vrbibus Jtalis libertatem donat, quarè ex tunc Genua cępit gubernari per Conſules. *Schiaſinus*.

980. Opera Oberti Spinulæ, & Guidi Carmandini conſtruitur Eccleſia S. Mariæ in Vineis eo tempore, quo, cum publicatum fuiſſet adeſſe Mundi finem, nullus ædificare volebat. *Dezza*. *Foreſti in vita S. Silueſtri*.

985. Jo: ſecundus Epiſcopus transfert Sedem Epiſcopalem ab Eccleſia SS. Apoſtolorum ad illam S. Laurentij, & Epiſcopium ędificat vbi nunc eſt Monaſterium S. Silueſtri. *Iuſtin*.

986. Adelaſia Vxor Othonis ſecundi, & Mater Othonis tertij, necnon ſoror Rodulphi Regis Burgundię donat Monaſterio Capitis Montis poſſeſſionem, quam habebat Genuæ in vico Ponticelli, & Oppidum Portusfini vnà cum maiori parte Montis. *Federici*.

992. Bernardus Epiſcopus Cathedram ex Vado in Oppidum Sauonæ transfert, & Monaſterium S. Eugenij in Inſula dotat. *Zucarellus*.

996. Otho 11. confirmat Monaſterio Brugnatenſi omnia iura eidem collata à Luitprando, alijſquæ prędeceſſoribus ſuis, & declarat eſſe Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum, cum Epiſcopus Lunenſis vellet illud ſibi vindicare. Idem quoque declarauit S. Henricus 11. an. 1014. *Schiaſinus*.

997. Lanfrancus, vel potius Landulphus Epiſcopus ab Eccleſia SS. Apoſtolorum transfert ad Eccleſiam S. Laurentij partem corporis S. Syri Epiſcopi. *Foglietta*.

1000. Obertus 1. Spinula pręlio Saracenos in Sardinia vincit *Iuſtin*, & *Dezza*.

1008. Jo: Epiſcopus Genuenſis Eccleſiam SS. Victoris, & Sabinę, à Saracenis dirutam, dat Monacis S. Benedicti, vt ibi Abbatiam conſtruant. *Schiaſinus*.

Ge-

A.Æ.C.

1015. Genuenſes cum Piſanis armorum ſocietate coniuncti Sardiniam Inſulam à Saracenis eripiunt, Muſacto Rege captiuo ad Hericum ſecundum miſſo, vnà cum prǫda, quǫ Genuenſibus obuenerat. *Iuſtin. Foglietta, & alij.*

1016. Saraceni Lunenſem Vrbem deuaſtant, quare Benedictus Pp. VIII. Chriſtianos hortatur ad bellum illis inferendum. *Ditmarus.*

1038. Prope Sigeſtrum fundatur Eccleſia S. Victoriæ Sororis S. Sauini Epiſcopi Placentini ab Abb. Monaſterij eiuſdem S. Sauini Placentiǫ, vt ibi degant Moniales. *Schrafinus.*

1076. Gregorius VII. excomunicat Henricum IV. Imperatorem, & ex hoc tempore volunt aliqui tranſiſſe gubernium à Vicecomitibus ad Conſules. *Vide ſuprà an.* 900.

Spinulǫ cum alijs Principibus ad ſuaſionem Vrbani ſecundi Pp. bellum inferunt Saracenis, & eorum Regem captiuum faciunt. *Dezza.*

1096. Vrbanus ſecundus in Concilio Claremontano Ieroſolymǫ expugnationem ſtatuit, & ad bellum euntes cruce rubea ex lana ſuper humerum deſtrum ſignat, vnde nomen cruciatǫ. Genuenſes bellum ſacrum aggrediuntur, & ab hoc anno incipiunt veriores hiſtoriǫ Genuenſium. *Foglietta. Iuſtin., & alij.*

1097. Genuenſes cum ingenti claſſe, omnique bellico apparatu in Paleſtinam nauigant. *Foglietta.*

1098. Genuenſis claſſis, rediens in Patriam, ſecum defert Cineres S. Io: Baptiſtǫ ex Myra vrbe, nunc Stamira. *Iuſtin. Foglietta, & alij.*

1099. Guglielmus Embriacus Generalis exercitus in Paleſtina, inuentor Turrium ad inuadendam Ieroſolymam, primus omnium in eam eſt ingreſſus, poſt dies 39. obſidionis, die 15. Julij f. 6., poſt annos 485., ex quo Saraceni illam ab Heraclio Imperatore eripuerant. *Iuſtinian. Foglietta, & alij.*

1100. Guglielmus Embriacus cum 36. triremibus, & alijs nauigijs Kal. Auguſti Genuâ ſoluit, ſecum vehens 8. millia ho-

A.Æ.C.

1100. hominum, & per totam hyemem in hybernis fuit in portu Laodiceæ. *Foglietta*. Conſtruitur proſpectus Eccleſiç S. Laurentij. *Iuſtin.*

1101. Guglielmus expugnat Azur ſiue Doram, poſteà Cæſarçam, vnde Genuam aſportat Peluim Smaragdinum; deindè potitur Azoto, Gibello, Ptolemaide, & Tripoli. *Iuſtin. Foglietta*.

1102. Genuæ prima vice ſunt cuſa numiſmata. *Iuſtin.* Mittuntur in Paleſtinam 40. triremes. *Foglietta*.

1103. Genuenſes Dertuſiam in Paleſtina expugnant. *Foglietta*.

1105. Rex Balduinus fædus cum Genuenſibus init, qui eum cum claſſe 70. triremium adiuuant ad expugnandam Ptolemaidem, & ideò eis concedit Vicum, tum in ea vrbe, tum Ieroſolymis, tum in Ioppe, in quibus proprijs viuebant legibus. Prætereà in ara maxima S. Sepulchri inſcribendum mandauit. PRÆPOTENS GENUENSIUM AUXILIUM, quod ab Almerico poſteà ſublatum, Pontificis iuſſu reſtitutum eſt. *Iuſtin. Foglietta, & aiij*.

1107. Claſſis Genuenſis 70. triremium potitur Biblo, quod datum fuit in feudum Vgoni Embriaco. *Iuſtin. Foglietta, & alij*.

1109. Die 10. Iunij Claſſis Genuenſis Balduino auxiliatur in expugnatione Tripoli Syriæ. *Iuſtinianus. Foglietta, & alij*.

1110. Genuenſes cum Claſſe 22. triremium Beritum, & Malmiſtram expugnant. Hæc fuit vltima expeditio primi ſacri belli, in quo Genuenſes 13. annorum ſpatio ſeptem præualidis Claſſibus Chriſtianorum partes adiuuarunt. *Foglietta*.

Probabile eſt hoc tempore Genuam fuiſſe delatum corpus S. Conſolatæ Uirginis ex Paleſtina, in cuius honorem conſtructum fuit Monaſterium Monialium S. Benedicti, poſteà, ob mçnium edificationem, deſtructum. *Schiafinus*.

A.Æ.C.

1110. Creditur etiam hoc tempore Genuenſes aſſumpſiſſe pro ſtegmate Crucem rubeam in campo albo, quam deferebant Cruce ſignati. Vide annum 1348. *Schiaſinus*.

1113. Genuenſes oppidum Lauaniam expugnant, & Portum Veneris Coloniam fundant. *Iuſtin.*

1117. Conſulatus, qui per quadriennium continuabat, ad biennium reducitur. *Foglietta*. Hoc tempore S. Bernardus Abbas degebat in Monaſterio propè Sextum, & electus fuit in Epiſcopum Genuenſem, quam dignitatem recuſauit. *Iuſtin. Foglietta*.

Gelaſius Pp. ſecundus Genuam venit, vbi à Guido Spinula honorificè excipitur, & Eccleſiam S. Laurentij conſecrat. *Iuſtin. Foglietta. Dezza*.

1119. Incipiunt diffidia inter Genuenſes, & Piſanos ob inaugurationem Epiſcoporum Corſicæ. *Foglietta*.

1120. Genuenſes cum Claſſe 80. triremium, aliorumque nauigiorum Piſanos ſuperant, eiſque leges dant. *Iuſtin. Foglietta*.

B. Petrus Abb. Ciſtercienſis fundat Monaſterium S. Mariæ Taglieti propè opidum Voraginis, quod nunc dicitur *dell' Orba*, & fuit decimaquinta fundatio huius ordinis, à quo propagatus fuit per Abbatias Caſtaneolæ, Caſanouæ, & Stafardæ in regione Pedemontana. Vide in Schiafino plura iura canonica, quæ de huius Monaſterij Abbatibus loquuntur.

1121. Genuenſes, ſuperatis Apennini iugis, Falconum, Petram Biſciariam, cum alijs oppidis ſuę ditioni addunt, & Vultabium à Marchione Gaui emunt. *Foglietta*.

1122. Decretum eſt, vt Conſules ſint annui. *Foglietta*. Piſani, conditiones à Genuenſibus impoſitas non tenentes, fidem frangunt, vndè illis magna detrimenta obueniunt. *Foglietta*.

1123. Caliſtus Pp., Concilio Romæ conuocato, ad ſe trahit electionem Epiſcoporum Corſicæ, quam ſententiam æquo animo ferunt Genuenſes. *Foglietta*. Genuæ apparent multæ

A. Æ. C.

1123. tæ trabes ignitæ, quod poſteà accidit etiam in Aſia anno 1135., & in Inſubria anno 1209. *Bardi*.

1124. Genuenſes ad Vada Sabatia inſignem de Piſanis victoriam reportant, & cum claſſe 18. triremium multa eis damna inferunt in Hetruria, Corſica, & Sardinia. *Foglietta*.

1125. Operâ Martini de Auria, qui fuit Monacus ad caput Montis, conſtruitur Eccleſia S. Matthei, quam poſteà Andreas de Auria exornandam curauit. *Iuſtin.*

1127. Genuenſes, expugnata Piſa, eorum domos deſtrui mandant vſque ad primum tectum. *Iuſtinianus*.

1129. Viuebat B. Octauianus Epiſcopus Sauonenſis Burgundus, & Monacus. *Zucharellus*.

1130. Genuenſe Gubernium à Conſulibus tranſit ad 14. Ciues, quorum bini ſingulis ex ſeptem regionibus vrbis præeſſent. Innocentius ſecundus à Claſſe Genuenſi ex Gallia Genuam deportatur, vbi Eccleſiam S. Egidij, nunc S. Dominici conſecrat, verùm eam, poſteà reædificatam, ſacrauit Epiſcopus Accienſis anno 1526. *Foglietta*.

Jnnocentius II. Claramontij creat Cardinalem Martinum Cibò Genuenſem, & Monacum Ciſtercienſem, quem Legatum mittens in Daniam, inde pauper regreſſus eſt. Vide D. Bernardum l. 4. Conſiderationum ad Eugenium. cap. 5. qui de eo multa dicit. *Schiaſinus*.

1132. Jnnocentius II. denuò Genuâ pertranſit, & Eccleſiam Portus Veneris conſecrat. *Schiaſinus*.

1133. Operâ Jnnocentij ſecundi Pp. firmatur pax inter Genuenſes, & Piſanos. Pontifex Eccleſiam Genuenſem Archiepiſcopali dignitate decorat, ei ſubdens Epiſcopos Marianenſem, Acienſem, & Nebienſem in Corſica, nec non Bobienſem, & Brugnatenſem, quem ex Abbate Epiſcopum conſtituit. Eum imitatus eſt anno 1239. Gregorius IX., qui Abbatiam S. Eugenij in Epiſcopatum Nolenſem erexit, illam ſubdens eidem Archiepiſcopo; necnon Alexander III., qui Genuenſi Archiepiſcopo ſubdidit Epiſcopum Albinganenſem anno 1179. Fuit

A.Æ.C.

1133. autem primus Archiepiſcopus Syrus quem Ricciolius Sanctum nominat; ſed aduertendum eſt duos fuiſſe Syros Genuæ Epiſcopos, primum circa annum Æ.C. 325., qui ſubſcripſit Concilio ſecundo Romano ſub S. Silueſtro, de quo Martyrologium Romanum die 29. Iunij, & de hoc feſtum celebrat Eccleſia Genuenſis die 7. Julij. Secundum verò illum, quem Jnnoc. 2. Archiepiſcopali dignitate decorauit. Hos Ricciolius confundit, vtrumque Sanctum nominans.

1135. Syrus, primus Archiepiſcopus Genuenſis, conſecrat Eccleſiam SS. Pauli, & Benigni. *Iuſtin.* Genuenſes munera Rugerij Schiſmatici recuſant. *Rainaldus in ind. Baron.*

1138. Genuenſes claſſem 22. triremium expediunt contrà Maimonem Almeriæ Regem Saracenum, qui maria infeſtabat. *Foglietta*.

1139. Conradus Imperator concedit Genuenſibus, vt poſſint cudere numiſmata, idemque confirmauit Henricus VI. an. 1194. *Foglietta*.

Hoc tempore Genuenſes habebant pro ſtemmate Crucem rubeam in campo albo. Deferebant etiam Crucifixum facie ad populum verſâ, quod priuilegium Innocentius III. conceſſit etiam Dominicanis. *Schiaſinus*.

1140. Innocentius II. Monaſterium S. Eugenij in Inſula, quæ dicitur Liguriæ, vulgò *di Belgregge*, ſub immediata protectione Sedis Apoſtolicæ reſeruat. *Schiaſinus*.

Genuenſes Intemelij Comitem vnà cum vrbe ſibi ſubdunt. *Foglietta*.

1143. Abrogatâ lege, qua vxores, mortuo viro, tertiam partem bonorum ipſius hęreditabant, de hoc conqueſtæ mulieres, alia lex edita fuit de antefacto, quæ nunc etiam ſeruatur. *Iuſtin.*

1144. Lucius ſecundus Pp. à tributo vnius libræ auri pro Regno Corſicæ Genuenſes abſoluit, ex quo deducitur eos ideò non ſubiacere excomunicationi in Cęna Domini. *Fogliet.*

Ador-

A.Æ.C.

1146. Adornata Claſſe 22. triremium, & 4. Corbitarum cum omni bellico apparatu Genuenſes minorem Ballearem, vulgò *Minorca* adoriuntur, & cum magna prædâ à Saracenis erepta in Patriam redeunt. *Foglietta*.

Moritur B. Jo: Genuenſis, & Monacus Camaldulenſis, qui fuit Abbas S. Andreę Sexti, deinde S. Stephani Genuę; corpus autem eius anno 1284. inuentum eſt integrum, & incorruptum. *Schiaſinus*.

1147. Cohortante Eugenio III. Pp., Genuenſes quatuor menſium ſpatio, Claſsē 63. triremium, & 163. nauium cum omni bellico apparatu inſtruunt, & Almeriam expugnant in peruigilio S. Lucę, cæſis Maurorum 20. millibus, & 10. millibus Genuam aſportatis. Jn hac pugna Hyeronymus Pelle Genuenſis, poſtquam Maurum enſe ab vno ad aliud latus perfoderat, ex equo deſcendens, pluſquam 100. Mauris caput ademit. *Iuſtin. Foglietta*. Aliqui volunt ex hac vrbe aſportatum Peluim Smaragdinum. *Rogatis t.* 4. *l.* 2. *n.* 44.

1148. Cum eâdem claſſe Genuenſes Dertuſiam, vulgò *Tortoſa* in Catalonia à Mauris occupatam obſident, & adhibitis ligneis turribus eam expugnant in die S. Silueſtri. Pro tertia parte Genuenſibus obuenit, & duę alię tertię partes Comiti Barcinonenſi. *Iuſtin. Foglietta*.

1154. Operâ Anſaldi Spinulæ conſtruitur Eccleſia S. Iacobi in Carignano. *Iuſtin.* Gubernatio denuò demandatur quatuor Conſulibus. *Foglietta*.

1155. Fridericus I. Imperator Dertonam à fundamentis euertit, & tamen Genuenſes ei tributum dare recuſant, quod fecerant aliæ vrbes; immò, ſuadente Guglielmo Spinula, nouum męnium circuitum ædificant, qui à Darſina circuit vrbem vſque ad S. Andream, & cùm timor belli ingrueret, octo dierum ſpatio tantum opus confectum eſt, quantum vnius anni tempus conſumpſiſſet, & ſpatio dierum 50. palmos 500. ędificarunt. *Foglietta. Iuſtin.* Aduertendum eſt Vrbis circuitum primitùs non ex-

ceſſiſſe

A Æ.C.

1155. ceſſiſſe ambitum illum, in quo eſt Sarzanum, tria Monaſteria Monialium, & Caſtellum vſque ad S. Bernardi Templum, verùm anno *936.* extenſum eſt vſque ad S. Petri Templum in foro Mercatorum, ad S. Matthęum, & S. Ambroſium. Hoc autem anno conſtructus fuit tertius Vrbis circuitus; de alijs vide infrà.

1157. Albintimelienſis Vrbs fit Genuenſium feudataria. Imperator Græcus Genuenſium amicitiam expoſcit, & cum eis fœdus init. Fridericus Imperator ab eis tributum exigit, ſed illis recuſantibus, tandem cum eis fœdus init. Anaſtaſius IV. Pp., ſcribens Jeroſolymorum Regi, illi Genuenſes commendat. *Iuſtin. Foglietta.*

1158. Albintimelium à Genuenſibus deficit, & ab eis expugnatur. *Foglietta.* A Kalendis Maij vſque ad finem Martij anni ſubſequentis vnâ vice tantum pluit. *Iuſtin.*

1160. Alexander III. Pp., Archiepiſcopum Genuenſem declarat Legatum à latere in partibus vltramarinis. *Iuſtin. Foglietta.*

1162. Idem Alexander III. Genuam venit, & honorificè excipitur operâ Oberti Spinulę, cuius ſuaſione à Ciuibus, vt verus Pontifex recognoſcitur. *Dezza.* Piſani pacem cum Genuenſibus initã violant, ideòque bellum denuò inter illos exoritur, ſed operâ Friderici Imperatoris fiunt induciæ. *Foglietta.*

1164. Orto diſſidio inter familias Aduocatorum, & Caſtellorum, Vrbs in duas factiones diuiditur. *Foglietta.*

1165. Piſani cum Claſſe 31. triremium Albingaunum diripiunt, & incendunt, quare Genuenſes cum 33. triremibus eos vſque ad Rhodanum fl. perſequuntur. *Foglietta.*

1165. Abbas Gorgonæ à Piſanis Genuam mittitur ad pacem procurandam, quam tamen obtinere non poteſt. Duæ Claſſes Piſanæ de duabus Genuenſibus victoriam reportant, quarum ſecunda ad Vada Sabatia, potius ob odia Genuenſium inteſtina, quam ob Piſanorum valorem, victrix extitit. Cauſa ad Imperatorem delata pro dominatu Sardiniæ, ille, Piſanis adhærens, ſententiam contrà Genuenſes

A.Æ.C.

1166. nuenſes protuliſſet, niſi Obertus Spinula reſtitiſſet. *Foglietta*.

1167. Conſules Genuenſes Oppidum Clauarum conſtruendum curant. *Iuſtin.*

1169. Gliſcentibus magis inter Ciues odijs, omnique maleficiorum genere graſſante, Archiepiſcopus Vgo Cataneus omnes ad pacem ſuadet. Lunenſibus bellum contrà Piſanos parantibus, Genuenſes auxilium præſtant, duabus triremium Claſſibus adornatis, & pro belli expenſis Vrbibus Sauonæ, & Nauli vectigal augetur. *Foglietta*.

1170. Genuenſes Claſſem triremium adornant, in qua triremes octo erant ex octo Vrbis regionibus, tres Rapallenſium, duę Portus Veneris, vna Sauonenſium, vna Naulenſium, vna Nicienſium, vna Fani S. Romuli, vna Paſſanorum, vna Vernatiæ, vna Sigeſtri. Ab his capta fuit Piſanorum triremis, in qua erant eorum Conſules cum magna Nobilium Ciuium multitudine. *Foglietta*.

1171. Cùm Genuę eſſet fames valida, triticum vendebatur ſolidis 8. pro quolibet ſacco. *Schiaffinus*.

1172. Genuenſes duas triremium Claſſes in Piſanos expediunt, quę eis maximum attulere detrimentum. *Foglietta*.

1173. Erat Epiſcopus Sauonenſis B. Guido de Lumello. *Zucarellus*.

1174. Dux Narbonæ donat Genuenſibus medietatem Vrbis Niceæ, & eius territorij, excepto eo, quod pertinebat ad Guglielmum Richerium. *Raphael de Turri*.

1175. Poſt annos 13. diſſidij firmatur pax inter Genuenſes, & Piſanos. *Foglietta*.

1178. Genuam venit Fridericus I. Imperator cum Beatrice Vxore, & Henrico VI. filio, qui honorificè excipiuntur. *Foglietta*.

1179. Alexander III. Pp. in Concilio Lateranenſi concedit Maiuſculæ Eccleſiæ Cathedralis Genuenſis vſum Mitræ in ſolemnitatibus, & Epiſcopum Albinganenſem conſtituit ſuffraganeum Archiepiſcopi Genuenſis. *Iuſtin.*

Hugo

A.Æ.C.

1180. Hugo Cataneus conſecrat Eccleſiam S. Turpetis, quæ eſt Parochia, & ius Patronatus Cataneorum. *Iuſtinianus*; ſed Ricciolius errat dum ſignat hunc Archiepiſcopum mortuum anno 1164.

1184. Vgo Archiepiſcopus Genuenſis dat Abbati Caſę Dei Abbatiam Borzoni incertæ fundationis, vt ibi inhabitet cum ſuis Monacis. *Schiaſinus*.

1185. Nicienſes ſpontè veniunt in poteſtatem Genuenſium. *Foglietta*, & *Iuſtinianus*.

1186. Fulco Caſtellus ciuiles diſcordias iàm ſopitas, denuò excitat. *Foglietta*.

1187. Piſani in Sardinia fœdus cum Genuenſibus initum violant, ſed anno ſequenti, opera Clementis III. Pp., pax inter eos renouatur. *Foglietta*. Marchio Montis Ferrati, cum eſſet in Syria, dono mittit Genuenſibus partem ligni veræ Crucis, quæ dicitur Hoſpitalis S. Lazari. Aliam partem habuerunt anno 1203. *Iuſtinianus*.

1188. Mortuo Archiepiſcopo Hugone Cataneo, eligitur in ſuceſſorem Bonifacius Archidiaconus ab Abbatibus S. Syri, S. Stephani, & S. Benigni, à Præpoſitis S. Mariæ in Vineis, S. Donati, SS. Coſmæ, & Damiani, & à Capitulo Canonicorum, qui mos eligendi iàm inualuerat etiam in prædeceſſore. *Foglietta*.

Obertus Spinula ædificandam curauit Eccleſiam S. Lucæ in fundo Oberti Grimaldi eius Generi. *Dezza*.

1189. Guidus Spinula filius Oberti, dicti: Pater Patriæ, machina nouæ inuentionis expugnat ſecunda vice Ptolemaidam à Saladino occupatam. *Dezza*.

1190. Vrbis Gubernium à Conſulibus transfertur ad Prætorem exterum. *Iuſtin.* Albertus Spinula in agro Mantuano fundat Congregationem Canonicorum Regularium S. Marci. *Dezza*. Philippus II. Rex Galliæ, & Ricardus Rex Angliæ Genuam veniunt; & cum 80. Nauibus Genuenſibus in Syriam aſportantur. *Iuſtin. Foglietta*.

Claſ-

A.Æ.C.

1191. Claſſis 33.triremium mittitur in auxilium Henrici Jmperatoris, qui Genuam veniens iturus in Germaniam, Genuenſibus concedit conſtructionem arcis Monæci, & apud Pontem Decimum firmat decretum in fauorem Sauonenſium. *Hiſtoria Sauonenſis*. Gubernium à Pretore iterum tranſit ad Conſules. *Foglietta*.

1194. Denuò eligitur Prætor extraneus. Cæſar Genuam redit, eiuſque ſuaſu comparatur ingens Claſſis cum omni bellico apparatu ad illi Siciliam ſubmittendam, quarè Gaiettam, Neapolim, Meſſanam, Catanam, Syracuſas, & Panormum recuperant, ſed Cæſar ingentia beneficia ingenti ingratitudine rependit, ſecretò Piſanis fauens. *Foglietta*.

1195. Piſani in Sicilia pacem cum Genuenſibus initam frangunt, vndè noua bella oriuntur. *Foglietta*.

1196. Quatuor Ciues Sauonenſes, inter quos Gulielmus Saccus Comendam S. Io: inſtituunt, ob quod beneficium Religio Equitum Melitenſium in die Paſchatis dono mittit quotannis Agnum benedictum. *Hiſtoria Sauonenſis*.

1197. Prætori octo Ciues Collegæ adduntur. Prætor turres, quæ contrà leges nimis eleuabantur ad altitudinem 80. pedum deprimi iubet. *Foglietta*.

1200. Ex Inſula Cypro Genuam appulit B. Limbania Virgo, quæ in Monaſterio S. Thomæ habitum Ciſtercienſem ſuſcepit. *Sebiaſinus*.

Nauis Buccanigra tres Piſanorum Naues mercibus onuſtas Genuam defert. *Foglietta*.

1201. Jntimelij, qui contrà ius triremes armauerant, ad poſtulandam veniam, nudis pedibus, & crucem baiulantes, coguntur. *Foglietta*.

1202. Genuenſes emunt Gauium ab illius Marchione. *Foglietta*. Archiepiſcopus Otho conſecrat Eccleſiam S. Syri, præſente Patriarcha Ieroſolymitano. *Iuſtinianus*.

1203. Pars ligni S. Crucis, quam S. Helena ad Filium miſerat, Genuam defertur, *Sebiaſinus*.

A.Æ.C.

1204. Genuenſes Syracuſam à Piſanis captam recuperant. *Foglietta*.

1205. Claſſis Genuenſis inſignem de Piſana victoriam reportat propè Syracuſam. *Foglietta*.

1206. Conſtruitur Aquæductus Fontis Moroſi nunc inutilis. *Schiaſinus*.

1208. Gulielmus Abbas Taglieti cum Abb. S. Gorgonij inducias procurant inter Genuenſes, & Piſanos. *Schiaſinus*.

1210. Ouada, Roſiglionum, & Tagliolum veniunt in poteſtatem Genuenſium. *Iuſtinianus*.

1212. Prætermiſſo Prætore, denuò Conſules eligunntur. Fridericus ſecundus Siciliæ Rex Genuam venit, vbi per tres menſes publicis ſumptibus moratur. *Foglietta*. Genuam veniunt 7. millia Peregrini Galli, & Germani, credentes hic mare daturum liberum tranſitum ad eundum in Paleſtinam, omneſque fuere benignè excepti. *Dezza*. *Iuſtin. Ricciol.*

1213. Genua magnum incendium eſt perpeſſa. *Iuſtinianus*. Idem accidit anno 1239. *ex Bardi*.

1214. Ciuitas Albinganenſis Genuenſibus ſe dedit. *Iuſtinianus*.

1215. Munitur Collis Monæci, quem Henricus Jmperator Genuenſibus donauerat. *Foglietta*.

1216. Jnſtituitur Genuæ Iudicium Rotæ Iuriſperitorum exterorũ. *Foglietta*.

1217. Operà Innocentij III. PP., pax inter Genuenſes, & Piſanos firmatur. *Foglietta*. Ciuitas à terræmotu vexatur, & anno 1222. ab eodem penè deletur. *Bardi*. *Iuſtin.* Cardinalis Vgolinus, Greg. IX. poſteà dictus, conſecrat Eccleſiam Abbatialem S. Stephani, quæ poſteà tranſiuit in Comendam, & anno 1540. data fuit PP. Oliuetanis. Simeon de Camilla, auctoritate Honorij PP., ædificat Eccleſiam S. Pauli, eamque conſtituit Parochiam ſuæ agnationis, ſed deindè data fuit PP. Barnabitis. Circà hoc tempus Genuæ viuebat S. Limbania Virgo, quæ Ciſtercienſis ordinis regulam eſt profeſſa.

Par-

Digitized by Google

A.Æ.C.

1218. Parmæ firmatur pax ad decennium inter *Genuenſes*, & Venetos. *Foglietta*.

1219. Intimelij rebellant, quare à *Genuenſi* claſſe obſidentur. Claſſis *Genuenſis* Damiatam expugnat. *Foglietta*.

1220. Sauona, ad inſtigationem Ducis Sabaudię, rebellat à Genuenſibus. *Dezza*.

1221. Diſcordiarum ſemina inter Archiepiſcopum Othonem, & Prætorem iaciuntur, ſed ſedantur. *Foglietta*.

S. Albertus *Epiſcopus Sauonenſis* maledicit Populo Naulenſi, tunc ſuę Diœceſis. *Zucarellus*.

1226. Albingauni, & Sauonenſes à Genuenſium iuriſdictione ſe ſubtrahere, & in Comitis Sabaudi poteſtatem tranſire apud Imperatorem tentant, oratione facta contrà Genuenſes, qui eos armis ſubmittunt. Ex tunc agebatur quęſtio de ſale introducendo abſque *Genuenſium* facultate. *Foglietta*.

1227. Inteſtina diſſidia ob officia minùs rectè diſtributa inter ciues orta, Prætoris prudentia componuntur. *Foglietta*. Hic Prætor *Sauonam* expugnauit. *Aug. M. de Monte in Hiſtoria Sauona*.

1228. Dianum, Portus Mauritius, Caſtellarum, Tabia, & Dulcedum veniunt in poteſtatem Genuenſium. *Foglietta*.

In *Eccleſia S.* Marthæ ſeruatur Corpus B. Rainerij conuerſi Humiliatorum. *Schiaſinus*.

1229. Vrbs Nicæa, quæ anno 1215. in fidem *Genuenſium* ſe tradiderat, à Narbonenſi Comite expugnatur, cum ibi *Genuenſium* res ageret Lanfrancus Richerius. *Foglietta*. Bonifacius Panzanus Eccleſiam S. Franciſci loci Sexti ædificat. *Ex Lapide*.

1230. Duo Rei, qui piraticam exercebant, patibulo ſuſpenſi, diù viui perſiſtunt, & ideò denuò in carcerem truſi, fatentur ſe D. Jo: Baptiſtæ commendaſſe, cuius auxilio mori non potuerunt. *Foglietta*.

1232. Iacobo Grillo de homicidio ſuſpecto, deficientibus probationibus, duo ad ſingulare certamen deſcendunt, ſed

A.Æ.C.

1232. vincente illo, qui pro accuſatoribus ſtabat, Grillus tanquam reus morti damnatur. *Foglietta*.

1233. Pontifex concedit vt impoſterum ſemper in Archiepiſcopum eligatur Ciuis Genuenſis, quod tamen ſeruatum non eſt niſi ab anno 1513. *Foglietta*. Moritur S. Vgo Eques Rhodianus in Cõmenda S. Ioannis de Prè Genuæ. *Boſſius*.

Viuebat etiam in Abbatia propè Sextum S. Albertus Laicus Ciſtercienſis, canonizatus ab Alexandro quarto. *Ricciolius*.

Jn Valle Arociæ iaciunt, fundamenta Plebis Teuci. *Schiafinus*.

1234. Genuenſes claſſem 28. triremium cum omni bellico apparatu in auxilium Regis Septæ contrà Cantabros mittunt, quare hi obſidionem ſoluere coguntur, verùm Rex, non ſeruatis promiſſis Genuenſibus factis, eorum domos maximo cum detrimento incendit, ideòque in eum bellum parant. *Foglietta*.

1235. Genuenſes cum Rege Septæ pacem firmant conditionibns ſibi honorificis. *Foglietta*.

1237. Genuæ conſecratur Eccleſia S. Mariæ de Caſtello. *Iuſtinianus*.

1238. Sauonâ, Ingauno, Intemelio, & Portu Mauritio à Genuenſibus deficientibus, ad obedientiam compelluntur, Gulielmo defectionis Auctore in Phari promuntorio ſuſpenſo. Opera Gregorij IX. pax firmatur inter Genuenſes, & Venetos. *Foglietta*.

1239. Ad Genuenſium preces Gregorius IX. Naulum in Epiſcopatum erigit. *Iuſtinianus*.

1240. Genuenſes Imperatori Friderico II. homagium præſtare recuſant, vtpotè eorum libertati oppoſitum, & ideò in eos tumultus excitat. *Foglietta*.

1241. Dùm 27. triremes Genuenſes Romam deferunt Prælatos ad Concilium, ab alijs 27. Friderici Imperatoris propè Inſulam Egilium, vulgò *Gigli*, eorum 22. ſunt captæ cum

Præ-

A.Æ.C.

1241. Prælatis, & Nobilibus à Friderico male actis. *Iuſtin.* Piſani Genuenſes hortantur, vt relictis partibus Pontificis, Imperatori adhęreant, ſed eorum Legatis conſtanter reſpondent Genuenſes. *Foglietta*.

1242. Gibellini deſtruunt Caſtrum Signi propè Vada Sabatia. Genuæ trium dierum ſpatio armantur 70. triremes, & idem accidit anno 1283. *Iuſtin.* Claſſis Genuenſis 80. triremium Claſſem Cæſarianam, & Piſanam fugat, quare credibile eſt hoc tempore fuiſſe ſculptum Hieroglificum, quod Genuæ reperitur, in quo Grifus altero pede Aquilam, altero Vulpem ſtemma Piſanorum comprimit. *Foglietta*.

1244. Claſſis Genuenſis Innocentium IV. ab Vrbeueteri Genuam defert, deludens inſidias Friderici, & Piſanorum. Pontifex Genuæ ægrotat, & ad Abbatiam Ciſtercienſem Sexti ſe confert ob aeris ſalubritatem. *Iuſtin.* Idem Pontifex conuocat Genuę Capitulum Generale FF. Minorum, cui interfuit F. Elias, qui videns ſe à Generalatu excluſum, apoſtatat, & excomunicatur. *Vuadingus*.

1245. Ingens maris tempeſtas ad præſentiam Sacrorum Cinerum S. Io: Baptiſtę ſedatur. *Iuſtin.* S. Ludouicus Gallię Rex, Claſſis ſuę Ducibus electis Hugone Lercario, & Iacobo Leuanto, in Syriam pergit. *Foglietta*.

1246. Gulielmus, & Albertus fratres de Fliſco conſtruunt Eccleſias, & Monaſteria S. Franciſci, & S. Claræ in Oppido Clauaro. *Hiſtoria Fliſcorum*.

1247. Menſe Decembri Luna nigri coloris apparet. *Iuſtinianus*.

1248. Mutatum eſt pronomen Maſcheratorum in Gibellinos, & Rampinorum in Guelfos, cum hi Pontifici, illi Jmperatori adhærerent. *Foglietta*.

1249. Claſſis Genuenſis S. Ludouicum Galliæ Regem in Ægyptum transfert. *Iuſtinianus*.

1250. Andreas de Fliſco ędificat Eccleſiam S. Franciſci Genuæ, & Hoſpitale Clauari; *Hiſtoria Fliſcorum*. Eccleſia S. Egidij, nunc S. Dominici, datur PP. Dominicanis.

In-

A.Æ.C.

1251. Innocentius IV., rediens à Concilio Lugdunenſi, Genuę maximo cum apparatu excipitur in Epiſcopio, quod erat vbi nunc eſt Monaſterium S. Silueſtri. *Iuſtin.* Mortuo Friderico, operâ Fliſcorum, Gibellini pacificantur, & Sauona cum alijs Vrbibus, quę Friderico adhęſerant, veniam à Genuenſibus expoſcunt. *Foglietta*.

1253. Innocentius IV. inſtituit Genuę Inquiſitores Fidei ex ordine S. Dominici, cùm priùs id eſſet munus Epiſcoporum. *Schiaſinus*.

1254. Operâ Florentinorum, firmatur pax inter Genuenſes, & Piſanos. *Foglietta*.

1256. Ob non ſeruata pacta à Piſanis, denuò bellum recrudeſcit. *Foglietta*.

1257. Ablata Gubernatione à Prætore extero, eligitur in Ducem Gulielmus Buccanigra cum 32. Anzianis. *Iuſtin.*

1258. Gualterus Archiepiſcopus cędit Reipublicæ vectigal ſalis, aliarumque mercium, quæ per naues deferebantur. *Schiaſinus*.

Cùm Luna eſſet 16. ſubitò diſparuit, ſereno alioquin Cœlo, & die poſtero vix apparuit, ſed paulatim creuit ad iuſtam menſuram. *Iuſtin.* Jn Ptolemaide iaciuntur prima bellorum ſemina inter Venetos, & Genuenſes, quæ tamen à Pontifice ſedantur eâdem die, qua in Syria Genuenſes magna clade ſunt affecti. *Foglietta*.

1260. Othobonus de Fliſco ædificat Eccleſiam Seruorum Genuæ, & Abbatiam Trigoſi. *Hiſtoria Fliſcorum*. Alda filia Alberti Venti reſtaurandam curat Eccleſiam S. Petri Vezemæ prope Vulturum, quam eius prædeceſſores conſtruxerant. *Federici*. Prima origo Flagellantium, à qua originem duxere Confraternitates, quæ vulgò dicuntur *Caſazze*. *Iuſtinianus, & Aug. M. de Monte in Hiſtoria Sauonæ*.

1261. Michael Paleologus Conſtantinopolim recuperat, auxilium ei præſtante Republica Genuenſi, & ideò Sororem ſuam Benedicto Zachariæ nobili Genuenſi in vxorem ſpondet. *Schiaſinus*.

Gu-

A. Æ.C.

1262. Gulielmus Buccanigra deponitur, & eligitur Prætor exterus. *Iuſtinianus*.

1263. Paleologus Jmperator, Genuenſium amicitiam expoſcit contrà Venetos, & ideò ab Vrbano Pontifice Genuenſes ſacris interdicuntur, vt pacis violatores. *Foglietta*. Paleologus cum Pontifice conqueritur, quod Genuenſibus prohibuerit ei auxilium deferre, cuius rei rationem reddit Pontifex. *Vuadingus*. Claſſis Genuenſis 38. triremium ad Epidaurum pugnat cum Claſſe Veneta triremium 23. infęlici exitu. *Foglietta*.

1264. Claſſis Genuenſis 20. triremium, Simone Grillo Pręfecto, ad Dydrachium cum Ueneta pugnat, & inſignem de ea victoriam reportat. *Foglietta*.

1265. Ad Reipublicæ Gubernationem aſſumuntur Nobiles. *Iuſtinianus*.

1266. Obertus de Auria Pręfectus Claſſis Maritimæ Caneam expugnat, & campanam illius Vrbis donat Eccleſiæ S. Matthæi. *Iuſtinianus*.

1268. Clemens IV. concedit, vt in toto Dominio Genuenſi edi poſſint lacticinia, & oua diebus quatuor temporum, & vigiliarum. Iaciuntur prima fundamenta Eccleſię, & Monaſterij S. Jacobi, & Philippi. *Schiaſinus*.

1269. Henricus Maſonus Genuam defert Caput, & Crurē S. Dominici, quas Reliquias collocat in Eccleſia eius nomini dicata. Conſtruitur Carcer malæpaghæ. *Iuſtinianus*.

1270. Vrbe in duas factiones diuiſa, Guelforum, quorum erant Anteſignani, Fliſchi, & Grimaldi Pontifici adhærentes, & Gibellinorum, Ducibus Auria, & Spinula Imperatoris partes tuentes, forma gubernationis immutatur, electis duobus Capitaneis, & Abbate populi, hi verò maiorem partem Guelforum exilio mulctant. *Iuſtin.* *Foglietta*.

Genuenſes cum ſuis nauibus, & cum exercitu decem millium armatorum in Africam deferunt S. Ludouicum Galliæ Regem, qui in obſidione Tuneti moritur, & Genuenſes in reditu tempeſtatem paſſi, malè rependuntur à Carolo Sicilię Rege, S. Ludouici fratre. *Schiaſin.* Otho-

A.Æ.C.

1273. Othobonus Fliſcus Cardinalis exules Guelfos hortatur, vt Caroli Siciliȩ Regis protectionem implorent, qui ſtatim Genuenſibus bellum infert. *Foglietta*.

1276. In Gregorij x. Pontif. locum ſuffectus eſt Jnnocentius v., qui inter Genuenſes, & Siciliȩ Regem pacem firmat, exulibus in Patriam reuocatis, eoque mortuo, eligitur Othobonus Fliſcus dictus Adrianus v., qui Genuenſes ab Interdicto abſoluit, cui à Gregorio x. ad ipſius Othoboni inſtigationem fuerant obſtricti. *Foglietta*.

1277. Genuenſes emunt Oppidum Voraginis. *Iuſtin.*

1278. Menſe Octobris maximum fuit diluuium Genuȩ. *Iuſtin.* Idem accidit anno 1654. die 18. Octobris. In reædificanda Eccleſia S. Mathæi Imago muſiuo opere fabrefacta mirabili arte transfertur. *Iuſtin.*

1280. Jnghettus Contardus Mercator Genuenſis in maiori balleari diſputat, & conuertit Rabbinum Hebrȩum Aragonenſem. *Iuſtin.* Veneti fidem in duciarum frangunt, ſed ſuo malo, nam pluries à Genuenſibus cæduntur, qui pacati animi ſigna demonſtrant. *Foglietta*.

1281. Genuenſes à Legato Pontificis interdicuntur, ſed, de Theologorum conſilio, illius iudicium ſpernitur. *Foglietta*. Ex priuilegio Innocentij iv. nullus inconſulto Pontifice, poteſt interdicere Urbem Genuam. *Iuſtinianus*.

1283. Conſtruitur Darſina, & Moles vetus Architecto Marino Buccanigra, ſicut anno 1630. conſtructa fuit Moles occidua Architecto Anſaldo de Mari. Hoc anno, ad Piſanos coercendos, ſoluunt ex portu 200. circiter triremes *Foglietta*. *Iuſtinianus*.

1284. Claſſis Piſana ad oſtiũ portus Genuenſes inſultat, eorũ claſſe abſente, verũ, ea redeunte, ab hora tertiæ ad veſperas aucta eſt triremibus 58. cum octo Pamphilis, & Obertus de Auria die 6. Auguſti cum triremibus 120. inter Jnſulam Maloriam, & portum Piſanum illos ſuperat, eorumque vexillum defert ad Eccleſiam S. Mathæi, mortuis in

bel-

A.Æ.C.

1284. bello 5. millibus Piſanis, captiſq; 9272., cum triremibus 28., itaut diceretur: qui vult videre Piſas adeat Genuam *Iuſtin. Foglietta*. Rugerius de Auria, nauali pugna, captiuum facit Carolum filium Caroli Siciliæ Regis, captis 32. Nauibus, & 5. millibus hominum, inter quos Guidum Monfortem nepotem Simonis *Ricciol. Rogatis, & alij*.

1286. D. Leonora Vſuſmaris Abbatiſſa reædificandum curat Monaſterium S. Barnabę. *Ex Lapide*.

1289. Sanctitate floret B. Albertus à Clauaro decimus Generalis Dominicanus. *Iuſtinianus*.

1290. Conradus de Auria Dux claſſis maritimę catenam portus Piſani frangit, & Genuę varijs in locis collocat. In cuius rei memoriam Fabriferrarij quot annis Miſſam tenentur audire in Eccleſia S.Sixti pro anima Noceti Chierli Fabriferrarij, qui tale opus executioni mandauit. *Foglietta. Iuſtin., & alij*. Mandantibus Conrado de Auria, & Oberto Spinula Ducibus Reipublicæ, conſtruitur Palatium publicum. *Dezza f.* 158.

1291. Genuenſes pertesi gubernationem duorum Ducum, eligunt eſtraneum. Tediſius de Auria, & Vgolinus Viualdus iter ad Indias occidentales tentant, tranſgreſſi fretum Herculeum cum duabus triremibus, quorum tamen finis ignoratur. *Iuſtin. Foglietta*. Hoc opus perfecit Columbus poſt annos 200.. Incipit bellum contrà Catalaunos.

1292. Nicolaus Spinula cum 20. triremibus ſuperat 28. Venetas. *Iuſtin. Foglietta*. Benedictus Zacarias Genuenſis, Præfectus Regis Aragoniæ, ſuperat in Africa 20. triremes Saracenorum, captis ex eis 13. *Rogatis*.

1293. Inſula Sigeſtri, quæ ab Imperatrice Adelaide fuerat donata Monaſterio ad Caput Montis, hoc anno venditur Bartholomæo de Federicis. *Federici*.

Guglielmus Buccanigra Palatium S. Georgij conſtruendum curat. Conſtantinus, & Vghettus Lercarij fundant Eccleſiam S.Franciſci Chiapettę. *Iuſtin.*

A.Æ.C.

1294. Cum anno præterito Veneti fœdus, cum Genuenſibus initum, violaſſent, Nicolaus Spinula Præfectus 20. triremium, coactus pugnare cum eorum Claſſe maioris numeri, de ea victoriam reporrat. Foglietta. *Iuſtin.*

1295. Genuenſes vnius menſis ſpatio armant 165. triremes, & 150. naues cum 45. millibus hominum contrà Venetos, & in Siciliam vſque pernauigāt eos quæſituri, ſed fruſtrà. *Ricciolius. Iuſtin. Foglietta.* Hoc anno perfectus eſt aquæductus magnæ opus impēſę. *Foglietta. Vide infra an.* 1355. Tediſius de Camilla, qui fuerat Aulicus Innocentij IV. fundat Eccleſiam, & Monaſterium S. Nicolai de Hircis, quod nunc dicitur S. Claręę Albarij, Eccleſiam S. Lucię, & Hoſpitele Famagoſtę in Cypro. *Iuſtin.*

1296. Excluſis exteris, denuò eliguntur duo Duces Conciues. *Iuſtin. Foglietta.* Ruſſus de Auria corpus S. Anaſtaſiæ, ei dono datum ab Imperatore Conſtantino, collocat in Templo S. Mathæi, & Federici affirmat ab eodem illi datum gentilitum ſtemma Aquilę nigræ, inſigne familiæ Paleologæ. Bartholomæus de Nigro fundat Cartuſiam Riparoli.

1298. Rugerius de Auria, Præfectus Claſſis Jacobi Regis Aragoniæ cum 80. triremibus, Siciliam inuadit, & Ioannes eius Nepos, à Meſſanenſibus captus, morti damnatur. *Rogatis t.* 5. *l.* 2. Lamba de Auria cum Claſſe 76. triremium, totidemque nauibus ad Corcyram nigram, quæ nunc Curſula dicitur, dimicat cum Claſſe Veneta numero ſuperiore, eamque vincit, captis 76. triremibus, & 7. hominum millibus, inter quos etiam Andream Dandalum, qui ob deſperationem ſibi mortem infert. Paulò poſt victę etiam fuere 25. triremes Venetæ. *Federici. Iuſtin. Foglietta.*

1299. Rugerius de Auria in Siciliam redit cum Claſſe 106. triremium, & Ferdinandi Regis Claſſem ſuperat, quarè, in vindictam Nepotis, anno pręterito occiſi, omnes ferè captiuos morti damnat. *Ricciolius. Rogatis.* Porichetus Spinula, qui ex ordine FF. Minorum aſſumptus fuerat in Archiepiſcopum Genuenſem, conſecrat Eccleſiam S. Honorati,

A.Æ.C.

1299. rati, nunc S. Franciſci. Bonifacius VIII. confirmat Hieronymo de Camilla, & Fratribus Thediſij Ius patronatum Eccleſiæ S. Nicolai de Hircis, & Moniales eximit à iuriſdictione Ordinarij, iubens vt Sacramenta recipiant à Rectore S. Pauli. Denuò eligitur ad Gubernium Prætor exterus. Genuenſes cum Venetis pacem ineunt. Piſani inducias annorum 27. poſtulant, & obtinent. *Foglietta*.

1300. In Eccleſia Metropolitana inſtituitur ſocietas S. Jo: Baptiſtæ. *Schiaſinus*.

Petrus Lercarius ædificat Eccleſiam S. Petri Coronatæ. *Iuſtin.* Genuenſes excluduntur à conſecutione Iubilęi. *Rainaldus in Ind. Baronij*.

1301. Genuæ firmatur pax inter Carolum Regem Neapoli, & illos Genuenſes, qui auxilium præſtiterant inuaſori Siciliæ, quam ob cauſam tota Ciuitas à Pontifice interdicto ſubijcitur. *Iuſtin.*

Matronæ Genuenſes, ad ſuaſiouem Raimundi Lulli, magnam auri copiam impendunt pro bello ſacro, & earum aliquę ad bellum perſonaliter procedunt, quas ſuis literis in forma breuis laudat Bonif. VIII., vt videri poteſt in Vuadingo. Spondanus Hiſtoricos Genuenſes redarguit, qui de hoc nihil dicunt. Qui dicebantur de Volta, & Maſoni Cataneorum nomenclaturam aſſumunt. *Federici*.

1302. F. Jo: à Muro Generali FF. Minorum, in Conuentu S. Franciſci Genuæ, celebrat Generale Capitulum. Alia quoque ſunt celebrata in hac Vrbe annis 1359., 1425., 1440., & 1553. *Vuadingus*.

1303. Moritur Bonifacius VIII., cuius corpus anno 1606. integrum eſt repertum. *Bzouius*. Hoc anno exſiccatum eſt mare in portu vſque ad Templum S. Thomæ. *Stella*.

1305. Bonaiuncta Ualentis edificandum curat Templum, & Monaſterium S. Bartholomæi de Oliuella proprijs ſumptibus, quod nunc eſt Monialium Lateranenſium, & in hac Eccleſia aſſeruatur Spina Coronę Chriſti. *Schiaſinus*.

Digitized by Google

A Æ.C.

1306. Manfredus Marchio Salutij ducit in vxorem Iſabellam filiam Bernabò de Auria. *Schiaſinus*.

1307. Argentina filia Opicij Spinulæ nubit Theodoro Paleologo. *Foglietta, & Dezza*.

1308. Obertus Puerperius fundat Monaſterium S. Bartholomæi, in quo degebant Monaci Baſiliani, &, his ſuppreſſis ab Innocentio x., datum eſt PP. Barnabitis.

Conſtruitur Abbatia Caſſinellę propè Sextum, nec non Monaſterium S. Juliani, quod fuit PP. Ciſtercenſium, deinde membrum Abbatiæ S. Fructuoſi, & tandem anno 1433. Monacorum Caſſinenſium. In Monaſterio S. Auguſtini Genuæ celebratur Capitulum Generale Eremitanorum *Schiaſinus*.

1310. Guelſi propè Monaſterium S. Andreæ Sexti pugnant contrà Opicium Spinulam, & de eo victoriam reportant. Jdem ædificat Palatium Marmoreum propè Eccleſiam S. Catarinæ, à quo dicti ſunt *Spinola Marmari*. Eliguntur ad Gubernium ſex Nobiles, & ſex Plebæi. *Iuſtin.*

1311. Conſtruitur Eccleſia S. Nicolai de Boſcheto, quæ anno 1417. data eſt Monacis Caſſinenſibus. *Schiaſinus*.

Henricus VII. Genuæ hiemat, & à populo eligitur in Protectorem per annos 20. Moritur Margarita Henrici Vxor, & ſepellitur in maiori Sacello S. Franciſci ad leuam. *Iuſtin.*

1312. Moritur Henricus VII. in vico Bonconuentus in Thuſcia, & iubet eius cor Genuam deferri in Eccleſiam S. Franciſci. Lanfrancus Ceba ædificat Eccleſiam S. Franciſci Albarij. *Iuſtin.*

1313. Poſt Henrici mortem, denuò graſſantur odia inter Guelſos, & Gibellinos. *Foglietta*.

1314. Orto diſſidio inter de Auria, & Spinulas, per dies 24. pugnatum eſt in Vrbe. *Iuſtin.*

1316. Sauona rebellat à Guelſis, & ſe ſubdit Gibellinis, qui eam muris cingunt. *Iuſtinianus*.

1317. Eliguntur ad Gubernium duo Duces Nobiles Guelſi cum Pretore extero. *Iuſtin.* Leonardus de Fliſco ædificat Mona-

A Æ.C.

1317. naſterium S. Leonardi, aſſignatis redditibus pro Monialibus, & Abbatiam S. Mariæ in Vialata. *Hiſtoria Fliſcorum.*

1318. Guelfi eligunt in Protectores Reipublicę Io: XXII. Pp., & Robertum Regem Neapoli per annos 12.. Vrbs à Gibellinis obſidetur per annos quatuor, & fortalitia ędificant ſuper montes Perinaldi, & S. Bernardi, quæ Baſtiam, & Caſtellatium nominant. *Dezza. Iuſtin.*

1321. Guidetti, & Pignoli aſſumunt pronomen Gentilium. Emanuel Spinula Epiſcopus Albinganenſis, dum armatus equitat, occiditur ab hoſtibus. *Iuſtinian. Hoc factum negatur à Dezza, quem vide.*

1322. Jo: XXII. Gibellinos excommunicat, concedens Jndulgentiam omnibus, qui eos armis impeterent, ſed diploma à Gibellinis laceratur, *Iuſtin. Foglietta.*

1327. Vrbs, quæ anno 1155. muro fuerat cincta vſque ad Eccleſias S. Catarinæ, S. Andreæ, & ad Darſinam, hoc anno dilatatur erecto muro, qui includeret Pagos S. Germani, S. Stephani, ſiuè Lanificum, & Prę, opuſque perfectum eſt anno 1346. *Iuſtin.*

Genuæ fundatur Conuentus Seruorum. *Schiaſinus.*

1329. Cardinalis Ludouicus de Fliſco inſtituit, vt ſingulis ferijs quintis primis cuiuslibet mensis [illegible]

Gherardus Spinula emit à Germanis Lucam prætio 74. millia aureorum, & vt eam defendat bellum gerit contra Florentinos. *Iuſtin. Dezza.*

1330. Aitoni de Auria aſtutiam, ad hoſtes perſequentes illudendos, vide in Iuſtiniano.

1331. Claſſis Catalauna flumen Endellam, nunc Lauanię ingreſſa, diripit Monaſterium S. Euſtachij. Pacificantur Guelfi cum Gibellinis, & vnanimiter eligunt in Protectorem Regem Robertum. *Iuſtin.*

1334. Salagrus de Nigro Pręfectus Claſſis Maritimæ pluries Catalaunos profligat. *Iuſtin.*

Con-

A.Æ.C.

1334. Conſtruitur Albarij Templum dicatum S. Michaeli Archangelo, quod poſteà dictum S. Franciſci. *Schiaſinus*.

1335. Emanuel Spinula annorum 28. Canonicus Eccleſiæ Ciceſtrenſis in Anglia aſſumitur ad Archiepiſcopatum Montis regalis in Sicilia, & reformat Abbatiam S. Mariȩ de Maniace, alteramque ȩdificat ſub nomine S. Martini de Scalis, pièque obit anno *1346. Dezza*. Gibellini, eiectis Guelfis, & Regijs, eligunt duos Duces, ſiuè Capitaneos. *Iuſtin.*

1336. Lucas de Fliſco q. Nicolai Cardinalis ſepellitur in Eccleſia S. Laurentij in Sepulcro marmoreo ſupra portam lateralem S. Sebaſtiani. *Hiſtoria Fliſcorum*. Firmatur pax inter Genuenſes, & Catalaunos, ſed inter Genuenſes, & Venetos bellum reuiuiſcit. *Foglietta*.

1339. Plèbs Sauonenſis, deinde totum Dominium rebellat, & ideo plebs Genuenſis, eiectis Nobilibus, eligit in Ducem Simonem Buccanigram, & Ciuitas diuiditur in fationes Nobilium, & plebis, hi verò legem condunt, ne quis ex Nobilibus poſſit eligi in Ducem, quod ſeruatum eſt vſque ad annum 1528. *Iuſtin.*

1340. Genuenſes ſuppetias dant 15. triremes Regi Caſtellæ contrà Mauros, & ipſe, poſt obtentam victoriam, eligit in Prȩ-

1341. Egidius Buccanigra in Mauritania ſuperat Claſſem Sarace- rum, combuſtis 25. triremibus, & alijs captis. *Rogatis.*

1342. Genuam defertur caput S. Barnabæ Apoſtoli, quod Vgo Luſignanus Rex Cypri dono mittebat Regi Aragoniȩ. Hoc tempore florebat Andalus de Nigro filius Salagri inſignis Mathematicus, & Poeta, nec non Prȩceptor Bocacij. *Iuſtin.*

1343. Moritur Venerabilis Eremita Martinus, qui natus in Marchia Anconitana, vitam duxit eremiticam in Pago Pegli, vbi nunc eſt Conuentus PP. Obſeruantiæ, & ſepultus eſt in Eccleſia S. Benigni, quam viuus frequentare ſolebat. Eſt protector artis Sutoriæ, eo quod ipſe quoque peregrinorum veſtes ſueret. *Schiaſinus*. Lu-

A. Æ.C.

1344. Lucianus Grimaldus, aſſumpto Dominio Monæci, rebellat à Genuenſibus. Nobiles aſſumuntur ad Reipublicę Gubernium pro medietate cum plebe. *Iuſtin.*

1345. Antonius de Fliſco Canonicus Pariſienſis, & Epiſcopus Lunenſis ſuis expenſis à fundamentis conſtruendam curat Eccleſiam Parochialem Riuimaioris, cumque ad eam tranſtuliſſet partem Cinerum S. Jo: Baptiſtę, cæcus repente euaſit, nec prius viſum recepit, quam Cineres Genuam defererentur. *Hiſtoria Fliſcorum.*

1346. Nobiles, ad Reipublicę Gubernium vocati, conſtruunt menia ab Eccleſia S. Thomę vſque ad Caſtelletum. *Iuſtin.* Incipit Domus S. Georgij ob pecuniam Reipublicę mutuo datam. Claſſis Genuenſis, Præfecto Simone Vignoſo, potitur Jnſula Chio, & vtrâque Phocæa. *Foglietta.*

Hoc tempore S. Birgitta Vidua demorata eſt in Pago Quarti, & mortua eſt Romæ anno 1377., ſanctis adſcripta à Bonifacio IX. anno 1391.

1347. Genuenſes totius Corſicæ Dominium obtinent. *Rinaldus in ind. Baronij.*

1348. Genuenſes cum Claſſe 21. triremium ſuppetias dant Philippo VI. Valeſio Regi Gallię contrà Anglos, de quibus victoriam reportant, ablato eorum vexillo albo cum Cruce rubea, quarè aliqui volunt ex tunc illud ſibi aſumpſiſſe pro inſigni. *Ex Man. Sed vide ad annum* 1110., & 1139. *ſupra.*

1349. Peſtis ex India totam Europam deuaſtat, abſumptis duabus tertijs partibus hominum. *Iuſtin. Ricciol.*

1351. Ex Hiſpania Genuam aduenerunt tres PP. Congregationis S. Hieronymi, qui fundauerunt Eccleſiam, & Monaſterium S. Mariæ de Coſta in loco Sexti. Hi autem ex indulto Pauli II. an. 1468. aſſumpſerunt habitum, & Regulam B. Petri de Piſis. *Schiaſinus.*

1352. Cum Eccleſia S. Marię Beluederij anno 1330. eſſet Monialium, hoc anno erat PP. Eremitarum S. Auguſtini, qui adhuc ibi degunt. *Schiaſinus.*

Pa-

A.Æ.C.

1352. Paganus de Auria ad Boſphorum Thracium die 9. Martij cum Claſſe 60. triremium ſuperat Venetam, & Catalaunam triremium 87., captis 32. triremibus Venetis, & 18. Catalaunis cum 1800. hominibus. De hac victoria ait Blondus. Genuenſes, contrà ventum, contrà mare, contra potentiſſimos hoſtes, victoria potiti ſunt. *Iuſtin. & Hieron. de Arminis.*

1353. Genuenſes eligunt in Protectorem Io: Vicecomitem Archiepiſcopum Mediolanenſem. *Iuſtin.* Antonius Grimaldus Pręfectus 60. triremium pugnat contrà 80. fęderatorum, ſed aduerſa fortunâ. *Foglietta.*

1354. Paganus de Auria aliam inſignem victoria reportat de Venetis, capto eorum Duce Nicolao Piſano cum Vexillo, & 5400. Venetis, capta etiam Vrbe Parenſo, ex qua Corpora SS. Martyrum Martini, & Eleutherij ad Eccleſiam S. Mathęi tranſtulit. *Iuſtin.*

1355. Duæ Naues Genuenſes videlicet Interiana, & Squarciafica ex Aſia in Europam, traiecto Boſphoro, transferunt multa Turcarum millia in auxilium Imperatoris Paleologi contra Cantacuſenum, quod à multis ſcriptoribus immeritò reprehenditur. Alij volunt id accidiſſe anno 1363.. Philippus de Auria cum 15. triremibus potitur Vrbe Tripoli Sorię. *Schiaſinus.*

Auctus fuit aquęductus, qui fuerat conſtructus anno 1295. *Iuſtin. Foglietta.*

1356. Papinianus de Fliſco fundat Collegium Fliſcorum Bononię. *Hiſtoria Fliſc.* Genuenſes reijciunt Protectionem Vicecomitum, quam elegerant anno 1353. *Foglietta.*

1357. Io: Paleologus, ope Genuenſium, aquirit Imperium Orientis, eique donat Inſ. Lesbo. *Iuſtin.*

1362. Vrbanus v., iam electus Pontifex, Genuâ incognitus pertranſit, & hoſpitatur in Monaſterio S. Michaelis, poſito ſupra portam S. Thomę *Schiaſinus*.

Guglielmus Mutina Mercator Genuenſis in Vrbe Amalech

A.Æ.C.

1362. lech pro fide mortem ſubit. Uide in Chronologia vni. anno 1342.

Pierinus Grimaldus Florentinorum Generalis frangit catenam Portus Piſani, quam Florentiam defert, & ad portam S. Io: reponit. *Iuſtin.* D. Cidiana Beſtagna reſtaurandũ curat Monaſteriũ S. Barnabę. *Ex lapide ibi poſito.*

1363. Simone Buccanigra perempto, eligitur in Ducem Gabriel Adurnius. *Iuſtin.*

1364. Fundatur Monaſterium Ceruariæ ſiuè Siluariæ, quod diù fuit caput ciuſdam Congregationis Monacorum, ſed anno 1460. aggregatum eſt Congregationi S. Iuſtinæ. In hoc Monaſterio hoſpitati ſunt Gregorius XI. Romam pergens anno 1524., & Franciſcus I. Rex Galliæ. Eccleſia ſacrata fuit anno 1366. à Guidone Archiepiſcopo, cuius corpus ibidem requieſcit. *Schiaſinus.*

1365. Tota Liguria à Locuſtis vexatur. *Iuſtinianus.*

1367. Egidius Buccanigra, qui ab Alphonſo Rege electus fuerat in Almirantẽ, hoc anno Sibilię ſupplicio mulctatur, eò quod adheſerit Henrico filio notho Alphonſi. *M. S.*

Vrbanus V., Auenione Romam rediens, omni honorum genere Genuæ excipitur, hoſpitatur priùs in Monaſterio S. Benedicti Faſſoli nunc deſtructi, deinde in Cõmenda S. Io: Pre, vbi die Aſcenſionis celebrauit in Ara maiori illius Eccleſiæ.

1370. Vrbanus V. Româ Auenionem redit, vbi moritur die 19. Decembris, vt prędixerat S. Birgitta. *Schiaſinus.*

Eiecto Duce Adurnio, eligitur Dominicus Campofregoſius. *Iuſtin.*

1371. Thomas Murcius cũ 10. triremibus Melita Inſula, & Mazara Siciliæ Vrbe potitur, quæ piratarum erant receptacula, & cum opulenta præda Genuam redit. *Foglietta.* Ambroſius Buccanigra, Claſſis Regis Caſtellę Præfectus, inſignem de Anglis victoriam reportat. *Rogatis.*

Franciſcus Viualdus Patritius Genuenſis donat Reipublicæ loca 90., ideſt lib. 9000. multiplicanda, vt ex redditi-

A.Æ.C.

1371. bus ſoluantur debita Reipublicæ, eo autem viuente, iam aſcenderant ad loca 448., & anno 1467. ad loca 8000. *Schiaſinus*.

1373. Genuenſes, quià in Coronatione Regis Cypri Venetis fuerant poſtpoſiti, & ab eo præterea malè acti, illi bellum indicunt, præmiſſis 57. triremibus, Præfecto Damiano Cataneo, qui mirifica fortitudinis, honeſtatis, & clementiæ ſigna dedit, illum ſubſecuta eſt Claſſis 36. triremium, præter alia nauigia, & 14. hominum millia cum omni bellico apparatu, Præfecto Petro Fregoſio, qui Famagoſtam, totumque Regnum expugnat, quod deinde ſub duris legibus Regi reſtituit. *Foglietta*, *& Iuſtin.* Ob Lesbum ab Jmperatore Genuenſibus donatam, iaciuntur ſemina quarti belli in Uenetos. *Foglietta*.

1375. In Palatio Archiepiſcopali ad S. Silueſtrum celebratur Conciliũ Prouinciale aſſiſtentibus Epiſcopis Albiganenſi, Nolenſi, & Brugnatenſi, necnon Abbatibus S. Syri, S. Fructuoſi, & S. Marię de Zerbino. *Schiaſinus*.

Orietta Scotta, nunc de Centurionibus, S. Catarinam Senenſem in Domo ſua hoſpitio recipit, erat autem Domus in vico Caneti. Raphael de Paſſano concedit locum ad conſtruendum Sacellum S. Jo: Baptiſtę, & ideò Fęminæ de Paſſano poſſunt in illud ingredi ad excluſionem aliarum. *Iuſtin. Federici*.

Alij volunt Sacellum fuiſſe conſtructum expenſis Iacobi, Benedicti, & Nicolai Campanari, ſibi retenta facultate, vt Sponſę ſuę agnationis in illud ingredi valeant pro benedictione Sponſalium. Conciliantur tamen hi Auctores dicendo Raphaelem de Paſſano dediſſe aream, & Campanaros illud conſtruxiſſe ſuis ſumptibus. Aduerte ex decreto Innoc. VIII. dato anno 1492. vetitum eſſe Mulieribus ingredi dictum Sacellum, quare vtrumque priuileginm debet credi poſterius prohibitione, niſi forte decretum Innoc. VIII. ſit confirmatio alterius decreti pręcedentis facti ab Archiepiſcopo.

Gre-

A.Æ.C.

1376. Gregorius XI. Pp., dum Auenione Romam pergit, Genuę hoſpitatur. *Iuſtinianus.*

1377. S. Birgitta hoc tempore fuit Genuæ, & demorata eſt in Pago Quarti. Genuenſes 10. triremes, Prȩfecto Ludouico de Fliſco, in Venetos mittunt, qui ad Anzium promuntorium cum 14. Venetis tȩmerariè congreditur, à quibus ſuperatur, & Venetijs in carcerem truditur, amiſſis 6. triremibus. Caretti Naulum, & Jngaunum occupant, hac Vrbe à Bartholomȩo Vicecomite Prȩtore prodita, qui à Genuenſibus captus, forcipibus cādentibus laceratus meritas proditionis pœnas luit. Veneti cum Rege Cypri Famagoſtam vano conatu obſident à Genuenſibus defenſam. *Foglietta.*

1378. Eiecto Duce Dominico Fregoſio, eligitur tumultuariè à Plebe Antoniottus Adurnus, qui ea dignitate functus eſt à Veſperis vſque ad Completorium, electo poſt ipſum Nicolao Guarco. *Iuſtin.*

1379. Lucianus de Auria cum Claſſe 22. triremium ad littus Polæ Claſſem Venetam 21. triremium congreditur atroci prȩlio, in quo ipſe Lucianus occûbit, ſed victoria ſtetit pœnes Genuenſes, captis 15. triremibus, & 2700. hominibus. Luciano ſubſtituitur Petrus de Auria, qui cum 47., vel 60. triremibus, & totidem nauigijs Foſſam Clodiam, vulgò *Chioggia* expugnat, occiſis 6. millibus hoſtium, & 900. captis. Illi etiam ſe dediſſet Vrbs Veneta, niſi ob duras nimis conditiones eos ad defenſionem coegiſſet, quod fecere adhibito puluere pyrio, & bombardis nouæ tunc inuentionis. *Iuſtin.* *Foglietta.*

1380. Occiſo Petro de Auria, Mathȩus Maruffus cum Claſſe 29. triremium Foſſam Clodiam à Venetis obſeſſam liberare non valens, Kalendis Iunij ipſa ſe dedit. Gaſpar Spinula cum Claſſe 38. triremium Tergeſtum occupat, & Patriarchȩ Aquileiæ donat. *Foglietta.* Megollus Lercarius ad vindicandam offenſam Imperium Trapeſuntinum infeſtat, & Imperatorem ad duras conditiones cogit. *Foglietta.*

A.Æ.C.

1381. Genuenſes ad ſuaſionem Ducis Sabaudiæ pacem cum Venetis ineunt. *Iuſtin.* Multæ SS. Reliquiæ Genuam aſportantur, quas enumerat Foglietta.

1383. Plebs Genuenſis tumultuat contrà Nobiles, &, eiecto Duce Guarco, eligit Leonardum Montaldum. *Iuſtin.*

1384. Leonardus Montaldus donat Eccleſiæ S. Bartholomæi Sudarium cum Jmagine Saluatoris, quam dono acceperat ab Imperatore Orientis. *Iuſtin.* De hoc vide ſuprà anno 945., & infra 1507.. Mortuo Leonardo, eligitur in Ducem Antoniottus Adurnus. Mortuo Petro Rege Cypri, ei ſuccedit Iacobus Luſignanus Petri Auunculus, quem Nicolaus Maruffus Præfectus Claſſis 10. triremium Genuâ Cyprum defert. *Foglietta.*

1385. Genuam venit Vrbanus VI., hoſpitio receptus propè Eccleſiam S. Io: Pre. Conceſſit Indulgentiam plenariam in perpetuum viſitantibus Eccleſiam S. Laurentij in die Natiuitatis S. Jo: Baptiſtæ, & pro Corneto dedit Genuenſibus Petram, Borzoli, Iuſteneſim, Toiranum, Sputurnum, Berzezum, & Vadum. *Iuſtin.* Jdem Pontifex cùm Nuceriæ à Carolo Rege obſideretnr, Genuenſes ad eum mittunt 10. triremes, Præfecto Clemente Fatio, qui Pontificem Genuam defert, & cum eo ſex Cardinales conſiliorũ cõtrà Pontificem initorum participes, quorum 5. iuſſu Pontificis, ſaccis inſuti, in mari deijciuntur. *Foglietta.*

1386. Genuenſes emunt Oppidum Lermę à Violante de Auria. *Foglietta.*

1388. Claſſis Genuenſis 12. triremium in Africa potitur Jnſula Lithophagitim, vulgo *Gerbij*, eamq; Siculis, expeditionis Socijs, cedit. Alia expeditione cum Claſſe 40. triremium, & 20. ingentium Nauigiorum Tunetum obſident, & Regem ad conditiones Genuenſibus valde honorificas cogunt. Reſpublica emit Plebem Theuci cum alijs vicis Vallis Arocię, Variſium, Stellam, & Nouis, eratque Vrbs tunc temporis florentiſſima. *Foglietta.*

Al-

A.Æ.C.

1389. Alphonſus de Vadalaſſara Hiſpanus, qui renuntiato Epiſcopatu, eremiticam vitam duxit, & per plures annos confeſſiones S. Birgittæ audiuit, moritur in villa Quarti, vbi Eccleſiam, & Monaſterium à fundamentis erexerat piorum eleemoſinis, & Monacis Congregationis Montis Olïueti tradiderat. *Schiaſinus*.

1391. Ad aſpectum Ss. Cinerum S. Jo: Baptiſtę Mare quieſcit, quod etiam accidit an. 1406., & aliàs *Vide anno.* 1531. *&* 1630.

Antonius Adurnus, qui anno præterito à dignitate clam ſe abdicauerat, electo in eius locum Jacobo Fulgoſio, hoc anno, facti pænitens, denuò, regimen aſſumit, Fulgoſio cedente. Sauonenſes, eiectis Præfectis Genuenſibus, deficiunt. *Foglietta*.

1392. Poſt plura diſſidia, Adurnus fugere cogitur, electo in eius locum Antonio Montaldo annorum 23. *Foglietta*.

1393. Montaldo fugere coacto, eligitur in annuum Ducem Franciſcus Juſtinianus, qui tamen Ciuium diſſidia non ferens, poſt aliquot dies dignitati cedit, & eligitur in Ducem perpetuum Montaldus, ſed anno ſequenti ſe abdicat, & eligitur Nicolaus Zoaglius, qui poſt duos menſes dignitati cedit, electo Antonio Guarco, qui clam aufugit, & Sauonam ſe recipit, quarè quartò eligitur Antonius Adurnus. *Foglietta*.

1395. Populo tumultuante, igni traditur Palatium Archiepiſcopale ad S. Silueſtrum. *Schiaſinus*.

Io:, & Ludouicus fratres Grimaldi Oppidum Monæci Genuenſibus reſtitutum, per proditionem occupant, & adhuc retinent. *Foglietta*.

1396. Genuenſes eligunt in Protectorem Carolum VI. Regem Galliæ, quarè Adurnus dignitati cedit, & eligitur Gubernator Gallus. *Foglietta*. *Iuſtinianus*.

1397. Eccleſia S. Eraſmi Campi hoc anno fuit vel extructa, vel reparata, vel conſecrata. *Schiaſinus*.

Poſt diuturnum, & ſæuum bellum, pax firmatur inter Ciues,

Tres

A.Æ.C.

1397. Tres triremes Genuenſes in mari Siculo à quatuor Turcarum agreſſæ, has ſuperant, eiſque potiuntur. *Foglietta*.

1399. In Oppido Portus Veneris inuenitur Imago B. Uirginis, quę ibidem colitur. Conſtruuntur Cænobia FF. Minorũ Clauari, Noli, & Sarzanæ. *Schiafinus*.

Nobiles excluduntur à Gubernio Reipublicæ, & eliguntur Artifices, quę tamen prouiſio poſt menſes quatuor ceſſauit. *Iuſtinianus*.

1400. Eligitur in Archiepiſcopum Pilleus de Marinis. *Schiaf.*

1401. Napolion Lomellinus legat loca 94. S. Georgij, quorum fructus pro medietate erogentur in pauperes, & prò alia medietate tranſeant in ſortem, reddebant autem 8. pro centum, & creuerunt, adeout anno 1625. darent lib. 28. millia redditus. Pius 2. an. 1460. ſtatuit ne adminiſtratores quidquam ſibi retinerent, quod confirmatum fuit ab alijs Pontificibus, & Paulus III. anno 1546. ſtatuit vt medietas, quæ tranſire debebat in ſortẽ, expendi poſſet pro dotandis puellis familiæ. *Schiafinus*.

Andreas Lomellinus, à Plumbini Domino offenſus, cum quatuor triremibus illius ditionem infeſtat, & ad ſe redimendum 20. millia aureorum ſolutione cogit. *Foglietta*.

1402. Bocicardus Regis Galliæ Vicarius arcem Caſtelletti munit, aliaque agit ad ſedandos tumultus, qui pluribus annis Vrbem vexarunt. *Foglietta*.

1403. Emmanuel Paleologus Gręcorũ Jmperator Genuam venit. Cypri Rege Famagoſtam obſidente, illuc Claſſis 9. triremium, aliorumque nauigiorum mittitur, quę Regem ad petendam pacem, illamque nummis redimendam cogit. Deinde Candelorum petens, naues hoſtium ibi demorantes incendit, tandem Berytum diripit. Pilleus de Marinis Magiſtratum Miſericordię inſtituit, & interfuit Concilio Conſtantienſi. *Foglietta*. *Iuſtin.*

1405. Genuam venit Petrus de Luna Antipapa, qui maximo honore receptus eſt. *Foglietta*. *Iuſtin.*

Ge-

A.Æ.C.

1406. Genuę graſſatur peſtis, & ibidem concionatur S. Vincentius Fererius, qui Petro de Luna adhęrebat. *Foglietta*. *Iuſtinianus*.

1407. Operante Antonio Mulazij Marchione, Genuenſes Sarzanam emunt pręcio librarum 3051. 18., & Liburnum, ſolutis 20. millibus Aureorum. Eodem anno inſtitutus eſt Magiſtratus S. Georgij, cuius prima fundamenta iacta fuerant anno 1346. *Foglietta*. *Iuſtin.*

1408. Benedictus XIII., qui in fine anni pręcedentis Genuam ſecundò aduenerat, hoc anno ad Portum Veneris, ſe transfert, vbi menſibus 5. moratur, acturus cum Gregorio XII. altero Pontifice, ſed recto tramite, re infecta, in Cataloniam redit. Archiepiſcopus Pilleus, neſciens cui ex duobus Pontificibns obediret, in Hetruriam ad ſolitudinem ſecedit, Genuenſes autem neutri obedire ſtatuunt. Sed anno ſequenti à Concilio Piſano vterque deponitur, electo Alexandro V. Minorita. *Foglietta*.

1409. Philippus Calandrinus conſtruendum curat Sacellum S. Thomæ de Aquino in Cathedrali Sarzanenſi, quod an. 1561. ceſſum fuit Franciſco Maſcardo Iuris Conſulto. In eo ſepultum eſt Corpus Andreolæ matris Nicolai IV. Pap. Genuenſes, reiecta protectione Regis Galliæ, eligunt in Protectorem Theodorum Paleologum Marchionem Montisferati. *Iuſtin. Foglietta*.

1412. Genuenſes; reiectâ protectione Marchionis Montisferati, eligunt in Ducem Georgium Adurnum, & octo virorum Magiſtratum rebus gerendis præficiunt. *Foglietta*. *Iuſtin.*

1413. Conduntur nouæ leges ad pacem inter Ciues ſtabiliendam, quæ tamen paulò poſt violata eſt, inteſtinis bellis per duos annos in Vrbe graſſantibus. *Iuſtin. Foglietta*.

1415. Inter Ciues pax firmatur, &, renuntiante Georgio, eligitur in Ducem Barnabas Guanus, qui tamen poſt aliquot menſes expellitur, electo in eius locum Thoma Fregoſio. *Foglietta*.

Mar-

A.Æ.C.

1417. Martinus v. confirmat donationem factam à Grimaldis Monacis S. Iuſtinæ Eccleſiæ S. Nicolai de Boſchetto. *Schiaf.*

1418. Genuenſes, ad expenſas belli contrà Philippum Ducem Mediolani, Liburnum Florentinis vendunt prætio aureorum 120. millium. *Foglietta. Iuſtin.*

1419. Laurentius Foglietta vnica naui inſignem de Anglis victoriam reportat, capto eorum vexillo. *Foglietta.* Conſtruitur Darſina opere mirifico. *Iuſtin.*

1420. Alphunſus Aragoniæ Rex Corſicam inuadit, & Bonifacium obſidet, cui ſubſidium deferunt Genuenſes ope B. Virginis Jncoronatę. Incipit bellum Aragonicum. *Foglietta. Iuſtin.*

1421. Genuenſes, eiecto Fregoſio, eligunt in Protectorem Philippum Vicecomitem Ducem Mediolanenſem. *Foglietta.*

1422. Pilleus de Marinis Archiepiſcopus conſtruendam curat Eccleſiam parochialem Sigeſtri, cùm eſſet ſub illius iuriſdictione, licèt poſteà à ſucceſſoribus commutata fuerit cum Epiſcopo Brugnatenſi pro Parochia Caſtiglioni, & alijs.

1423. Bartholomęus de Boſco J. C. fundat Hoſpitale in loco Pammatonis prius pro Mulieribus, deindè pro viris, & electionem Protectorum ſtatuit faciendam à Prioribus Cartuſiæ, S. Hieronymi Quarti, & S. Dominici. *Schiaf.*

Claſſis Genuenſis Gaietam, Neapolim, aliaſque Vrbes Regis Aragoniæ inuadit. *Foglietta. Iuſtin.*

1424. Paniſcolæ moritur Petrus de Luna dictus Benedictus XIII.

1425. Celebratur quintum Iubilæum Vniuerſale, quod deinceps continuatum eſt ad annos 25., ideòque celebratum an. 1700. fuit decimum ſextum.

1428. Genuæ à menſe Iunij, vſque ad Decembrē nunquam pluit, & ideò exſiccati ſunt tres fontes inſignes, videlicet Fontana amoroſa in Platea Eirolum, Storbius ſub Eccleſia S. Birgittæ, & Pozarellum propè Eccleſiam S. Franciſci. *Iuſtin. Foglietta.*

Mar-

A.Æ.C.

1430. Marcus Spinula donat Monaſterio S.Andreæ de porta Crucē. S. Andreæ, quem cum pede eiuſdem ſancti dono acceperat Beneuenti *Iuſtinianus*. Quilicus Bondinarius Abbas S. Syri iuſſu Pontificis deponit Illianam de Nigro Abbatiſſam S. Nicolai de Hircis, vtpotè electam contrà ius patronatum Thediſij de Camilla, eiuſq; hęredum, cui ſubſtituit Saluaggiam de Camilla. *Schiaf.*

Claſſis Naualis Ducis Mediolanenſis, Præfecto Jo: Grimaldo in Pado propè Cremonam ſuperat Uenetam, captis 28. Nauigijs hoſtium, Claſſis verò Genuenſis, Præfecto Franciſco Spinula ad Ædem S. Fructuoſi cum Veneta dimicat infęlici exitu, ipſe enim in hoſtium poteſtatem venit cum octo nauibus. *Iuſtin. Foglietta.*

Genuenſes Chium à Venetis obſeſſam defendunt. *Iuſtinianus. Foglietta.*

1433. Monaſterium S. Margaritæ Granaroli habitabatur hoc tēpore à Monialibus Lateranenſibus, quę poſteà tranſiere ad Monaſterium S. Andreę, Templum hoc dantes Canonicis S. Theodori anno 1510., hi verò illud ceſſerunt anno 1555. Religioſis Apoſtolinis, his autem ab Innocentio x. ſuppreſſis, datum fuit PP. Clericis Minoribus.

1434. Vincentellus de Iſtria Corſus totam Inſulam rebellare curat à Dominio Genuenſium, excepto Bonifacio, & Calui, ſed captus à Zacharia Spinula, Genuæ capite plexus eſt. *Schiaſinus.*

1435. Blaſius Aſſeretus Reipublicæ Cancellarius electus in Præfectum Claſſis maritimę, die 5. Auguſti ad Jnſulam Pontiam ſuperat Claſſem Regis Alphonſi, eumque cum Rege Nauarræ eius fratre capit. Philippus eos Sauonam aſportari iubet, quod Genuenſibus ingratiſſimum fuit, ideòq; opera Franciſci Spinulæ ab illius protectione ſe ſubducunt. *Iuſtinianus. Foglietta.*

In domo, quæ fuerat familiæ Zachariæ, & deinde Simonis Iuſtiniani propè domos Cataneorū inuenta fuit hoc anno pars verę Crucis, de quo vide Jacobum Bracellum.

A Æ C.

1436. Electo in Ducē Iſnardo Guarco, poſt dies 7., eo eiecto, eligitur Thomas Fregoſius. *Foglietta*. Franciſcus Spinula in Jtaliam ducit Jmperatricem Sophiam, quæ ex Vrbe Bizantio redibat ad Fratrem Marchionem Montisferrati. Genuæ fuit hoſpitio recepta à Zacharia Spinula Franciſci Conſanguineo, cui dono dedit Oppidum Caſareggi. *Iuſtin.*

1440. Guglielmus Generalis FF. Min. celebrat Capitulum Generale Genuæ in Conuentu S. Franciſci cum maximo Populi concurſu. *Iuſtin.*, *& Chronolog. FF. Min.*

1441. Hoc tempore Monaſterium, & Templum S. Hieronymi de Roſo incolebant Moniales Ciſtercienſes, deinde ceſſit Hoſpitali Pammatonis anno 1533., & deniq; PP. Societatis Iesu.

1442. Conſtructa fuit Eccleſia S. Raphaelis iuſpatronatus familiæ de Nigris. *Schiaſinus*.

Alphonſus Rex, partim aperta vi, partim Militibus per ſpecum introductis, Neapolim expugnat eadem via, qua anno 900. Belizarius eandem Vrbem expugnauerat. Jn fine anni Thomas Fregoſius dignitati cedere cogitur, & menſe Februario eligitur Raphael Adurnus. *Foglietta*.

1443. Inſtituitur Congregatio S. Auguſtini Lombardiæ, cui à Monacis S. Benigni conceditur Conuentus S. Mariæ de Cellis, eique additum fuit Monaſterium S. Sepulchri, in quo aliàs degebant Moniales ordinis Hieroſolymitani, quæ tranſierunt ad Monaſterium S. Andreæ, vt fecerant Moniales S. Margaritæ Granaroli, & S. Margaritæ Rochettę. *Schiaſinus*.

1445. Firmatur pax inter Genuenſes, & Alphonſum Regem Aragonię. In Domo S. Georgij inſtituitur Magiſtratus, qui ab hoc anno dictus eſt 44. Vide ſuprà anno 1344. *Foglietta*. Eugenius IV. dat Fratribus Minoribus Monaſterium S. Mariæ de Monte, quod priùs erat Monachorum. *Vuadingus t. 8. Addit. ad t. 5.*

1447. Adurno dignitati cedere coacto, eligitur Barnabas qui à Iano Fregoſio eijcitur, & Janus eligitur. *Foglietta*.

Mor-

A.Æ.C.

1448. Mortuo Jano, eligitur in Ducem Ludouicus Fregoſius. *Foglietta*.

1449. Genuenſes Finarium expugnãt, & Marco Caretto donant. *Foglietta*.

1450. Ludouicus Magiſtratu ſe abdicat, & eligitur tertiò Thomas Fregoſius, qui ſe excuſans, eligendum curat Petrum eiuſdem cognominis. *Foglietta*.

1451. Spoleti moritur Andreola Calandrinæ mater Nicolai v., & Cardinalis Calandrini eiuſdem Pontificis fratris vterini, cuius corpus ſepultum eſt in Cathedrali Sarzanæ. *Schiaf.*

In Area ante Ædem S. Franciſci Galeottus de Mari togatus, & crepidatus de nocte ſuſpenditur cum hac inſcriptione: Hic homo locutus eſt ea, quæ non licet. *Foglietta*.

1453. Nicolaus v. Sarzanenſis Romæ Aquæductum, Aquæ virginis, vulgo *Fontane di Treui* reſtaurat, vide ſup. an. P.J. 4402., & Bibliothecam voluminibus 3000. auget. *Schiaf.*

Mauritius Cataneus, dum cum tribus Nauibus ſubſidium defert Conſtantinopoli à Turcis obſeſso, cum Claſſe 150., vel 200. Nauium Turcarum congreditur, & poſt diram pugnam, Portum Bizantinum ingreditur, nullo ex ſuis deſiderato, paucis Saucijs, e contrà peremptis ex hoſtibus ad 12. millia.

Sauciato Ioanne Juſtiniano ſummo Vrbis Præfecto, Conſtantinopolim à Turcis expugnatur die 9. Maij, occiſo Conſtantino Paleologo filio Helenæ Imperatore, & 40. millibus Chriſtianis. Deficit Imperium Orientis, quod incæperat anno 330. die 10. Maij ſub Conſtantino Magno filio Helenæ. Eâdem die, quà capta eſt Conſtantinopolis, Alphonſus Aragoniæ Rex potitur Oppido, & Sinu S. Florentij in Corſica, ideòque Senatus Dominium totius Inſulæ transfert in Magiſtratum S. Georgij. *Foglietta*. *Iuſtin.*, *& Hieronymus de Arminis*.

1455. Caliſtus III. Genuenſibus confirmat priuilegium illis factum ab Innocentio IV., Adriano IV., Nicolao IV., & V. ne quis delegatus poſſit in illos ſententiam ferre excomu-

A Æ.C.

1455. municationis, vel interdicti, nec extrà territorium ad iudicium trahere, niſi facta commemoratione huius indulti. *Schiaſinus*.

Bononiæ eligitur in Vicarium Generalem Obſeruantium F. Jo: Baptiſta Tagliacarne ex loco Lepanti, confirmatus deinde Mediolani anno 1458., qui moritur an. 1467. ſanctitate clarus. *Schiaſinus*.

1456. In Monaſterio Boſcheti moritur B. Nicolaus de Pruſſia Monacus S. Iuſtinæ, cuius vitam conſcripſit D. Julianus Genuenſis. *Schiaſinus*.

Rex Aragoniæ ſcribit Duci Reipublicæ, & hic ei reſpondet. Epiſtolæ referuntur à Iuſtiniano.

1458. Genuenſes eligunt in Protectorem Carolum VII. Regem Galliæ. *Iuſtin. Foglietta*.

1459. Pius II. ſcribit Abbati S. Antonij, ſi vera ſunt quæ expoſuit Abbas S. Syri, concedat ei, vt poſſit dare habitum Monaſticum duobus ex ordine Mendicantium. *Schiaſinus*.

Bartholomæus Pernice ex Syria in Italiam defert artem conficiendi alumen, quam primitus exercet in Inſula Enaria, vulgo *Iſchia*. *Iuſtin.*

1460. Pius II. vnit Monaſteria Ceruariæ, S. Juliani Albarij, & S. Benigni *Arnoldus*.

1461. Cum in obſidione Conſtantinopolitana multi libri, & Sanctorum Reliquiæ Peram fuiſſent delatæ, hoc anno Genuam aſportantur. Genuenſes, eiectis Gallis, liberi fiunt, & eligunt in Ducem ProſperumAdurnium, &c, eo eiecto, Spinetam Fregoſium, qui poſt triduum dignitatem cedit Ludouico Fregoſio. *Iuſtin. Foglietta*.

1462. Paulus Fregoſius Archiepiſcopus cogit Populum ad ſui electionem in Ducem, cui Pius II. ſcribit Epiſtolam, quam refert Iuſtin., ſed, eo ſpontè cedente, eligitur tertio Ludouicus Fregoſius. *Iuſtin. Foglietta*.

1463. Archiepiſcopus ſecundò dignitatem inuadit Ducalem, eiecto Ludouico. *Foglietta*. Ge-

A.Æ.C.

1464. Genuenſes eligunt in Protectorem Franciſcum Sfortiam contra Archiepiſcopum, qui ab Vrbe excedit, & Genuenſium Nauigia infeſtat. *Foglietta*. *Iuſtinianus*.

Hoc tempore loca S. Georgij vendebantur libris 23. *Iuſtinianus*.

1465. Paulus II. ſedem Epiſcopalem Lunenſem transfert Sarzanam, eò quod Nicolaus v. Sarzanenſis Patriarchatum Gradi tranſtuliſſet Venetias patriam huius Pontificis. *Schiaſinus*.

Vxor Bartholomęi Buccanigra vno partu in lucem edit 17. filios. Bardi id ſignat anno 1485., & ait fuiſſe bolos carnis. *Vide Federici in Guisijs*. *Rainaudum t.* 14.

1466. Leges municipales Vrbis per octo Ciues emendantur. Naſcitur Andreas de Auria. *Foglietta*.

1467. Paulus Iuſtinianus conſtruendum curat Ædificium, vulgò dictum *Lazaretto*. *Iuſtin*.

1468. Paulus II. concedit Monacis S. Hieronymi, loci Sexti, vt poſſint vniri FF. Hęremitanis S. Hieronymi, & fundare Monaſteriū S. Iacobi Sauonæ, quod anno 1528. ob peſtem deſeruerunt, & datum eſt Fratribus Minoribus. *Schiaſ.*

1471. Sixtus IV. in Pontificem electus concedit Genuenſibus erectionem Collegij Iuris Conſultorum, & vt omnia bona aliorum Hoſpitalium vniantur Hoſpitali Pammatonis. *Schiaſinus*.

Galeatius filius Franciſci Sfortiæ cum vxore Genua pertranſiens Ciuium paratam pompam, & munera deſpicit. *Iuſtin*. *Foglietta*.

1472. Venerabilis Io: Baptiſta Podius fundat Congregationem Auguſtinianorum, qui vulgò dicuntur *Batiſtini* ſub inuocatione S. Mariæ Conſolationis in Valle Biſamni. *Iuſtin*. Primus eius Conuentus fuit in Plebe Theci. Moritur deinde anno 1475.

1474. Ob nonnullorum auaritiam Turcæ, à Genuenſibus eripiunt Caffam, & quidquid in Tartaria poſſidebant. Et idem accidit de Naui Simonis Fornarij. *Fogl. Iuſt.* Con-

A Æ.C.

1477. Congregatio Apoſtolina, quæ degebat in vico Morſente in Eccleſia S. Defendentis, hoc anno tranſit ad Eccleſiã S. Rochi, qua anno 1489. ob conſtructionem Mœnium Vrbis deſtructa, eunt ad *Eccleſiam* S. Margaritæ Granaroli, quę ideo dicta fuit in poſterum S. Rochi. Hæc Congregatio anno 1489. à Sixto v. vnita fuit Religioſis S. Ambroſij ad nemus, ſed ab Innocentio x. an. 1650. fuit ſupreſſa. *Schiaſinus*.

Obertus Grillus donat Reipublicæ lignum veræ Crucis à Pera delatum. *Iuſtinianus*. Galeatius Maria Sfortia, Genuenſibus ſemper infeſtus, coniuratorum manibus confoditur anno 1476. in die S. Stephani, cùm autem hoc anno Genuenſes gliſcerent, Mediolanenſes ex arce Caſtelletti tormenta bellica in Ciuitatem explodunt. *Foglietta*.

1478. Mortuo hoc anno Bartholomęo Squaquaro Abb. S. Andreę Sexti, Abbatia redacta eſt in Comendam Cardinalis Raphaelis Riarij Sauonenſis nepotis Sixti. iv. *Schiaſinus*.

Proſper Adurnius, qui anno præcedenti à Io: Galeatio fuerat in Vicarium electus, hoc anno à Populo eligitur in Ducem contrà Sfortiam, de quo inſignem victoriam reportat. *Iuſtin. Foglietta*.

1479. Populo in Proſperum excitato, ille fugam aripit, & eligitur Baptiſta Fregoſius vnà cum Magiſtratu octo Virorum. *Iuſtin. Foglietta*.

1480. Bendinellus Saulius magnã pecunię sũmam legat ad extruẽdam *Eccleſiam* in Colle Çarignani, vbi nunc viſitur. Stephanus Embrunus Ciuis Sauonenſis voto concepto, & ſanitate obtenta, ædificandam curat Eccleſiam S. Marię Lauretanæ, vbi degunt PP. Carthuſiani *Schiaſinus*.

Lucas Spinula Ermæ Marchio conſtruendas curat Eccleſias S. Jacobi Cornigliani, & S. Marię Coronatæ. F. Blaſius Saluagus Eccleſiam, & Comendam S. Io: Prè reſtaurat. *Iuſtin.* Petrus Ambuſſonus Magnus Magiſter Equitum Rhodianorum fundat Collegium propè Sacellum S. Io: Baptiſtæ, vt ibi ſex Capellani, & totidem Clerici recitent

A. Æ.C.

1480. tent Officia Diuina, ob victoriam de Turcis reportatam in obſidione Rhodi. *Boſſius. Vide infra anno* 1505.

1481. Moritur Romæ Mariadux Cicala Theſaurarius Apoſtolicus, qui legauit ſummam pecuniæ pro conſtruendo Templo S. Io: Baptiſtę, & Hoſpitali Genuenſium in illa Vrbe. *Schiafinus*.

Genuenſes Claſſem 24. triremium Sixto IV. accommodant in expeditione contrà Turcas, cui Pontifex præficit Paulum Fregoſium Archiepiſcopum, ab eo in Cardinalem electum. Huius Cardinalis fuit Theologus Jo: Annius Viterbienſis Dominicanus. *Iuſtin. Foglietta*.

1482. Monaſterium S. Io: Baptiſtæ, & S. Nicolao dicatum, quod poſteà dictum eſt S. Marię Angelorum, cùm anno 1467. datum fuiſſet PP. Carmelitis Conuentualibus, hoc anno datum eſt Congregationi Carmelitarum Mantuæ, cuius initium fuit an. 1459. *Schiafinus*.

Baiazeth dono mittit Petro Ambuſſono M. Magiſtro Equitum Rhodianorum manum dexteram S. Io: Baptiſtæ, de qua vide anno 956. *Boſius*.

1483. Baptiſta Fregoſio dignitatem renuntiare coacto, eligitur in Ducem Paulus Archiepiſcopus, & Cardinalis eiuſdem Baptiſtæ Patruus. *Foglietta*.

1484. Mortuo Sixto IV. eligitur Innocentius VIII. Genuenſis, qui antè Pontificatum habuit filiam nomine Theodorinam, quam dedit in vxorem Guizardo Uſuſmaris, à quibus nata eſt Peretta Uxor Andreæ de Auria, & Batteſtina Vxor Aloyſij Aragonij. Habuit etiam filium Franciſcum Cibò, cui Lazarus de Auria noluit matrimonio coniungere filiam, & ideò in vxorem accepit Sororem Leonis X. *Foglietta*.

1486. Operâ Pontificis firmatur pax inter Genuenſes, & Florentinos, cui tamen Florentini ſtare noluerunt. *Foglietta*.

1487. Poſt dirum prælium Sarzana venit in poteſtatem Florentinorum, & pax firmatur. *Foglietta*.

Ge-

A Æ.C.

1488. Genuenſes à Sfortianorum protectione ſe ſubtrahunt, & Paulus Fregoſius Archiepiſcopus, relicto ad regimen Diecęſis Uicario Generali Auguſtino Adurno Romam pergit, numquam amplius Genuam reuiſurus. Reparatur Conuentus, & Eccleſia SS. Annunciationis Portorię expenſis pluſquam 180. millia Ducatis, verùm cùm an. 1539. in conſtructione męnium Vrbis pars Conuentus fuiſſet diruta, FF. Minores Obſeruantes tranſlati ſunt ad Eccleſiã S. Marthæ, quæ erat *PP.* Humiliatorum, & nunc dicitur Annunciata Guaſtati. *Schiaſinus*.

1489. Innocentius VIII. in Cardinalium numerũ reponit Laurentium Cibò nepotem, filium Mauritij fratris ſui; interdicit Vrbem Genuam ob litem inter Manfredum, & Benedictũ de Mari, quorum alter erat Eccleſiaſticus, alter ſęcularis, ſed poſt dies 10. fuit reuocatum interdictum. *Schiaſinus*.

1490. B. Virgo apparet Benedicto Pareto, eique præcipit, vt ędificet Eccleſiam in ſui honorem ſuper montem, qui nunc dicitur *della Guardia*, quam poſteà Bartholomęus Gherſius anno 1530. ampliauit. *Schiaſinus*.

Ludouicus Sfortia à Rege Galliæ Genuam fiduciariam perpetuò impetrat. Iulianus de Ruuere qui poſteà fuit Iulius II. Sauonæ conſtruendum curat Palatium Architecturæ S. Galli, quod modo eſt Monaſterium S. Claræ.

1491. Io: Andreas Grimaldus Epiſcopus Graſſenſis, & Vicelegatus Auenionenſis Lirinum tranfert Corpus S. Honorati Abb. *Hiſtoria Grimaldorum*. Vxor Laurentij Valliſtari Serpentem parit. *Iuſtin.*

1492. B. Bernardinus à Feltro Minorita, dum Genuæ concionatur, inſtituit expoſitionem SS. Euchariſtiæ per horas 40. in ſingulis Eccleſijs ſucceſſiuè, quem morem imitatæ ſunt aliæ Urbes. Inſtituit etiam Montem Pietatis, de quo actum fuerat anno 1483.. in Conuentu Binaſchi propè Mediolanũ moritur B. F. Balthaſſar à Clauaro Rauaſcherius. *Schiaſ.*

Mo-

A.Æ.C.

1492. Moritur Innocentius VIII. Cibò Genuenſibus ſemper infeſtus, & eligitur Alexander VI.. Die 3. Auguſti Chriſtophorus Columbus Genuenſis ſub auſpicijs Iſabellę Caſtellæ Reginæ à Portu Palos diſcedit, & die 11. Octobris ad Inſulas incognitas peruenit. *Ricciol. Vide ſupra anno 1691. cum alij duo Genuenſes idem iter ſunt agreſſi.*

1493. Die 25. Decembris Mare circà molem, & pontes congeluit, ità vt Nautæ cimbas non poſſent remouere, & in vere ſubſecuta eſt peſtilentia, quæ continuauit in Auguſto, ità vt ex quatuor partibus Ciuium vna perierit. *Iuſtin.* Simile frigus contigit anno 1709.. Cum Moniales Ciſtercienſes S. Thomæ, & S. Nicolai de Hircis ſeruare nollent Clauſuram, cui in profeſſione non ſe obſtrinxerant, ab Alexandro VI. datum eſt Monaſterium S. Thomæ Monialibus S. Marię in Paſſione Auguſtinianis, & S. Nicolai, Monialibus Clariſſis S. Nicolai Caſtelletti, quarè deinceps dictum eſt Monaſterium S. Claræ Albarij. *M. S.*

1494. Hoc anno iam erat fundatum Cænobium FF. Minimorum in monte, qui dicitur *Caldetto* à S. Franciſco de Paula prædictum, dum Genuâ pertranſiuit. *Schiaſinus.*

Antonius Saulius dat mutuos Carolo VIII. Regi Gallię 95. millia Ducatorum abſque vlla aſſecuratione. *Iuſtin.* Genuenſes conſtruunt fortalitium propè Portum Veneris. *Foglietta.*

1495. Genuenſes in Sinu Rapalli inſignem de Gallis victoriam reportant. *Foglietta.*

1496. Inſtituitur Societas SS. Petri, & Pauli pro Sacerdotibus Sæcularibus. *Schiaſinus.*

Sarzana, quę anno 1487. capta fuerat à Florentinis, hoc anno ab illius Gubernatore Gallo Genuenſibus reſtituitur prætio 24. millia aureorum .. Maximilianus Cæſar Genuam venit. *Foglietta.* Familia Zacharia donat Eccleſiæ S. Laurentij partem veræ Crucis, quæ fuerat Eccleſiæ Epheſinę. *Iuſtin.*

A.Æ.C.

1498. Senatus, & Capitulum inſtituunt Collegium Maſſę ad celebranda Diuina Officia in Eccleſia S. Laurentij. *Iuſtin.*

1499. Genuenſes, reiecta protectione Ludouici Sfortię, eligunt in Protectorem Carolum VIII., qui Ducatum Mediolanenſem inuaſerat. *Iuſtin. Foglietta.*

1500. Ioachinus de Paſſano ex Oppido Leuanti in Galliam profectus, ibi magnas diuitias aquiſiuit, & duo ex eius filijs anno 1575. agniti ſunt Genuę, vt Nobiles. Soror Tomaſina de Fliſco Monialis S. Silueſtri, & Spiritualis filia B. Catharinę, fundat Monaſterium SS. Jacobi, & Philippi. *Iuſtin. vide infrà* 1534.

1502. Ludouicus XII. Gallię Rex Genuam veniens, hoſpitatur in Palatio Laurentij Catanei, vel, vt volunt alij, Io: Aloyſij de Fliſco, & magna oritur contentio inter Nobiles, & Populares pro primo honoris loco in deferendo Vraniſco. Vtriuſque partis rationes *Vide in Foglietta f.* 274. Julius II. eligitur in Pontificem. *Iuſtin. anno* 1503.

1503. Iulius II. eligit in Caſtellanum Arcis S. Angeli Bernardum Tagliacarne ſtudiorum ſocium. *Schiaſinus.*

1504. Ex voto concepto, à fundamentis conſtruitur Eccleſia S. Sebaſtiano dicata, & datur Monialibus S. Auguſtini, quę dicuntur *di Pauia. Schiaſinus.*

Piſani offerunt ſe Subditos Genuenſibus, verùm, ob nonnullorum temporē non ſunt recepti. *Iuſtin. Foglietta. Caſonus.*

1505. Ex Legato Petri Ambuſoni Card., & Magni Magiſtri Equitum Rhodianorum facto anno 1480. F. Emericus Nepos inſtituit Genuæ Collegium Presbiterorum ad perſoluendas Diuinas Laudes in honorem S. Io: Baptiſtæ in Eccleſia, quæ dicitur S. Io: Veteris. *Schiaſinus.*

1506. Plebs Genuenſis ſęuit in Nobiles, vndè initium habuit nomen Capetę, & à Gallię Rege deficiunt, electo in Ducem Paulo de Nouis artis Tinctorię, ideò Rex Genuam iterum venit, eamque vi ſubigit, conſtructo fortalitio ad Pharum, quod brigliam nominat, & morti damnato Paulo Duce cum nonnullis alijs, ceteris parcit. *Iuſtin.* Antonius Grimaldus

A Æ.C.

1506. maldus Epiſcopus Graſſenſis, & Abbas Lirinenſis Lirinenſe Monaſterium vnit Congregationi S. Iuſtinę, quę nunc dicitur Caſſinenſiū, ipſe verò deinde electus fuit in Archiepiſcopum Oreſtani, & in Conſiliarium Caroli v.. *Hiſtoria Grimaldorum*.

1507. FF. Humiliati, qui degebant in Monaſterio S. Marthæ Guaſtati, ſe transferunt ad Eccleſiam S. Marię Petræ Minutæ, nunc PP. Societatis Jeſu, & Eccleſia S. Marthę datur Conuentualibus, eo quod ob conſtructionem Arcis Caſtelletti diruta fuerit pars Eccleſiæ S. Honorati, ſed anno 1536. denuò à fundamentis fuit erecta, & dicta S. Franciſci. *Schiaſinus*.

Ferdinandus Rex Aragonię Genuam venit, & inde Sauonam, vbi Ludouicus XII. eum recepit. Sacrum Sudarium, & pes S. Bartholomęi, qui in Galliam fuerant aſportati, Regis iuſſu denuò Genuam deferuntur. *Iuſtin. Foglietta*.

1509. Moniales S. Margaritæ Granaroli tranſeunt ad Monaſteriū S. Andreæ. *Schiaſinus*.

1510. Die 14. Septembris moritur B. Catharina Adurna. Prope Eccleſiam S. Benigni erat Hoſpitale anno 1377. fundatum à Saluaggia Vxore Gandi, & Blanca Vxore Nicolai de Mari. *Iuſtin.*

1511. Alexander Fregoſius filius Pauli Cardinalis, & Epiſcopus Albentimelienſis circa feſtum Paſchę Genuam ingreditur, vt Gubernatorem Gallum trucidet, ſed detectus, dum fugit, Roncilioni carceri mancipatur, & Mediolanum ducitur. *Schiaſinus*.

1512. Hector Vernatia pater D. Baptiſtæ legat loca 100. S. Georgij multiplicanda ad 500., quorum pars fructuum deſeruiat pro infirmis morbo peſtilentiali, pars multiplicetur vſque dum ſint loca 6000., & eorum fructus diuerſis pijs operibus diſtribuantur. Hic mortuus eſt anno 1524. poſquam Genuæ inſtituit Hoſpitale Incurabilium, Monaſterium Conuertitarum, & Domum S. Ioſeph pro Puellis. Romę verò, & Neapoli plura Hoſpitalia. *Schiaſ.*

A.Æ.C.

1512. Genuenſes, electò in Ducē Iano Fregoſio, denuò tentant à Gallorum protectione ſe ſubducere, ideò arcem Caſtelletti expugnant, & Brigliam obſident. *Iuſtin. Foglietta.* Anſaldus Grimaldus, vnâ vice tantùm, largitur in opera pia ſcuta 75. millia, & ſuis ſumptibus ędificat Eccleſiam S. Marię Conſolationis in Valle Biſamni. *Federici.*

1513. Leo x. aggregat Congregationi Caſſinenſi Monaſterium S. Catharinæ Genuæ, vbi prius degebant Moniales, in qua Eccleſia ſepultum fuerat corpus Margaritæ vxoris Henrici VII. Jmperatoris, quod poſteà tranſlatum eſt ad Eccleſiam S. Franciſci. *Schiaſinus.*

Eiecto Fregoſio, eligitur in Gubernatorem pro Rege Galliæ Antonius Adurnus, & Fliſci Gallis fauentes in Vrbem redeunt, verùm poſt dies paucos, his omnibus eiectis, eligitur in Ducem Octauius Fregoſius. *Iuſtin. Foglietta.*

1514. Octauianus, vel Octauius Fregoſius occupat fortalitium Brigliæ, quod à fundamentis diruit, cum ſtetiſſet annos 8. *Iuſtin. Foglietta.*

1515. Octauianus Fregoſius denuò Genuam Gallię Regi dedit, & ipſe eligitur Gubernator. *Iuſtin. Foglietta.*

1516. F. Vgo Marengus de Nouis Carmelita Congergationis Mātuanæ nouam reformationem inſtituit, cui Leo x. concedit Eccleſiam Parochialem SS. Nazarij, & Celſi Multedi. Verùm cum hi Religioſi anno 1584. aliam Eccleſiam conſtruendam curaſſent ſub titulo S. Mariæ Montis Oliueti, in hanc tranſlatum eſt Ius Parochiale, & vetus conuerſa eſt in Oratorium. *Schiaſinus.*

Paratur Claſſis 19. triremium, & trium Galleonum cum alijs Nauigijs contrà Turcas, Pręfecto Federico Fregoſio Archiepiſcopo Salernitano, & fratre Octauiani, in qua Andreas de Auria prȩerat duabus triremibus. *Iuſtin. Foglietta.*

Gaſparus Lercarius conſtruendum curat Monaſterium pro Conuertitis ab Hectore Vernatia inſtitutis. *Hiſtoria Lercariorum.*

Car-

A.Æ.C.

1517. Cardinalis Bindinellus Saulius iuſſu Leonis x. Pp. in carcerem truditur morti damnandus, ſed liberatur, vel ſolutis à Fratre aureis 25. millibus, vt vult Iuſtin., vel ad preces Franciſci Cibò filij Innocentij VIII., & Pontificis Cognati. *Federici*.

1518. Senatus reedificari mandat Eccleſiam, & Monaſterium S. Birgittæ ſub nomine Scalæ Cęli, eo quod Sancta demorata fuerit Genuæ in Pago Quarti. *Iuſtin.* Hic ordo ab anno 1438. iam erat Genuæ ſub nomine Sanctæ Mariæ Scalę Cæli, & Eccleſia anno 1477. Sacrata fuerat ab Oberto Pinello Epiſcopo Nebienſi, anno verò *1600.* ex mandato Clementis VIII. Statutum fuit, vt inde amouerentur FF., qui vnà cum Monialibus Eccleſiæ deſeruiebant, quod tamen non fuit executioni mandatum niſi anno *1616.*

1519. Andreas de Auria Dux VI. triremium ad Iluam inſulam ſuperat Claſſem Turcarum. *Iuſtin. Foglietta. Caſonus.*

1522. Exercitus Caroli V. cum copijs Hiſpanis, & Germanis, Ducibus Aſcanio Columna, & Marchione Peſcaræ Genuam obſidet, & expugnatam diripit, optantibus Ciuibus, vt nox illa plena necibus, & terroribus citò tranſiret, & fertur à Deo exauditas fuiſſe eorum præces, nox enim, quæ debebat eſſe horarum 9., vtpotè diei 30. Maij, fuit tantùm horarum 5.. Adrianus VI. Pontifex, cum Romam pergeret, Genuam appulit, vbi Mediolano aduenerunt Columna, & Peſcara à Pontifice petentes abſolutionem ob damnum huic Vrbi illatum, quibus Pontifex reſpondit: Nec poſſum, nec volo, nec debeo. Die 23. Decembris Solimanus, poſt ſex menſium obſidionem, Rhodo potitur. *Dezza. Iuſtin. Foglietta. Caſonus.* Hoc eodem anno perficitur turris S. Laurentij expenſis Octauiani Fregoſij, triginta tamen Dodrantibus, ſiue palmis 22. cum dimidio minor, quam iuſſerat. *Iuſtin. Foglietta.*

1523. Eligitur in Pontificem Iulius Medicæus, filius Juliani anno 1478. à coniuratis occiſi, dictus Clemens VII. *Schiaf.*

A.Æ.C.

1524. Ciuitas à peſte vexatur vſque ad annum 1529. *Iuſtin.*

1525. Paris Fatinanti Eccleſiam S. Claræ Albarij reędificat. *Federici*. Franciſcus 1. Galliarum Rex captus ab Hiſpanis ſub Papia, hoſpitatur Genuę in Palatio publico. *Caſonus*.

1526. Benedictus de Nobilibus Lucenſis Epiſcopus Accienſis conſecrat Eccleſias S. Dominici, & S. Mariæ Angelorum Promuntorij. *Schiaſinus*.

Andreas de Auria à Clemente VII. conſtituitur Pręfectus Claſſis ſuarum triremium. Claſſes Gallica, Veneta, & Pontificia in caſſum Genuam obſident. Claſſis Hiſpanica 36. Nauium ob maris tempeſtatem diſperditur, & à Claſſibus Genuam obſidentibus debellatur. *Caſonus*.

1527. Ad Oppidum S. Romuli moritur in Cænobio FF. Minorũ F. Gregorius à Vigone, cuius corpus diù incorruptum remanſit. *Schiaſinus*.

Andreas de Auria redit ad ſtipendia Regis Galliæ, & pugnat propè Portumfinum cum Claſſe Genuenſi, quam diſperdit. Cęſar Fregoſius Vrbem aggreditur ex parte occidua, &, in eam ingreſſus, eijcit Antoniottum Adurnum, Hiſpanis adherentem, & Ciuitas Regi Galliæ ſe dedit, qui ibi Gubernatorem mittit Triuultium. *Iuſtin. Foglietta. Caſonus*.

1528. Philippus de Auria Dux VII. triremium inſignem de Claſſe Hiſpanica victoriam reportat, captis Aſcanio Columna, Marchione Uaſthi, & alijs Magnatibus. Andreas de Auria ob Patriæ amorem recedit à Gallis, & adheret Carolo V., quarè Genuam veniens conciliat inter ſe Ciues die 12. Septembris, Vrbemque ad perfectam libertatem redigit, pulſis Gallis, & expugnata arce Caſtelletti, quam à fundamentis dextruit. Genuenſes Sauonam expugnant, & , dirutis Vrbis menibus, portum implent. Senatus Andreæ Statuam marmoream erigendam curat ad valuas Palatij publici, multiſque priuilegijs eum decorat. *Iuſtin. Caſonus*.

Cle-

A.Æ.C.

1529. Clemens VII. per ſuam Bullam confirmat Magiſtratum pro reformatione Monialium. Ioannes Vigerius Genuenſis eligitur in Generalem FF. Minorũ. deinde in Epiſcopũ Chienſem. *Schiafinus*.

Andreas de Auria Carolum V. ex Hiſpania Genuam defert, vbi idem Imperator redijt anno 1533., 1536., 1538., & 1541. *Bonfadius*. *Caſonus*.

1530. Genuam venerunt Capuccini, qui per tres annos commorati ſunt in Eccleſia S. Columbani, vbi anno 1512. adhuc degebant Moniales Ciſtercienſes, eratque Abbatiſſa Franchetta Grimalda, deinde à Magiſtratu Hoſpitalis eiuſdem datum eſt Capuccinis Monaſterium S. Barnabę, vbi etiam degebant aliàs Moniales Ciſtercienſes. *Schiaſ*.

Vrbe à peſte per plures annos vexata, liberatur per interceſſionem S. Sebaſtiani, & ideò annua proceſſio indicitur in honorem huius Sancti. *Caſonus*.

1531. Genuæ inſtituitur Magiſtratus Extraordinariorum.

Dira maris procella per interceſſionem S. Io. Baptiſtæ ad conſpectum Cinerum eiuſdem Sancti ſedatur. *Caſonus*, idem accidit anno 1241., & aliàs.

1532. Societas Charitatis, cuius erat Præſes Hieronymus de Auria donat Reipublicæ loca 69., quorum fructus deſeruire debeant pro reparatione Molis. *Schiaſinus*.

Andreas de Auria Coronem in Morea, & fortalitia Helleſponti expugnat. *Caſonus*.

1534. Moritur Genuæ ſoror Tomaſina Fliſca diſcipula B. Catharinę, quæ ex Monaſterio S. Silueſtri tranſiuit ad aliud SS. Philippi, & Iacobi, ibique regularem obſeruantiã firmauit. *Schiaſinus*.

1535. Conſtruitur Conuentus S. Nicolai in loco Clauari. *Schiaſ*.

Carolus V. Tunetum in Africa obſidet, Claſſis Præfecto Andrea de Auria, qui habebat triremes 45., & Naues 37.

Mortuo Franciſco Sfortia ſine prole, Carolus V. Ducatum Mediolanẽſem Hiſpanorum Regi adiudicat. *Caſonus*.

Sa-

A.Æ.C.

1536. Sauonæ B. Virgo apparet Antonio Bottæ, quarè ibidem Templum fundatur. *Hiſtoria Sauonæ*.

Exercitus Regis Galliæ Genuam obſidet, ſed recedere cogitur. Reficiuntur Vrbis menia à porta S. Thomæ, vſque ad portam arcus, expenſis ſcutis 500. millibus. Hoc tempore Bembus erat à ſecretis Cardinalis Federici Fregoſij. Anſaldus Grimaldus magnam pecunię ſummam legat expendendam in varia opera publica. *Iuſtin. Foglietta. Caſonus*.

1537. Paulus III. concedit vt Eccleſia, & Cenobium S. Marthæ, quod prius incolebant FF. Humiliati, & anno 1507. erat Conuentualiū, his redeuntibus ad ſuum priſtinum cęnobium S. Honorati, ſiuè S. Franciſci, detur Obſeruantibus, quorum Cænobium SS. Anunciationis Portoriæ dirutum ex parte fuerat, & ideò deinceps hæc Eccleſia dicta eſt SS. Anunciationis Guaſtati. *Schiaſinus*.

1538. De mandato Pontificis Monaſteria S. Mariæ Gratiarum S. Andreæ, & S. Bartholomæi eximuntur ab obedientia Canonicorum Lateranenſium, & ſubijciuntur primum Monacis Caſſiēnſibus S. Catharinę, ſecundū Dominicanis S. Marię de Caſtello, & tertiū PP. Obſeruantibus SS. Anūciationis. Per aliud Breue mandat ne vllo pacto Vicarius Generalis in adminiſtrationem horum Monaſterium ſe intromittat, ſed vel ipſe Archiepiſcopus, vel alius quis loco illius illa regat. *Schiaſinus*.

Idem Pontifex confirmat omnia priuilegia Genuenſibus aliàs conceſſa. *Schiaſ.*

Paulus III. Pp. cum Carolo V. Imperatore, poſt congreſſum Niceę cum Franciſco I., Sauonâ, & Genuâ pertranſeunt. *Foglietta. Caſonus*.

1539. Valerius Zucarellus Sacerdos, proditionis in Patriam conuinctus, capite plectitur *Schiaſ.*

Validâ fame Vrbem vexante, inſtituitur Magiſtratus Officij Pauperum ad eorum inopiā ſubleuandā. *Bonfadius. Foglietta. Caſonus*. In

A.Æ.C.

1540. Jn Corſica conſtruitur Portuſuetus, ibique collocantur multi ad colendam terram infelici exitu. Magiſtratus S. Georgij emit ab Antonio Malaſpina Oppidum Ponzani. *Schiafinus.*

1541. Andreas de Auria iuſſu Caroli v. Algerium obſidet infelici exitu. *Caſonus.*

Ioanetinus de Auria inſignem piratam Draganuttem captiuum facit, eius Claſſe diſſipatâ, quem anno 1544. Ariadenus, prætio 1500. ſcutorum, redimit. *Bonfadius.*

1543. Ariadenus cum claſſe nauali Nicæam Vrbem expugnat, & nonnulli Piratę eius ſocij oppidum S. Romuli inuadunt inani conatu. *Surius.*

1544. Ob redemptum Draganuttē operâ Nicolai, Franciſci, & Auguſtini Lomellini, Solimanus illis dono dat Inſulam Tabarcam, quam adhuc retinent. *Schiaf.*

1545. Noua oriuntur diſſidia inter Nobiles, ob dignitatum alternatiuam. *Iuſtin.*

1547. Mortuo Franciſco 1. Gallię Rege, ei ſuccedit Henricus 11., cui fuit morum Magiſter Benedictus Tagliacarne Archiepiſcopus Grallenſis, de quo agitur in arbore familiæ Belmuſtæ. *Schiafinus.*

Reformatur lex anni 1528., qua ſtatuebatur extrahendos eſſe per ſortes eos, qui futuri erant ex Magno Conſilio, ſtatuitur, vt 300. extrahantur per ſortes, & 100. eligantur per vota, quod multis diſplicuit, ideoque hęc lex per contemptum dicta eſt *Garibetto*, ideſt paruū temperamentum. Io: Aloyſius Fliſcus coniurat in Patriam infelici exitu. Placentiæ occiditur à Coniuratis Petrus Aloyſius Farneſius filius Pauli 111., & Dux. *Iuſtin. Caſonus.*

1548. Andreas de Auria Genuam ducit Philippum 11., qui in eius Palatio hoſpitatur. *Caſonus.*

1549. Draganuth Pirata Rapallum expugnat, & diripit die 6. Iulij. *Bonfadius.*

1550. Benedictus Gentilis q. Io: legat lib. 20. millia in montibus S. Georgij ad reficiendum Pontem Corniliani. *Schiaf.*

A.Æ.C.

1550. Julius Cibò coniurat in Patriam, volens eam ſubijcere Galliæ Regi, ſed Mediolani capite mulctatur. Andreas de Auria Africam Vrbem expugnat. *Caſonus*. Rex Galliæ cum ſua Claſſe vnita cum Turcica Corſicam inuadit, quod bellum continuauit per annos 10., & deſcribitur à Raphaele Merello.

1551. Conſtituitur Magiſtratus pro reformatione Monialium auctoritate Iulij III., quem Gregorius XIII. confirmauit. *Schiaſinus*.

Mariola vxor Io: Baptiſtę de Nigro inſtituit opus pietatis ſub titulo Ieſu Mariæ ad educandas puellas, quę poſteà dictæ ſunt S. Hieronymi, quibus dedit Protectores, & à pluribus Pontificibus fuit confirmatum. *Schiaſ.*

Genuam venit Philippus II. cum Rege Bohemiæ eius Socero. Thomas de Marinis, olim Caſtanea, Marchio Caſtrinoui, qui Mediolani inſigne Palatium conſtruxit, bis coniurat in Patriam, ideò damnatur vt rebellis, & exilio mulctatur. *Caſonus*.

1553. Hieronymus Saulius Cardinalis, & Archiepiſcopus Genuenſis Seminarium inſtituit, quod Stephanus Duratius Cardinalis poſteà perfecit. *Schiaſ.*

In Templo S. Franciſci Conuentuales celebrant Capitulũ Generale, in quo eligitur in Generalem F. Julius Magnanus, poſteà Epiſcopus Calui. Salamancę Obſeruantes eligunt in Generalem F. Clementem Dollerã. Dominicani Romæ eligunt in Generalem Stephanum Vſuſmaris Genuenſem.

In Villa Vezemę moritur Adam Polonus Sacerdos, & Eremita, cuius cadauer diù incorruptum permanſit. *Schiaſinus*.

1554. PP. Societas Jeſu Genuę fundant Collegium in Templo S. Marię Gratiarum, deinde anno 1566. ſe transferunt ad Eccleſiã SS. Anunciationis Portorię, denique an. 1582. ad Eccleſiam S. Ambroſij. Verùm, translato Collegio ad S. Hieronymum de Roſo, ibidem conſtituta eſt Domus Profeſſa. *Schiaſ.*

Io:

A.Æ.C.

1556. Jo: Andreas de Auria Andreæ Pronepos, dum noctu vult ingredi Sinum S. Florentij in Corſica, naufragio amittit nouem triremes. *Caſonus*.

1557. Senatus dono dat Andreę de Auria 4. triremes, quas ipſe mittit Jo: Andreę, & hic à Piratis eripit 33. triremes, & liberat Nauigium tritico onuſtum. *Caſonus*.

1558. Genuę inſtituitur Magiſtratus Prouidentium Triremibus. Moritur Romę F. Stephanus Vſuſmaris Generalis Dominicanorum, eique ſuccedit F. Vincentius Iuſtinianus natus in Inſula Chio, & in Cardinalium numerum aſſumptus à Pio v. anno 1570.

1559. In Vrbe Cameracenſi firmatur pax inter Reges Gallię, & Hiſpanię, ideoque Inſula Corſicę Genuenſibus reſtituitur. *Raphael Merellus*.

Cùm ex lege anni 1528. omnes deberent aſſumere cognomen ex 28. Familijs, multi conqueruntur, quod vocarentur duplici cognomine, & quod alij Genealogias propriæ familiæ deſcriberent, ad eos excludendos, ideò ſtatutum fuit, vt vnico tantùm cognomine vocarentur.

1561. Senatus Cęnobium S. Auguſtini Fratribus eiuſdem ordinis reſtituit, quo eos anno 1556. priuauerat, dederatque Auguſtinianis Congregationis Lombardię, poſitis tamen nonnullis conditionibus. *Schiaſ.*

Vicecomes Cicala Dux triremis capitur à Turcis vnà cum filio Scipione, qui poſteà, fide Chriſtiana abnegata, ad ſummos honores eſt euectus. *Schiaſinus*.

1562. Magiſtratus S. Georgij Reipublicæ reſtituit Dominia ab ea aliàs accepta. *Schiaſinus*.

1567. Genuæ capite plexus eſt Jo: Stephanus Lercarius filius Io: Baptiſtæ, qui occiderat Auguſtinum Pinellum, & grauiter vulnerauerat Lucam Spinulam, eò quòd, cùm eſſent Cenſores, Toga priuauerant Patrem, qui Ducis officio abuſus fuerat. *Schiaſ.*

Turca Inſulam Chium expugnat, & 18. Adoleſcentes Iuſtiniani martyrio coronantur, eò quod nolint Imperatoris libidini ſatisfacere. *Caſonus. Spond.* Ooo 2 Mo-

A.Æ.C.

1568. Moritur Romæ Cardinalis Dollera.

1569. Pius V. aſſignat Inquiſitoribus contrà hęreticam prauitatẽ in Vrbe Genuã Abbatiam S. Andreæ Sexti, quam adhuc retinent.

Genuæ moritur F. Sixtus Senenſis Dominicanus, & F. Fabianus Clauari Auguſtiniarus Abb. S. Mathęi. *Schiaf.*

1571. Multi Mercatores Genuę cedunt bonis, quod maximam cauſauit conſternationem. *Caſonus*.

1572. PP. Teatini Genuam veniunt, & Eccleſia Parochialis S. Mariæ Magdalenæ illis traditur, verùm anno 1575. trãſeunt ad Eccleſiã S. Syri, eis datam à F. Vincentio Iuſtiniano Cardinali, illius Comendatario. *Schiaf.*

Ianotto Lomellino Duce, prolata eſt lex, vt Epiſtolæ, quæ Principibus mittebantur, ſubſcriberentur etiam à Duce, quod maximè diſplicuit Mathæo Senaregę tunc Cancellario. Lomellini petunt à Senatù, vt comprobentur eorum Genealogię, de quo magna fuit contentio. *M.* S.

1573. Cùm diſcordes eſſent Electores in electione Ducis, Senatus ſtatuit vt, ſi intrà duas horas non concordarent, proponerentur Maiori Conſilio illi quatuor, qui iàm fuerant electi, & ità factum eſt, reclamante licèt Supremorum Magiſtratu, & electus fuit Iacobus Duratius, Auus Cæſaris, quicum Patre Petro, & filio ſimiliter Petro eandem dignitatem obtinuit. *M.* S.

1574. Ciprianus Pallauicinus Archiepiſcopus celebrat Synodum Prouincialem, cui interſunt omnes Epiſcopi Suffraganei. *Schiaſinus*.

Nobilium æmulationes erumpunt tandem in aperta diſſidia, quarè eorum pars ab Vrbe excedit bellum Patrię illatura, & pars mittit ad Pontificem Gregorium XIII. Mathæum Senaregam. *Caſonus*.

1575. Cardinalis Moronus Legatus Pontificis cum duobus Nuncijs Imperatoris, inter quos Epiſcopus Aquenſis, & totidem Regis Hiſpaniarum, in Vrbe Caſalenſi diſſidia Genuenſium componunt, nouis legibus conditis, quæ adhuc ſer-

uan-

A.Æ.C.

1575. uantur nomine legum anni 1576., & ſub anni finem Odeſcalcus Nuncius Pontificis eas Genuam defert, quarè Vrbi pax reſtituitur. *Caſonus*.

1576. Menſe Junij fit prima extractio Senatorum per ſortes, cùm altera Ianuarij facta fuiſſet in Vrbe Caſalenſi. Bartholomæus Coronata coniurat in Patriam, ſed crimen capite ſoluit. Auditores Rotæ Criminalis, ob malè munus adminiſtratum, priuantur, & exilio mulctantur. *Caſonus*. Eccleſia Parochialis, & Collegiata S. Mariæ Magdalenæ à Gregorio XIII. datur *PP.* Somaſchæ. *Saggi Chronologici*.

1579. Dux aſſumit titulum Sereniſſimi. *Caſonus*.

1580. Vrbe à peſte vexata, intrà annum periere ad 28250., ſed ſuadente P. Auguſtino ab Albintimelio Capuccinorum Prouinciali, qui cum alijs ſuis Religioſis per totam noctem orauerat, Senatus emittit votum feſtum celebrandi, nec non publicæ ſupplicationis annuæ in honorem B. Virginis Immaculatę; voto concepto, Urbs à peſte liberatur. *Bouerius in annalibus ad annum* 1586.

1581. Moniales Monaſterij S. Bernardi de Oliuella ordinis S. Claræ transeunt ad Monaſterium S. Leonardi, ideo dicta Eccleſia, & Monaſterium cum rure venditur Bartholomæo Lomellino pretio lib. 7. millia, qui anno 1584. eã inſtituit in Abbatiam, & Ius Patronatum ſuorum hęredum. *Schiaſ.*

1582. Bonfadius Rethoricæ Præceptor ob varia crimina ſupplicio damnatur. Cùm anno 1553. Genuæ concionaretur in Eccleſia S. Laurentij P. Didacus Lainez, Senatus ſcripſit S. Ignatio, vt ad eos mitteret aliquos ex ſuis Socijs ad Iuuentutem inſtruendam, qui aduenientes, hoc anno emerunt nonnullas domos propè Monaſterium S. Sebaſtiani, ſed illis ſe opponunt Moniales, eas protegente Archiepiſcopo Cipriano Pallauicino cum omnibus ferè Regularibus, & ideò Pontifex Genuam mittit Viſitatorem Apoſtolicum, qui partes componat. *Caſonus*.

Gre-

A. Æ. C.

1583. Gregorius XIII. concedit per ſuum Breue, vt ſolutiones factæ in Cartulario S. Georgij equiualeant ſolutionibus pecuniæ numeratæ, & confirmat Magiſtratum. Patribus Tertij Ordinis S. Franciſci conceditur *Eccleſia* Parochialis S. Mariæ Granaroli. *Schiaf.*

1584. Turcę Oppidum Sori diripiunt, aſportatis 134. Mancipijs. *Caſonus*.

1585. Nicolaus Saluagus, & Auguſtinus Cataneus capite mulctantur. *Caſonus*.

1587. Io: Auguſtinus Centurionus Canonicus Cathedralis Clerũ eximit à ſolutione ſpolij. D. Baptiſta Uernanzia moritur in Monaſterio S. Mariæ Gratiarum, eiuſque corpus diù incorruptum ſuauem exalabat odorem. *Schiaf.*

1588. Franciſcus Grimaldus ex Hiſpania Genuam rediens, propè Corſicam ſeptem Nauigia Barbarorum expugnat, & Genuam defert. *Caſonus*.

1589. Tota Italia, & præcipuè Vrbs Genua, fame vexatur. *Ricciolius*.

1590. Cum anno 1583. Pater Nicolaus de Auria Genuæ fundaſſet Cænobium S. Annæ pro ſuis Religioſis Carmelitis Diſcalceatis, hoc anno quatuor Moniales eiuſdem reformationis ex Hiſpania Genuam appulerunt, & fundarunt Monaſteriũ ſub titulo Jesus, & Mariæ, deinde an. *1619.* fundarunt aliud ſub titulo S. Tereſiæ. Anno *1614.* fundarunt Cænobium S. Marię Sanitatis, & an. *1618.* Deſertum Voraginis. Io: Baptiſta Saluagus eligitur in Epiſcopum Sarzanenſem.

Die 17. Januarij Genuam appulit Claſſis Nauium tritico onuſtarum, quarè Senatus id interceſſioni S. Antonij Abb. tribuens, vouet ſolemnem Proceſſionem quotannis. *Caſonus*.

1591. Reſtauratur Palatium publicum, quod poſteà anno *1684.* fuit combuſtum. *Caſonus*.

Genuam venit Sponſa Philippi III., quę à Se atu obtinuit partem Cinerum S. Io: Baptiſtę. *Caſonus*.

Ia-

A. Æ. C.

1592. Iaciuntur fundamenta Eccleſię, & Conuentus PP. Capuccinorum ſub titulo Ss. Conceptionis B. V. Marię, anno 1620. ſacrandę. *M.* S.

1593. Moritur B. Alexander Saulius Epiſcopus Papienſis, inter Beatos relatus à Paulo v.. Genuę fundatur Cœnobium *PP. Ss.* Trinitatis à Principe Jo: Andrea de Auria, & D. Zenobia eius coniuge.

1594. Camillus de Lellis Genuæ fundat Cœnobium S. Crucis, & anno 1617. aliud S. Marię Zerbini quondam Abbatia Ciſtercenſium. *Schiaf.*

1595. PP. Reformati S. Auguſtini hoc anno Genuę Cœnobium S. Margaritæ Rocherę inhabitant, ſed anno 1597. tranſeunt ad S. Nicolaum. Conſtruitur Periſtylium, vulgò *Loggia* Plateæ. Mercatorum, vulgo *di Banchi*.

1596. Mare tempeſtate agitatũ, ad conſpectum ſacrarum Cinerum, quieſcit.

1597. Inſtituitur Magiſtratus redemptionis captiuorum. Fundatur Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ ad S. Petrum de Arena ex Legato Io: Baptiſtæ de Nigro q. Vincentij. *Schiaſinus.*

1600. Clemens VIII. præcipit vt PP. S. Birgittæ, qui habitabãt propè Monaſterium Monialium alibi transferantur, quod executioni mandatum eſt anno 1616. Soror Maria Ragia Chy, nata, poſt matrimonium, habitum Tertij Ordinis S. Dominici ſuſcipit, & moritur Romæ, ſepulta ad S. Mariã de Minerua. *In eius vita.* Cœnobium Carmelitarũ Montis Oliueti Pegli, quod anno elapſo ſuppoſitum fuerat Prouinciæ Carmelitarum, hoc anno per Breue Clementis VIII. eximitur. *Schiaf.*

F. Jo: Bartholomęus Faber fundat Cœnobium, & Eccleſiã Cruſixi Promuntorij, vt ibi ex Congregatione Io: Baptiſtæ Podij arctiorem vitam ducant Religioſi *Schiaf.*

1602. Genuæ erigitur Magiſtratus Conſeruatorum Maris. Familia de Auria die 2. Februarij nominat in Abbatem S. Mathæi F. Fabianum Richerium ex ordine Eremitarum S. Auguſtini Congreg. Genuenſis, ſiue Batiſtinorum, qui

per

A.Æ.C.
1602. per annos 40. illam Eccleſiam adminiſtrauit.
1606. PP. Congregationis S. Pauli decollati, vulgo dicti Barnabitæ, Genuę Eccleſiam Parochialem S. Pauli incipiunt incolere. Moritur Jo: Andreas de Auria an. 93., & ſepelitur in Eccleſia S. Mathæi.

Dùm Sauonæ publicę ſupplicationi de more, die 18. Martij, ad Ædem B. Uirginis, ab Vrbe 4. milliaribus diſtantem, intereſt P. Auguſtinus à Genua Capuccinorum Guardianus, in colle vicino ei apparet ipſa B. Virgo Cœleſti luce perfuſa, Sauonenſem Populum, qui aderat, benedicens. *P. Bouerius in Annal.*

1607. Senatus Genuenſis abrogat duo Statuta, quæ videbantur contraria Jmmunitati Eccleſiaſticę, & ideò *Paulus* v. per ſuum Breue eos commendat. *Schiaſinus*.

Jn *Europa* rigens frigus maximum damnum intulit arboribus. *Licoſtenes*. *Schiaſinus*.

Inſtituitur Magiſtratus ſuper Nauale triremium.

1609. Paulus Baptiſta Interianus inſtituit Domum ad educandas *Puellas* Genuenſes.

1612. Andreas de Auria *Princeps* fundat Monaſterium Spiritus Sancti, necnon Montis Carmeli Lodani, & moritur.

1613. Imago B.V., picta in Pariete in Oppido Clauaro, incipit edere miracula, quare illi Templum ędificatur ſub nomine S. Marię Hortorum. Nocte pręcedente Feſtum S. Martini in *Portu* fuit tempeſtas, qua nulla maior viſa eſt, ità vt maior pars Nauium naufragauerit, tandem, allatis Sacris Cineribus, ſedata eſt. *Schiaſinus*.

Inuentũ eſt in Sacriſtia Eccleſiæ Metropolitanæ Brachium cum carne S. Io: Baptiſtæ, quod ibidem ſeruabatur ab anno 1377., vnà cum alijs Reliquijs.

1615. PP. Fulienſes Genuæ fundant *Eccleſiam* S. Bernardi in Villa Albarij in prędio Raphaelis, & Bernardi Garbarini.

Geneſius Sanguinetus ſuis ſumptibus ædificandam curat Eccleſiam, & Cænobium *PP.* Capucinorum Sputurni, vbi collocat Corpora SS. Martyrum Fortunati, Caliſti, & Fe-
licitę

A.Æ.C.

1615. licitæ Virginis, & Martyris à Romano Cimiterio extracta.

1616. Sarzanę, dùm Sacra Spina oſtenditur Io: Baptiſtæ Salutio Comiſſario Vrbis, viſa eſt viui ſanguinis gutta inde manare. *Schiaſinus*.

P. Fidelis à S. *G*ermano Capuccinus, dum Concionatur in Eccleſia S. Marię de Vineis, eius deuotionem maximè auget, conſtructâ illius Statuâ Marmorea, eâque ſolemniter Coronatâ, vndè dicitur S. Maria Coronata. *Annales Capuccinorum*.

1617. Inſtituitur Ordo Chriſti *P*auperum Scholarum piarum.

1621. Frigus rigens fuit hoc anno, ità vt aqua marina Darſinæ gelu concreuerit, multæque arbores perierint. *Schiaſinus*.

Oliuerius de Marinis Domum inſtituit ad alendos Senes decrepitos, & Francus Burſottus aliam ad reducendos pueros diſperſos, & Orphanos.

1622. Camaldulenſes fundant Eremum S. Theclę, & Clerici Scholarum piarum Domum Sauonæ, vnde anno 1625. Genuam veniunt; & Auguſtiniani Diſcalceati Conuentum Sexti.

1623. F. Ferdinandus à S. Maria donat ſuę Eccleſiæ S. Annæ Spinam Coronæ Domini.

1625. Dux Sabaudię auxilio Regis Gallię Genuenſibus bellum infert, qui ſtrenuè ſe defendunt, & poſt armorum ſuſpenſionem, tandem anno 1631. firmatur pax.

1626. Iaciuntur fundamenta noui Monaſterij Sanctiſſimæ Incarnationis, & vi eijciuntur à ſuo Conuentu FF. Bergarotti. Ex voto celebratur Feſtum S. Bernardi.

1628. Detegitur coniuratio Julij Cæſaris Vacherij, qui morte damnatur.

Inſtituitur Magiſtratus Inquiſitorum Status.

1629. Die 1. Auguſti moritur Maria Ferreria Vxor Philippi Pallauicini cum opinione Sanctitatis. *Schiaſinus*.

1630. Ex voto concepto anno 1625. celebrandi Feſtum S. Bernar-

A Æ C.

1630. di Abbatis de præcepto cum Generali Proceſſione, nec non dotatione quot annis 12. Puellarum, Eccleſiamque in eius honorem conſtruendi, ipſa hoc anno perficitur ſuper ruinas Domus Claudij de Marinis Patriç proditoris, quare Poeta ſic cęcinit.

Hic diruta Domus votiuam tranſit in Ædem;
Exitium Patriç prima, ſecunda Salus.
Religione locum duplici venerare Viator,
Quem ſcelus, & Pietas contulit eſſe Sacrum. *M.S.*

Conſtruitur nouus circuitus męnium à Pharo vſque ad Biſamnium, & noua moles occidua ad portus defenſionem.

1636. Genua, & Rauenna aquis exundantibus magna clade afficiuntur. *Ricciolius.*

1637. Ad ſuaſionem P. Zachariç à Salutio Capuccini Senatus eligit in Protectricem B. V. Mariam in Cœlis Aſſumptam, ad eius pedes ſubmittendo Coronam, & Sceptrum regale, nec non Claues Vrbis, cuius rei memoria renouatur quot annis die 15. Auguſti. *M.S.*

1638. Propè Genuam Claſſis triremium Hiſpanicarum congreditur cum Gallica, & vtraque magnâ clade afficitur. *Ricciolius.*

1653. Oritur diſſidium inter Genuenſes, & Hiſpanos ob Finarium, & ideò Hiſpani Genuenſium bona ſequeſtrant.

1654. In die S. Lucæ 18. Octobris maximum fuit Genuæ, & in locis propinquis diluuium.

1656. Genua, & Dominium peſte vexatur, & in Septembri anni 1657. repertum eſt defuiſſe in ſola Ciuitate 70. millia hominum, & ſuperfuiſſe 14400. *Ricciolius.*

1659. Extrà portam Carbonariæ conſtruitur Domus pauperum. Moniales Turchinæ incipiunt inhabitare Monaſterium Natiuitatis in vico Chiapellæ.

1672. Dux Sabaudiæ, inſtigante Raphaele de Turri, Genuenſes inopinatò aggreditur cum valido exercitu, hi autem ſtrenuè ſe defendunt, & plures victorias reportant.

1678. Triremes Gallicæ multa tormenta bellica explodunt in vicum S. Petri de Arena, & in Oppidum S. Romuli.

Claſ-

1684. Claſſis Regis Galliæ bombis Genuam incendit, & in Octobri Vrbs ab exundantibus aquis pluuialibus maximum damnum eſt perpeſſa.

1685. Franciſcus Maria Lercarius Dux cum 4. Senatoribus Pariſios ad Regem pergit.

1702. Genuam venit Philippus v. Hiſpaniarum Rex hoſpitatus in Palatio Ducis Spinulæ ad S. Petrum de Arena, vbi Dux, & Senatus illum bis inuiſit, ipſe verò viciſſim Vrbem ingreditur ad venerandas Reliquias S. Io: Baptiſtæ.

1709. Rigens frigus oram Liguſticam deuaſtat.

1711. Genuam venit Carolus III. Hiſpaniarum Rex, & Imperator, qui incognitus Statim abijt in Germaniam.

DE MAGISTRATIBVS.

Magiſtratus S. Georgij initium habuit anno 1346. completus anno 1407.

Magiſtratus 44. S. Georgij inſtitutus fuit anno 1444.

Magiſtratus Miſericordię inſtitutus fuit anno 1403.

Magiſtratum pro reformatione Monialium confirmant Clemens VII. anno 1529., Julius III. anno 1551. & Gregorius XIII.

Magiſtratus Extraordinariorum inſtituitur anno 1531.

Magiſtratus Officij Pauperum inſtitutus fuit anno 1539.

Magiſtratus Prouidentium triremibus inſtituitur anno 1558.

Magiſtratus Redemptionis Captiuorum inſtituitur an. 1597.

Magiſtratus Conſeruatorum Maris inſtituitur anno 1602.

Magiſtratus Præſidens Armamentario, vulgò *Arſenale* inſtituitur anno 1607.

Magiſtratus Inquiſitorum Status inſtituitur anno 1628.

VRBIS DILATATIONES.

Anno 936. poſt Saracenorum direptionem dilatata fuit vſq; ad S. Petrum.

Anno 1155. Friderico Imperatore Genuam minitante, dilatata fuit vſque ad Portam Vacchæ, & S. Andreæ.

A Æ C.

Anno 1327. conſtructa fuere noua mœnia vſque ad S. Stephanum, & S. Thomam.

Anno 1536. eadem menia reficiuntur.

Anno 1630., ob bellum Sabaudicum, Vrbs nouis mœnibus cingitur à Pharo vſque ad Biſamnum per montes Vrbi imminentes.

VRBIS DIREPTIONES.

Anno 205. ante Æram Communem Vrbs Genua fuit direpta à Magone Barchino Annibalis Duce.

Anno 670. Vrbs fuit direpta à Rhothario Longobardorum Rege.

Anno 936. Vrbs fuit direpta à Saracenis.

Anno 1522. Urbs fuit direpta ab Hiſpanis, & Germanis.

Anno 1684. Vrbs non fuit direpta, ſed incenſa à Gallis.

ALIÆ TURCARUM DIREPTIONES.

Per hæc tempora Saraceni diripiunt Oppidum Matutianum. 850.

Turcæ diripiunt Rapallum. 1549.

Turcæ diripiunt Oppidum Sori. 1584.

Turcæ diripunt Ceriale. 1637.

Si vaſtus videar, nimiaque coronide longus
Eſſe liber; legito pauca, libellus ero.

FLORVS

FLORUS LIGUR

SIUE DE BELLIS LIGVRVM.

Anno 237. ante Æram Communem Romani Liguribus bellum indicunt annos 80. duraturum, de quo vide Titum Liuium.

Anno Æ.C. 1015. incipit bellum contra Saracenos in Corſicâ, & Sardinia.

Anno Æræ 1097. incipit bellum Sacrum in Paleſtinâ vſq; ad annum 1110., quod reaſſumitur anno 1189., & deinceps.

Anno 1119. incipit bellum Piſanum primum, vno anno duraturum.

Anno 1122. incipit bellum Piſanum ſecundum vſq; ad 1133.

Anno 1138. incipit bellum Saracenicũ in Hiſpania vſq. ad an. 1148.

Anno 1162. incipit bellum Piſanum tertium vſq; ad 1175.

Anno 1195. incipit bellum Piſanum quartum vſq; ad 1217.

Anno 1218. terminat bellum Venetum primum.

Anno 1238. terminat bellum Venetum ſecundum.

Anno 1242. incipit bellum Piſanum quintum vſque ad 1254.

Anno 1256. incipit bellum Piſanum ſextum vſque ad annum 1299.

Anno 1297. incipit bellum Catalaunicũ vſq; ad 1336. duraturum.

Anno 1351. incipit bellum Venetum tertium.

Anno 1372. incipit bellum Cyprium.

Anno 1373. incipit bellum Venetum quartum, vſque ad annum 1381. duraturum.

Anno 1420. incipit bellum Aragonicum primum, vſque ad 1444. duraturum.

Anno 1431. incipit bellum Venetum quintum.

Anno 1453. incipit bellum Aragonicum ſecundum.

Anno 1484. incipit bellum Florentinum, duraturum ad an. 1487.

Anno 1526. incipit bellum Venetum ſextum, breui duraturum.

Anno 1550. incipit bellum Corſicum, ſiue Galloturcicum, annos 10. duraturum.

Anno 1625. incipit bellum Sabaudicum primum vſque ad annum 1631.

Anno 1672. incipit bellum Sabaudicum ſecundum, vno anno duraturum.

INDEX

JNDEX MATERIARUM.

Quæ in hoc tractatu continentur.

LIBER PRIMVS.

QUid ſit Chronologia.	Lectio	1. f.	1.
De Diebus.	Lectio	2. f.	2.
De Horis.	Lectio	3. f.	4.
De Scrupulis.	Lectio	4. f.	5.
De Conuerſione horarum.	Lectio	5. f.	6.
De Hebdomadis, & Menſibus.	Lectio	6. f.	11.
De Annis.	Lectio	7. f.	13.
De Anno Romano.	Lectio	8. f.	17.
De Correctione Gregoriana.	Lectio	9. f.	25.
De Anno Luni Solari.	Lectio	10. f.	26.
De Paſchatis celebratione.	Lectio	11. f.	29.
De Epactis.	Lectio	12. f.	34.
De Cyclo Metonis.	Lectio	13. f.	35.
De Cyclo Solari.	Lectio	14. f.	36.
De Cyclo Indictionis.	Lectio	15. f.	48.
De Periodis.	Lectio	16. f.	49.
De Periodo Iuliana.	Lectio	17. f.	50.
De alijs Periodis.	Lectio	18. f.	52.
De Æris.	Lectio	19. f.	54.
De Æra Mundi.	Lectio	20. f.	56.
Additio ad Lectionem præcedentem.	Lectio	21. f.	57.

De

Digitized by Google

De Æris Hebręorum. Lectio 22. f. 64.
De Æris Græcorum. Lectio 23. f. 65.
De Æris Romanis. Lectio 24. f. 70.
De Æris, & annis Ægyptiacis. Lectio 25. f. 72.
De Conuerſione annorum Ægyptiacorum in annos P. I. Lectio 26. f. 75.
De alijs Æris, quæ vtuntur annis Ægyptiacis. Lectio 27. f. 80.
De Æra Seleucidarum. Lectio 28. f. 82.
De Annis, & Æra Arabica. Lectio 29. f. 83.
De modo inueniendi dies menſium in annis Romanis. Lectio 30. f. 88.
De modo cognoſcendi quolibet anno Lit. Dominicalem. Lectio 32. f. 95.
De modo inueniendi numerum Cycli, vel Periodi cuiuslibet. Lectio 32. f. 95.
De modo inueniendi Nouilunia, & Plenilunia Aſtronomica. Lectio 33. f. 97.
De varijs temporis diuiſionibus. Lectio 24. f. 104.
De prima Mundi Ætate. Lectio 35. f. 106.
De Opere ſex Dierum. Lectio 36. f. 108.
De ſecunda Mundi Ætatę, & Diluuio. Lectio 27. f. 114.
De tertia Mundi Ætate, & de Abraham. Lectio 38. f. 117.
De quarta Mundi Ætate, & Exodo. Lectio 39. f. 118.
De quinta Mundi Ætate, & de fundatione Templi Salomonis. Lectio 40. f. 120.
De ſexta Mundi Ætate, & de Cyro. Lectio 41. f. 122.
De ſeptima Mundi Ætate, & de Chriſti Natiuitate. Lectio 42. f. 124.
De Chriſti Morte. Lectio 43. f. 126.
De Kalendario Romano Lectio 44. f. 129.
De Kalendario Hebręo. Lectio 45. f. 131.
Additio ad Lectionem præcedentem. Lectio 46. f. 143.
De Kalendario Græco. Lectio 47. f. 149.
De Calendario Arabico. Lectio 48. f. 151.
Additio ad Lectionem præcedentem. Lectio 49. f. 153.
De Kalendario Ægyptiaco. Lectio 50. f. 156.

De

De Kalendario Perſico. Lectio 51. f. 157.
De illis, qui Reſpublicas adminiſtrarunt. Lectio 52. f. 158.
De Monarchiarum, Regnorumq; principio, & fine. Lectio 53. f. 160.
Animaduerſiones in varios Auctores. Lectio 54. f. 163.
Excurſus Chronologicus. Lectio 55. f. 168.

LIBER SECVNDVS.

Liber ſecundus. f. 171.
Mundi Ætas prima. f. 174.
Ætas ſecunda. f. 175.
Ætas tertia. f. 177.
Ætas quarta f. 181.
Ætas quinta f. 187.
Ætas ſexta. f. 207.
Ætas ſeptima. f. 241.
Index rerum mirabilium. f. 378.
Hiſtoriarum Faſciculi. f. 408.
Chronologia Urbis Genuæ. f. 112.

Digitized by Google

DE PONDERIBVS, ET NVMMIS.

CUm ſepè contingat in veterum hiſtorijs ſiuè ſacris, ſiuè prophanis perlegendis ſignari pondera, numiſmata, & menſuras, quæ tunc temporis erant in vſu; ideò pro huius tractatus Coronide ea omnia hìc exponam, vt qui legit intelligat quid ſignificent. Primo loco igitur loquar de ponderibus, & nummis, illaque comparabo ad libram communem vnciarum 12., cum alioquin ſint etiam in vſu libræ vnciarum 16., 28. &c.

Romanum pondus vſitatiſſimum erat libra, cuius pars duodecima dicebatur vncia. Unciam diuidebant in duas duellas, in 4 Sicilicos, in 6. Sextulas, in 8. Drachmas, in 24. Scrupulos, in 48. Obolos, in 96. Semiobolos, ſiuè Ceratas, in 144 Siliquas, in 192. Lentes, ſiuè Calchas.

Sextans importabat vncias duas. Quadrans vncias tres. Triens vncias 4. Quincunx vncias 5. Semis vncias 6. Septunx vncias 7. Bes vncias 8. Dodrans vncias 9. Dexunx, vel Dextans vncias 10. Deunx vncias 11. As vncias 12.

Dupondium æquiponderabat duobus Aſſibus. Tripondium tribus Aſſibus. Centum pondium aſſibus 100.

Apud Græcos Atticos magis erant in vſu Romanorum Drachmæ, Oboli, & Semioboli. Pondus verò 100. Drachmarum, vnciarum videlicèt 12. cum dimidia dicebant Minam.

Apud Hebræos pondus vſitatum erat Siclus, qui æquiualebat in pondere Duellæ Romanæ, ſiuè Semiuncię modernæ.

Siclum diuidebant in partes 20., quas Gherath appellabant.

Mina erat pondus 60. Siclorum, vnciarum videlicèt communium 30.

Hæ erant ponderum ſpecies, quibus vtebantur Antiqui, & deſeruiebant etiam pro monetis, ſiuè numiſmatibus, quoties enim prętia ſoluebant, ferro, ære, argento, vel auro apenſo vtebantur. Uerùm, creſcente mercatura, cùm id nimis eſſet oneroſum, loco ęris apenſi vtebantur ære ſignato, ſiuè cuſo, Hebræi tamen nunquam cuderunt niſi argentum, vel aurum, reliquæ autem monetę, quibus ipſi vtebantur ſiuè ferri, ſiuè æris erant cuſæ ab alijs nationibus.

Aduertendum primò vſum numiſmata cudendi, vt aliqui volunt, incoaſſe, regnante in Aſſyria Nino, circà annum P I. 2470. Alij credunt tempore Patriarchæ Iacob vſum inualuiſſe numiſmatum, nam Geneſis c. 33. 19. habetur illum emiſſe agrum Agnis 100., hos autem non fuiſſe animalia, ſed numiſmata, in quibus cuſa videbatur Agni imago, de quo vide Cornel. à Lap. Actorum cap. 7. 16.

Ex Plutarco in vita Liſandri habetur veteres conſueuiſſe in monetis cudere Obeliſcos, vndè illis Oboli nomen, qui, ex eodem Plutarco, ſili-

✢ quis

Digitized by Google

quis tribus pendebatur, ſiuè Ceratis duabus, ſiuè Chalchis 4. *Blanchinus in Hiſtoria vniuerſali fol.* 522. Hæc autem de numiſmatum antiquitate ſufficiant.

Aduertendum ſecundò Paulum, & Iulium Romanum æquiualere Regali hiſpanico, qui eſt octaua pars vnciæ in pondere. Decimam Iulij partem dici vulgò *Baiocco*, duodecimam verò vulgò *vn ſoldo di Genoua*: Iulios, ſiue Regales octo eſſe ponderis vnius vnciæ, & Iulios decem æquiualere ſcuto Romano.

Aduertendum tertiò tempore Platonis circà annum P. I. 4325. inter aurum, & argentum fuiſſe proportionem vnius ad 12. Circà annum P. I. 4600. ex Tit. Liu. lib. 38. proportionem fuiſſe vnius ad 10. Noſtro tempore P. Bernardus Lamy in ſuis Tabulis vult eſſe proportionem vnius ad 14., quod fortè verificatur in Gallia, ſed in Italia, & præcipuè Genuæ eſt proportio vnius ad 15., & 10.duodena, nam aureus vnus, qui eſt octaua pars vnciç, ſicut diximus de Iulio, æquiualet Iulijs 15., & ſolidis 10. Genuenſibus. His poſitis, dabo hìc pretium cuiuſlibet monetæ veteris, ſiuè ſit Romana, ſiuè Græca, ſiuè Hebræa illas comparando ad Iulium Romanum, ſiuè ad illius partes.

Calca eſt 20. pars Iulij, vulgò *mezzo Baiocco*.

As, vel Cerata decima pars Iulij, vulgò *vn Baiocco*.

Dupondium, ſiuè Obolus quinta pars Iulij, vulgò *due Baiochi*.

Seſtertius quarta pars Iulij, vulgò *trè ſoldi di Genoua*.

Seſtertium in genere neutro æquiualet 1000. ſeſtertijs, ſiuè Iulijs 250., ſcutis Romanis 25., vncijs 31. cum quadrante in pondere.

Denarius æquiualet Iulio Romano, & eſt in pondere octaua pars vnciæ.

Drachma Atticum eſt idem ac Denarius, octaua pars vnciæ.

Drachma Hebrçum æquiualet duobus Denarijs, ſiuè Iulijs, & in pondere quartæ parti vnciæ, eſt etiam medietas Sicli, & ideò dicitur Beca, quod ſignificat diuiſum.

Solidus, ſiuè ſextula eſt ſexta pars vnciæ in pondere, & çquiualet ſolidis 16. Genuenſibus, dicitur etiam ſtater.

Didrachmum in neutro, vel Didrachma in genere fçminino Attica, æquialet duabus Drachmis Atticis, & eſt quarta pars vnciæ.

Didrachmum Hebræum eſt idem ac duç drachmæ Hebreæ, & equiualet ſemiunciç in pondere.

Tetradrachmum Atticum eſt idem ac Didrachmum Hebræum.

Tetradrachmum Hebræum æquiualet quatuor drachmis Hebræis, vni vnciç in pondere.

Siclus argenti, ſiuè argenteus æquiualet Iulijs quatuor, ſemiunciæ in pondere.

Siclus auri æquiualet aureis quatuor, vulgò: *due doppie*, & ſemiunciç in pondere.

Mna,

Mna, ſiuè Mina Attica, & Romana æquiualet Iulijs 100., vncijs 12. cum dimidia in pondere.

Mna Hebræa æquiualet Iulijs 200., vncijs 25. in pondere. Sed per alios Iulijs 240. vncijs 30.

Talentum argenti Atticum, & Romanum ęquiualet Iulijs 6000., ſcutis Romanis 600., in pondere libris 62. cum dimidia, vncijs videlicet 750.

Talentum Hebręum, & Ægyptium ęquiualet Iulijs 12000., ſcutis Romanis 1200. In pondere libris 125., vulgò *rubbi cinque*.

Talentum Atticum, & Romanum auri ęquiualet aureis 6000. In pondere libris 62. cum dimidia, vncijs 750.

Talentum aureum Hebræum, & Ægyptium æquiualet aureis 12000. In pondere libris 125.

DE MENSURIS CAVIS.

DUplex datur genus menſuræ, alia qua menſurantur ſolida, & oblunga, vt ſunt panni, ligna, ſpatia, & huiuſmodi; alia qua liquida, vel minuta, vt ſunt liquores, legumina, & huiuſmodi; hęc autem ſunt vaſa quædam, quæ ideò dicuntur menſurę cauę, & de his prius agemus, acturi poſteà de oblungis.

Digitus cubicus eſt v[illegible] continens aquæ, vel vini vnciam cum quadrante; & de hoc [illegible]rum liquore agemus ſemper.

Cyathu[illegible] [illegible]ontinet vnciam	1. cum tertio
A[illegible]bulum continet vncias	2. & dimidiam
Quartarius eſt 16. pars Cabi, continet vncias	3. cum tertio
Cotyle erat menſura Græca continens vncias	10.
Hemina menſura Romana, & medietas ſextarij vncias	10.
Log, in plurali Logim eſt quarta pars Cabi, vnciarum	13. cum tertio
Foglietta Romana vnciarum	16.
Sextarius Hebræus vnciarum	13. cum tertio
Sextarius Atticus vnciarum	15.
Sextarius Romanus ſexta pars logij, vnciarum	20.
Bocale Genuenſe modernum, vulgò: *Amola* vnciarum	33. cum tertio
Cabus menſura Hebræa vnius palmi cubici vnciarum	53. cum tertio
Cadus Hebræus	80.
Cadus Atticus	90.
Congius erat quarta pars vrnæ Romanæ vnciarum	120.
Cadus Romanus idem erat ac Congius	120.
Hidria eſt idem ac Cadus	120.
Chus apud Græcos erat idem ac Congius Romanus	120.
Artaba menſura Ægyptia cõtinens Modios Rom. 5. vn. 1600.	

Bocale Romanum modernum	64.
Chenix erat victus diurnus hominis, & continet vncias	80.
Gomor, vel Chomer continet vncias	96.
Aſſor idem ac Gomor	
Hin eſt medietas Sati	160.
Celemin Hiſpanicus capit vncias	168.
Rublum Genuenſe capit vncias	300.
Seah, ſiuè Satum erat tertia pars Ephę	320.
Modius Romanus	360.
Per alios eſt tertia pars Amphoræ	320.
Scortium capit vncias	386.
Palmus cubicus Romanus	447. $\frac{3}{11}$
Vrna Romana eſt medietas Amphoræ	480.
Aroba eſt quarta pars Faneghæ Hiſpanicæ	504.
Amphora menſura Romana, ſiuè pes cubicus; qua metiebantur tùm arida, tùm liquida, capiebat vncias	960.
Ephi, vel Epha menſura Hebręa, qua metiebantur ſicca, ęqualis Amphoræ Romanæ vnciarum	960.
Batus idem erat ac Epha, ſed hac metiebantur liquida	960.
Alij diſtingunt Batum in maiorem, & minorem, maiorem faciebant Sextariorum 180. lib. 200., minorem Sextariorum 72. lib. 80.	
Medinnus menſura Gręca ad menſurandas fruges, æqualis Amphoræ Romanę	
Amphora, ſiuè pes cubicus Græcorum capiebat vncias	1085
Metreta continet tres vrnas	lib. 120.
Sed per Cornelium à Lapide libras octoginta.	
Fanega Hiſpanica continet lib. 100. Hiſpanicas, ſed ex communibus vnciarum 12.	lib. 168.
Quintale idem eſt ac Fanega.	
Barile Genuenſe continet Amphoras Genuenſes, vulgò *Amole* 90.	lib. 250.
Mezarola Genuenſis continet Amphoras Genuenſes 180.	lib. 500.
Corus, ſiuè Homer capit Amphoras Romanas 10.	lib. 800.
Rublum Hiſpanicum	lib. 820.
Botta Romana	lib. 1365.
Culeus continet	lib. 1600.

Aduertendum eſt tamèn, quòd licèt huiuſmodi vaſa contineant quantitatem in pondere ſignatam, non eſt autem eadem ratio de qualibet materia, alia enim aliam ſuperat in pondere, ideò neceſſe eſt hìc aſſignare proportionem, quæ eſt inter diuerſas quantitates ſiuè arida ſint, ſiuè liquida. Jgitur ſupponamus dari vas, quod ſit capax librarum 70. vini, ſi im-

ſi impleatur alijs materijs, vel liquidis, vel aridis erunt ponderis vt infrà.

Olei	lib. 66.	Lapidis	lib. 140.
Ceræ	lib. 68.	Marmoris	lib. 252.
Vini	lib. 70.	Ardoſię	lib. 256.
Aquę dulcis	lib. 72.	Stamni	lib. 532.
Aquę maris	lib. 73. & 7. duodena	Ferri	lib. 576.
Terræ	lib. 95. cum tertio	Æris	lib. 648.
Mellis	lib. 104. & duo quinta	Argenti	lib. 744.
Salis	lib. 117. & tria ſeptima	Plumbi	lib. 828.
Laterum	lib. 130.	Mercurij	lib. 977. & vnū ſeptimū
Sabuli	lib. 132. & quat. quinta	Auri	lib. 1368.

Ex quo patet aurum eſſe corpus omnibus alijs ponderoſius; ſed & hoc habere, vt notauit Plinius lib. 33. cap. 3., quòd omnibus etiam alijs magis poteſt extendi, & ideò ſi maleo teratur auri vncia cudi poterunt lineę quadratę 4207840 Si verò protendatur perueniet ad longitudinem pedum 230400. ſiuè ad palmos Romanos 307200. Vide Lexicon Philoſophicum, verbo Aurum.

Ex hac doctrina colliges quarè, cùm victus diurnus hominis ſit Chenix continens vncias 80., Deus præceperit Iſraelitis in deſerto Exod. cap. 16. 16. vt ex Manna colligerent Gomor per ſingula capita, quod vas continet vncias 96. Reſpondetur enim, Gomor continere quidem vncias 96. vini, ſed cùm Manna ſit cibus leuiſſimus, ideò continere vix vncias 50. mannæ, qui cibus erat ſufficiens pro vna die. Vide Cornelium à Lap. in Exodum, & de menſuris.

DE MENSURIS OBLUNGIS.

VBique Gentium [illegible] longitudines dimetiendas, digito, [illegible] menſura vtebantur ad greſſu, & de ſingulis tùm veterum, tùm recentiorum hic agemus, [illegible] facilius memoriæ retineantur dantur hæc carmina.

Quatuor ex granis digitus componitur vnus.
Eſt quater in Palmo digitus, quater in pede palmus.
Quinque pedes paſſum faciunt, paſſus quoque centum
Vigintiquinque, ſtadium dant, ſed Milliare
Octò dabunt ſtadij; triplicatum dat tibi Leucam.

Prima ergò, & infima omnium menſura eſt digitus, cuius longitudo tranſuerſalis definitur quatuor granis hordei.

Digitus maior, ſiuè Pollex definitur granis hordei quinque.

Palmus minor conſtat digitis quatuor minoribus, ſeu vncijs 3., granis 16.

Topach

Topach Hebræorum eſt idem ac palmus minor.
Semiſſis conſtat digitis 8 minoribus, ſiuè vncijs *6.*, granis 32.
Palmus maior Romanus eſt digitorum minorum 12., granorum 48.
Sed hìc aduertendum eſt pro diuerſitate nationum, immò & vrbium diuerſam eſſe menſuram palmi, nàm licèt palmus maior Romanus ſit granorum 48., palmus tamen Genuenſis eſt granorum 50., & palmus conſtitutionum Capuccinorum granorum 52., ità vt palmi 12. Conſtitutionum æquiualeant palmis 12. cum dimidio Genuenſibus, & palmis 13. Romanis.
Rursùs vncia definitur duodecima pars palmi, & diuiditur in minuta quinque. aliquando tamen legitur palmum Romanum ſub Ueſpaſiano fuiſſe vnciarum *9.*, quod eſt intelligendum de duodecima parte pedis
Palma eſt ſpatium, quod intercedit inter iuncturam manus, & ſummitatem digiti medij.
Bes eſt extenſio maxima indicis, & pollicis. Idem ac palmus Romanus digitorum 12. minorum, granorum 48.
Spitama apud Græcos eſt idem ac Bes digitorum 12., vulgò *Spanna*.
Zereth apud Hebræos eſt idem ac Spitama, digitorum 12.
Pes conſtat vncijs 12., digiti 16., Granis 64., ideò palmi 4. Romani maiores conſtituunt pedes tres.
Cubitus minimus eſt à iunctura brachij ad iuncturam manus, & æquiualet pedi, vel digitis *16*.
Cubitus minor, qui dicitur etiam Babylonicus eſt à iunctura brachij ad ſummitatem pugni digitorum 20.
Cubitus maior, ſiuè Geometricus eſt à iunctura brachij ad ſummitatem digiti medij, digitorum 24. Dicitur etiam Cubitus Romanus, Græcus, Hebræus. quia hoc, vt plurimum vtebantur hæ nationes.
Cubitus Sacer apud H[illegible] ad Cubitum Geometricum palmum vnum minorem, ideò componebatur digitis 28.
Paſſus Romanus, ſiuè ſimplex conſtat pedibus 2. cum dimidio, digitis 40.
Paſſus duplex primæ differentiæ conſtat pedibus 4, digitis 64.
Paſſus duplex ſecundæ differentię, ſiuè Geometricus conſtat pedibus quinq;, digitis 80.
Paſſus duplex tertię differentię, qui etiam dicitur Gręcus, conſtat pedibus ſex, digitis *96*.
Pertica, ſiuè arundo eſt pedum 10., digitorum 160.
Alij volunt perticam conſtare digitis 100., ità vt centum perticæ conſtituant ſtadium, & 800. milliare.
Cornelius à Lapide vult idem eſſe perticam ac Calamum Hebræorum, digitorum 144
Calamus Babylonicus conſtat cubitis ſex Babylonicis, digitis 120.
Calamus Hebræus conſtat cubitis Hebræis ſex, digitis 144.

Orgya

Orgya conſtat pedibus Romanis 6., digitis 96. Jdem erat ac paſſus Græcus:
Chibrath menſura Hebræa palmorum maiorum 2000., pedum 1500. paſſuum 300.

Duo Chibrath, videlicet paſſus 600., ſeù ſtadia Græca quinque erant iter Sabbathi, quod vnicuique facere licebat, & definiebatur per duo Chibrath.

Iugerum eſt ſpatium areæ quaqua verſum, pedum 240., vulgò dicitur *Canella*. Sed moderna eſt palmorum 144., videlicet numerus quadratus radicis 12., ſed cum menſuratur corpus ſolidum multiplicari debet numerus quadratus radicis 12. per eiuſdem corporis craſſitiem.

Stadium Græcum ex Tirino conſtat pedibus 600., paſſibus 120.

Stadium Romanum ex eodem conſtat pedibus 625 paſſibus Geometricis 125.

Milliare ruſticum conſtat paſſibus Geometricis 833. cum tertio, & milliaria 80. ruſtica conſtituunt milliaria communia 60.

Milliare commune conſtat paſſibus Geometricis 1000.

Cos eſt menſura Indica Milliarium 3., paſſuum 2000.

Leuca Gallica ſupponitur paſſuum 1500., ſed Dominus de Motta vult eſſe paſſuum 2000., & Cluuerius paſſuum 2480.

Leuca horaria eſt paſſuum 3000., ſeù trium Milliarium.

Leuca Germanica paſſuum 4000., ſeù 4. Milliarium.

Leuca Vngarica paſſuum 5000., ſeù Milliarium 5.

Leuca Scandica paſſuum 6000, Milliarium 6.

Gau eſt menſura Indica Milliarium 8., ſed per Tauernier Mill. 10., vel 12.

Giam eſt menſura Sinus Perſici Milliarium 12.

Dieta eſt menſura Leucarum horariarum 10., ſiuè Mill. 30.

Vide de his Tirinum in S. Scripturam t. 1. Cornelium à Lapide in Pentateucon. P. Bernardum Lamy in ſuis Tabulis, & alios.

Talenta auri 200., quæ ſeruabantur in Templo, vt habetur ex lib. 2. Mach. cap. 3. importabant aureos 2400000., videlicet duos milliones, & quadraginta millia aureorũ, in pondere verò libras 25000., vulgò *Rubbi* 1000.

Talenta argenti 400., quę ibidem ſeruabantur importabant Scuta Romana 480000. ideſt quadringenta octoginta millia. In pondere verò lib. 50000., vulgò *Rubbi* 2000.

Sicli argenti numero quindecim millia, quos Rex Demetrius promittebat Ionathæ ſingulis annis pro expenſis templi, vt habetur ex lib. 1. Machab. cap. 10.40. erant Scuta Romana 6000. In pondere verò librę 625., vulgò *Rubbi* 25

Talenta 100., quæ exigebat Thryphon à Simone pro liberatione Fratris ſui Ionathæ, vt habetur ex lib. 1. Machab. cap. 13 16. ſi erant ex argento, vt ſupponitur, importabant Scuta Romana 120000., in pondere verò libras 12500., vulgò *Rubbi* 500.

Talenta quingenta, & quingenta, quæ exigebat Antiochus a Simone, vt habe-

habetur ex lib. 1. Machab. cap. 15. 31., ſi erant ex argento, vt ſupponitur, importabant milliones ſex ſcutorum Romanorum, in pondere verò libras 125000., vulgò *Rubbi* 5000.

Hydriæ Canæ Gallilęę, quæ, vt habetur Io: cap. 2, capiebant metretas binas, continebant vini libras 240., Amphoras Genuenſes 86. cum dimidia circiter, quæ verò capiebant metretas ternas, continebant vini libras 360., Amphoras genuenſes 129. cum dimidia circiter.

Habetur ex lib. 3. Regum cap. 4. 22., quod menſę Salomonis miniſtrabantur triginta Cori ſimilæ, & 60. (non 20., vt aſſerit Cornelius) Cori farinæ, erant ergo in totum libræ 2880., quæ æquiualent ſaccis modernis, vulgò *Mine* 10.

Habetur ex 1 Paralip. cap 22 14. Dauidem reliquiſſe Salomoni auri talenta centum millia, argenti mille millia talentorum ad ædificandum Templum, erant ergo in pondere auri librę 12500000., ideſt duodecim milliones, & quingenta millia librarum, vulgò *Rubbi* 500000., qui ęquiualebant modernis aureis, mille ducentum millionibus aureorum. Mille millia argenti talenta erant in pondere centum viginti quinque milliones librarum, & ęquiualebant ſcutis Romanis mille ducentum millionibus.

Clypeus aureus, quem Simon miſit Romam, vt habetur ex lib. 1. Machab. c. 14, pondo Mnarum mille, ęquiualebat in pondere libris 2500., bis mille quingentis, & in pretio aureis 240000., ideſt ducentis quadraginta millibus.

Didrachmę argenti 300., quas miſit Iaſon pro ſacrificijs Herculis, vt habetur ex 2. Machab cap. 4. 19, ſi Atticæ, erant ſcuta Romana 60., ſi verò Hebręę, 120 ſcuta Romana.

Sicli 15000., quos promittebat Demetrius pro expenſis Templi vt habetur 1. Mach. c. 10 40., æquiualebant ſcutis Rom. 6000., in pondere lib. 625.

Talenta 12000., quę Alexander M. impendit in funus Heſeſtionis, vt habetur ex Q. Curtio lib. 10. n 4., cum, vt ſupponitur, eſſent Attica, ęquiualebant ſeptem millionibus, & ducentis ſcutorum Romanorum millibus, in pondere verò libris 750000., ideſt libris ſeptingentis quinquaginta millibus, vulgò *Rubbi* 30000.

Cęſar ex Macobrio donauit Græculo Seſtertia centum millia, quæ importabant ſcutorum Romanorum duos milliones, & quingenta millia, in pondere verò libras 260416 cum 2. tertiis, vulgò *Rubbi* 10416 16. 8. argenti.

Ioſephus Patriarcha à Fratribus venditus fuit 20. argenteis *Gen. cap.* 27. 28. erant autem Iulij 80., ſcuta Romana 8, & in pondere vnciæ 10.

Chriſtus Dominus à Iuda Proditore venditus fuit 30. argenteis *Math.* 26. 25. Iulijs videlicet 120., ſcutis Romanis 12. In pondere vncijs 15.

LAUS DEO.

Digitized by Google

Errores in Librorum impreſſione penitus euitare opus nimis difficile. Eos qui ſenſum variant, hic notatos reperies ſignando folium per literam f., & lineam per literam l., qui verò aliquatenus grammaticę leges turbant ſenſum ta men non confundunt, tuo iudicio relinquendos duxi beneuole Lector. Apices, accentus, comas vbi deficiunt, vel excedunt, benigna humanitate patiaris, rogo.

Index errorum qui irrepſerunt in Epiſtola ad Lectorem, vſque ad initium Chronologię f. 1.

ERRATA	CORRIGE.
Pag. pri. a tergo l. 32. deducendę ſi autem	deducendę; Si autem
Pag. ſec. l. 25. inuent uti	iuuentuti
Pag. tertia a ter. l. vlt. nou ſſimus	nouiſſimus
Pag. quarta a tergo in §. *Et aduertendum* vnienda eſt 3. linea cum 4. *& cum nulla ſit decas ſecundorum*, & in hoc §. plures deſunt comę.	
Pag. quinta l. 1. ſubtractionis reſiduum	ſubtractionis, reſiduum
a tergo l. 7. vrbe Romana	vrbe Roma
l. 22. diebus 465.	diebus 365.
l. 25. Pompilianum Iulianum	Pompilianum, Iulianum

Errores, qui irrepſerunt in Libro.

f. 3. l. 9. Ptolęmeus	Ptolemęus, *& hoc etiam alibi*
f. 4. l. 4. horus	Horus
f. 7. l. 10. Octobris	Octobri
f. 8. l. 5. 19. 46.	18.46.
f. 21. l. 15. 13. A. G.	13. A.
l. 28. 53. A.	G. A.
f. 25. l. 1. Cyclus Solis	Cyclus Solaris
l. 2. F. G	G. F.
f. 27. l. 33. Soſtitium	Solſtitium
f. 29. l. 11. Niſſam	Niſan
l. 31. victor	Victor
f. 32. l. 2. Paſcha celebrari lex Moyſis. Lex Moyſis aliquando &c.	Paſcha celebrari lex Moyſis aliquando &c.

f.	l.	ERRATA	CORRIGE.
	l. 7.	Leo PP. ap.	Leo PP. ep.
	l. 24.	Lunè	Lunæ
	l. 29.	vltram	vltrà
f. 51.	l. 35.	quę per	per quæ
f. 53.	l. 18.	Solari 15.	Solari 16.
f. 57.	l. 22.	Æram Chriſti	ante Æram Chriſti
f. 59.	l. 33.	Robanus	Rabanus
f. 64.	l. 7.	per Cyclum	per Cyrum
f. 70.	l. 1.	1553.	1153.
f. 71.	l. 28.	Titius	Titus
f. 72.	l. 23.	Eſſet alia	Eſſet etiam alia
f. 83.	l. 24.	dimentiuntur	dimetiuntur
f. 84.	l. 20.	ſect.	ſecundis
f. 86.	l. 31.	dierum 29.	dierum 354.
	l. 32.	dierum 30.	dierum 355.
f. 87.	l. 14.	qui multiplicatur	qui multiplicati
f. 95.	l. 16.	per 59.	per 19.
f. 105.	l. 20.	2227.	3227.
f. 125.	l. 12.	ab orbe condito	ab vrbe condita
f. 136.	l. 16.	ſignifiat	ſignificat
f. 137.	l. 21.	anno 5472.	anno 1712.
f. 142.	l. 14.	Zorobabele	Zorobobel
f. 143.	l. 18.	Romano 17.	Romano 16.
	l. 26.	Romano 18.	Romano 19.
f. 144.	l. 4.	Romano 19.	Romano 1.
	l. 10.	Lun. 1.	Lun. 2.
f. 149.	l. 32.	ſiu ſitè	ſiuè ſit
f. 155.	l. 24.	1151.	1152.
f. 156.	l. 17.	anni	annis
f. 159.	l. 6.	P. I. 4677.	P. I. 4674.
f. 160.	l. 12.	Anno P. I. 9378.	Anno P. I. 3978.
f. 162.	l. 26.	Carolus 5.	Carolus 9.
f. 169.	l. 22.	Ærę Acticę	Æræ Atticę
f. 170.	l. 15.	Acticos	Atticos
f. 176.	l. 27.	in Aram	in Haram
f. 180.	l. 3.	Iſacarum	Iſacar
	l. 6.	Æra Argiua	Æra Attica
f. 188.	l. 6.	Meomenia	Neomenia
f. 194.	l. 5.	Ezechiè	Ezechiæ
f. 198.	l. 16.	integros 400.	integros 401.

Digitized by Google

ERRATA			CORRIGE.
f. 201.	l. 19.	reperti	reperto
f. 205.	l. 32.	Artaxeſes	Artaxerſes
f. 211.	l. 12.	addo	Addo
f. 212.	l. 8.	biberę	bibere
	l. 26.	ſpartę	Spartę
f. 213.	l. 20.	in Ecclis	in Eccli
f. 217.	l. 13.	Phodus	Rhodus
	l. 15.	Phodius	Rhodius
f. 220.	l. 12.	inuehit	inuehitur
f. 221.	l. 19.	1. Mach. c. 1.	2. Mach. c. 4.
	l. 22.	601800.	708000.
f. 237.	l. 16.	Scribania	Scribonia
f. 240.	l. 21.	f. 7.	f. 6.
f. 245.	l. 18.	Ægrippa	Agrippa
	l. 28.	In Agæo	Jn Ægęo
f. 246.	l. 32.	hic	hìc
f. 249.	l. 18.	oſephus	Ioſephus
f. 253.	l. 18.	Cletrinam	Alatrinam
f. 257.	l. 2.	Antonius	Antoninus
f. 259.	l. 10.	Philippum , filium	Philippum filium
f. 260.	l. 19.	decretum , damnante	decretum damnante
f. 268.	l. 5.	Iulianos	Iulianus
f. 267.	l. 31.	Soxomeno	Sozomeno
f. 269.	l. 18.	Epiſcopum	Epiſcoporum
f. 271.	l. 19.	Patria	Patriarchæ
f. 273.	l. 3.	Girillus	Cirillus
f. 176.	l. 2.	Catolicus	Catholicos
	l. 18.	agębatur	agebatur
	l. 22.	Auriſcanum	Arauſicanum
	l. 33.	exceſſarat	exceſſerat
f. 287.	l. 6.	in Cholchi	in Cholchis
f. 291.	l. 18.	exprobatur	exprobratur
f. 304.	l. 27.	Romæ	Romę
f. 305.	l. 32.	ſubſtinebant	ſuſtinebant
f. 306.	l. 34.	ſubſtituitur	ſuſtituitur
f. 308.	l. 29.	monſtantinus	Conſtantinus
f. 309.	l. 34.	Ramirum	Ramirus
f. 312.	l. 22.	XIV.	XV.
f. 315.	l. 8.	exprobatur	exprobratur
f. 318.	l. 12.	deſſidia	diſſidia

f. 323.

ERRATA	CORRIGE.
f. 323. l. 32. 1150.	1151.
l. 33. Decretalium	Decreti
f. 327. l. 15. thæſauris	tæſauris
f. 328. l. 30. ttiumphi	triumphi
f. 329. l. 3. eſiccandum	exſiccandum
f. 333. l. 18. ſequeni	ſequenti
l. 24. quaturdecim	quatuordecim
f. 338. l. 27. Ioannæ	Jannæ
f. 341. l. 15. Blandus	Blondus
f. 347. l. 18. Moriantur	Moriuntur
f. 360. l. 20. Sixtus v.	a Sixto v.
l. 22. collocari curat	collocatur
f. 361. l. 6. alius, Auguſti	alius Auguſti
f. 364. l. 21. Ludoucus	Ludouiſius
l. 36. millibus	millionibus
f. 370. l. 32. 4148.	Anſtelodami 14148.
f. 372. l. 6. Idrinus	Iſdrinus
f. 380. l. 34. viſa	viſæ
f. 383. l. 25. Amomandus Chidel	Hermannus Schidel
f. 400. l. 12. 1276.	1266.
ibibem 364. filios	365. filios
f. 409. l. 10. *dele* Clemens XI. an. 1700.	
f. 415. l. 8. Ælaius	Ælius
l. 21. Titius	Titus
f. 424. l. 29. Guglielmus	Gulielmus & *corrige alibi etiã*
f. 426. l. 12. Gelaſius PP.	1118. Gelaſius PP.
f. 436. l. 12. iaciunt, fundamenta	iaciuntur fundamenta
f. 443. l. 25. Generali	Generalis
f. 446. l. 3. dictum S.	dictum eſt S.
f. 448. l. 12. victoria	victoriam
l. 31. eique	eiſque
f. 449. l. 14. 1524., & Franciſcus I.	& anno 1525. Franciſcus I.
f. 454. l. 12. Napolien	Neapoliom
f. 461. l. 19. Hæremitanis	Eremitanis
f. 466. l. 25. temporem	teporem
f. 479. l. 31. Crufixi	Crucifixi.
f. 482. l. 7. Hic diruta	Hic dirupta
f. 483. l. 9. illum bis	illum ter

FINIS.

Fol 1468995

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google